DE SCHOLA QUAE ALEXANDRIAE FLORUIT CATECHETICA

COMMENTATIO HISTORICA ET THEOLOGICA.

PARS PRIOR

(DE EXTERNA SCHOLAE HISTORIA)

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINI

IN ACADEMIA FRIDERICIANA

OBTULIT

AUCTOR

HENRIC. ERNEST. FERD. GUERIKE

WETTINAS DE SAXONIBUS

SEMINARII REGII THEOLOGICI SENIOR

SOCIETATI EXEGETICAE ADSCRIPTUS.

HALIS SAXONUM.

E LIBRARIA GEBAUERIA.

MDCCCXXIV.

VIRO
SUMME VENERABILI,
SPLENDIDISSIMO, DOCTISSIMO,

GEORG. CHRIST. KNAPPIO,

THEOLOGIAE DOCTORI ET PROFESSORI P. O.,
ACADEMIAE FRIDERICIANAE SENIORI,
REGIS BORUSSORUM IN SENATU SACRO A CONSILIIS,
ORPHANOTROPHEI ET PAEDAGOGII REGII,
NEC NON SEMINARII REGII THEOLOGICI
DIRECTORI,
ORDINIS AQUILAE RUBRAE EQUITI,
COMPLURIBUS SOCIETATIBUS
DE RE SACRA PRAECLARE MERENTIBUS
ADSCRIPTO,
CET.,

PRAECEPTORI AC PATRONO,

IN AETERNUM PIA MENTE COLENDO,

STUDIORUM PRIMITIAS

CONSECRAVIT

AUCTOR.

Iam inter populos a Christiana religione alienos scholas exstitisse ad litteras et illustrandas et pervulgandas, Aegyptiorum, Hebraeorum, Chaldaeorum ac praecipue Graecorum exempla docent[1]. Imprimis vero inter Christianos multa eaque clarissima exorta sunt istiusmodi instituta[2]. Praeterimus hoc loco complura scholarum, ut ita dicam, privatissimarum vestigia (nam inde ab antiquissimo tempore si qui erant, qui in Christianorum doctrinam accuratius inquirere studerent, illi in familiariorem episcoporum vel aliorum, quibuscum vivebant, virorum doctorum consuetudinem curamque sese tradebant[3]), et subsistimus in scholis illis publicis, quarum prima fuit et mater sequentium Alexandrina. Alexandria exsul Origines Caesareae scholam condidit, quae, non multo post antistite orbata, a Pamphilo Martyre seculo III. exeunte restituta est et propter bibliothecam optime instructam et discipulos egregios nominis celebrita-

1) Cf. Herm. Conringii antiquitat. academ. (Helmstad., 1591) diss. I de scholis antiquis.

2) Cf. Domenico Aulisio delle scuole sacre, Napoli, 1723, IV.
Io. Godofr. Keuffelii Commentarius de historia originis ac progressus scholarum inter Christianos, Helmstad. 1724, et
Io. Dav. Heilmanni diss. de scholis priscorum Christianorum theologicis, ab Ern. Jac. Danovio Heilmanni opusculorum (Jenae 1774. 1778) tomo I. (inde a pag. 201 ad 234) inserta.

3) Vid. Irenae adv. haer. L. II. c. 22. ed. Mass.; Euseb. h. e. V, 20; VI, 40; Photii biblioth. cod. 120. p. 301 ed. Hoeschel; cf. Heilmann. l. l. p. 211 sqq.

tem nacta est [4]). Praeter has inclytae fuere scholae Antiochena [5]), Atheniensis [6]), Edessena [7]) illaque, quae Nisibi floruit [8]).

Omnium autem harum scholarum haud dubie clarissima fuit Alexandrina quae dicitur catechetica, de qua nos differemus, et ita quidem, ut priore commentationis parte enarremus, quae ad scholae nostrae historiam externam pertinent, posteriore autem ipsius theologiam recenseamus, utramque quaternis absoluturi capitibus. In hac priore enim parte, fontium ac subsidiorum notitia praemissa, disquiremus de scholae catecheticae primordiis dein singulis doctoribus, tum finibus et constitutione, denique interitu. In posteriore commentationis parte, quam propediem foras dabimus, theologiam scholae catecheticae, quasi internam ipsius historiam, tractabimus (ubi scilicet scholae philosophia suo loco adumbranda erit), et primum quidem acturi de scholae nostrae praefectorum critica, deinde de sacri codicis interpretandi ratione, tum de theologia dogmatica (cujus descriptioni pauca de scholae theologia apologetica polemicaque adjungenda censemus), denique de doctrina morum; quo facto, quemnam inde fructum universa theologia ceperit, facile apparebit.

4) Cf. Heilmann. l. l. p. 228 — 232.

5) Cf. Fr. Münteri S. V. tr. Von der Antiochenischen Schule in Stäudlin und Tzschirner's Archiv für alte und neue Kirchengeschichte, vol. I. fasc. I. p. I sqq.

6) Cf. Caes. Baronii annal. ecclesiast., Romae 1592 Tom. III. p. 605; Balth. Bebelii antiquit. eccl. in IV. p. Chr. sec. vol. I. p. 615; Heilmann. l. l. p. 232 — 234.

7) Cf. Assemanni biblioth. orient. T. III. P. II. p. 69.

8) De qua Junilius Africanus in praef. libri de partibus legis divinae scripti (in biblioth. patr. magn. tom. I p. 2): „In Syrorum," ait, „urbe Nisibi divina lex per magistros publicos, sicut apud nos in mundanis studiis grammatica et rhetorica, ordine ac regulariter traditur." Cf. Cassiodori de institut. div. script. praef.

COMMENTATIONIS DE SCHOLA, QUAE ALEXANDRIAE FLORUIT, CATECHETICA

PARS PRIOR.

EXTERNA SCHOLAE CATECHETICAE HISTORIA.

Fontes huius historiae praeter nonnullos libros ad hanc quaestionem minus valentes, quos intra excitabimus, et ipsorum catechetarum scripta posthac laudanda hi sunt:

Imprimis Eusebius in histor. ecclesiast. lib. V. VI. VII. VIII. et IX. (utor editione E. Zimmermanni, Francof. ad Moen. 1822.) et in Chronic. P. II. sive in chronico canone (utor editione Armeniaco-(Graeco) Latina Io. Bapt. Aucheri Ancyrani, Venet. 1818, cuius volumen secundum chronicum canonem complectitur, necnon versione huius canonis Hieronymiana ex illa editione, quae prodiit Basileae a. 1529.).

Rufinus hist. eccl. lib. I. et II., in auctor. histor. eccles. ed. Ioh. Iac. Grynaei, Basileae 1611. p. 184 sqq.

Hieronymus in catalogo scriptorum ecclesiasticorum (in J. A. Fabricii bibliotheca ecclesiastica (qua utor), Hamburgi 1718. p. 13 sqq., in Hieron. Opp. ed. Martianaei tom. IV. P. II. p. 98 sqq.) cap. 36. 38. 54. (65.) 69. 76. 109., et multis al. locis (ex editione Martianei), praecipue epistolarum et apologiae adv. Rufin. (apud Martian. tom. IV. P. II.).

Epiphanius advers. haeres. lib. II. tom. I. haeres. 64 et tom. II. haer. 68. 69. secundum editionem Dionysii Petavii, a Valesio retractatam, Coloniae 1682.

Palladius in historia Lausiaca (in bibliotheca veterum patrum, Parisiis 1624, tom. II. p. 901 sqq.).

Socrates hist. eccl. praecipue lib. I. II. et IV.

Sozomenus hist. eccl. potissimum lib. I. et III. (Socrates et Sozomenus eodem in volumine editi ab Henr. Valesio, Moguntiae 1677.).

Theodoretus hist. eccl. lib. I. et IV. (ex edit. Schulzii et Noesseltii, Halae 1769 — 1774, tom. III. p. 719 sqq.) et fabularum haereticarum lib. I. (ibid. tom. IV. p. 280 sqq.

Cassiodorus historiae tripartitae lib. VIII. (inter auctores hist. eccl., quos Frobenius Basileae a. 1539. edidit p. 262 sqq.) et de institutione divinarum scripturarum (in exemplari, quod Cassiodori plurima opera complectitur ad lucemque prodiit Parisiis a. 1589. p. 307 sqq.).

Photius in bibliotheca, ex editione Dav. Hoeschelii Rothomagi, 1653. (fontibus is iccirco annumerandus, quod multorum librorum deperditorum argumentum pertractat).

Nicephorus Callistus (liceat hunc hoc loco nominari, ut medium inter fontes et subsidia) histor. ecclesiast. imprimis a libro quarto ad nonum (utimur editione Frontonis Ducaei, Lutetiae Paris., 1630, 2 voll. vol. I. lib. 1 — 9, vol. II. lib. 10 — 18).

Istis historiarum ecclesiasticarum auctoribus adiungendus est **Philippus Sidetes**, de quo nonnulla videntur praemunienda.

Philippi huius, Side, urbe Pamphyliae, oriundi (Socrat. hist. eccl. VII, 27), presbyteri (ibid. c. 26.) ad annum usque CDXXX., integrum opus, ἱστορίας χριστιανικῆς libri viginti quatuor (Socrat. h. e. VII, 26; Photii biblioth. cod. 35. p. 21), ad nostra tempora non pervenit. Superest fragmentum, quod ne ipsius quidem Philippi verba continet, sed ab alio quodam, quem Nicephorum Callistum Dodwellus fuisse suspicatur, ad compendium collata. Invenit fragmentum illud Henricus Dodwellus ediditque ex codice manuscripto Barroccian 142. fol. 216 in dissertationibus in Irenaeum (Oxoniae 1689) p. 488. 490. Idem (ibid. p. 491 sqq.) invenitur

pro virili defendit idque ex parte, ut videtur, suo iure. Continet enim fragmentum seriem doctorum scholae Alexandrinae catecheticae, quibus de singulis nonnulla praeterea narrantur. Haec autem Philippus probe scire potuit, quippe, id quod ex fragmento fit perspicuum, discipulus Rhodonis (τούτῳ Ῥόδωνι λέγει μαθητεῦσαι ὁ Φίλιππος), ipsius catechetae Alexandrini seculo IV. exeunte. Potuit autem Rhodo recentissimos ex catechetarum serie ipse recordari, et reliquos ex ecclesiae suae haurire tabulis publicis. Quare per se Philippi auctoritas non est negligenda. At contra plura promi possunt argumenta, quae non solum Philippi fragmento eique in compendium redacto, sed etiam ipsi Philippo plenam fidem habere vetant. Primum nostro fragmento unus certe apertus error videtur inesse. In ipso enim fragmento (p. 488) series catechetarum hoc traditur ordine: Athenagoras, Clemens, Pantaenus, Origenes, Heraclas, Dionysius, ceteri; in subscriptione autem fragmenti (p. 490), qua repetuntur doctores, hoc ordine: Athenagoras, Pantaenus, Origenes, Heraclas, Dionysius, Clemens, ceteri. Num fragmento, quod adeo sibi non constat, multum confidere licet? At subscriptio, quam dico, litteris miniatis concepta est (vid. Dodwell. p. 490) ideoque librario potius, quam vel auctori vel excerptori videtur imputanda. Praeterea de omnium sententia alius exstat error isque gravissimus, quod quidem dicit Philippus, Athenagoram imperantibus Hadriano et Antonino (Pio) floruisse ad eosdemque sermonem suum apologeticum direxisse (Ἀθηναγόρας... κατὰ τοὺς χρόνους ἀκμάσας Ἀδριανοῦ καὶ Ἀντωνίνου, οἷς καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστιανῶν πρεσβευτικὸν προσεφώνησεν), cum apologiae illius omnium (excepto unico Bodlejano, in quo inscriptionem desiderari Ed. Dechair annotavit) codicum manuscriptorum (editionumque nostrarum) inscriptio ab ipso dicatam esse apologiam ostendat M. Aurelio Antonino et L. Aurelio Commodo. Dodwellus l. l. p. 494. 495 ad removendum hunc errorem (apertum enim errorem esse neque Dodwellus negat, neque qui Moshemii disser-

tationem de vera aetate apologetici, quem Athenagoras pro Chriftianis fcripfit (in differtt. ad hift. eccl. pert. vol. I. p. 269 fqq.), perlegit, negare poteft) haec dicit: „Credideram inde natam erroris occafionem, quod fub Pio floruiffe dixerit Philippus Athenagoram, quod quidem dici fatis commode potuit. Pius enim Titus Aelius Hadrianus Antoninus, quae Pii nomina pro duobus acceperit principibus Philippi nostri feu excerptor feu librarius. Pro duobus enim accepiffe verba indicant fequentia fatis manifefte, οἷς προςεφώνησεν etc. Duobus enim legatoriam noftri Athenagorae dicatam conftat. Vel Pio etiam et Marco infcriptam credidit hanc quam habemus legationem, Pio fub Hadriani, Marco fub nomine Antonini, et in illa adeo tempora incidiffe, quibus coniunctus Pio erat in imperio Marcus." Sed hoc ponere, aequo videtur audacius; quare error eft agnofcendus. Huc accedit, quod non minus aperte errat Philippus, dum Pantaenum Clementis difcipulum praedicat, id quod infra fufius demonftrabimus. Quibus de caufis plena fide Philippus nequaquam eft dignus, praefertim cum veterum quorundam fcriptorum teftimonia de Sidete male fonent. Sic Socrates h. e. VII, 27: Χαύνην (ὁ Φίλιππος) τὴν πραγματείαν εἰργάσατο· διὸ καὶ, ὡς νομίζω, ἀχρείαν αὐτὴν καὶ ἰδιώταις καὶ εὐπαιδεύτοις πεποίηκεν· οἱ ἰδιῶται μὲν γὰρ τὸ κεκομψευμένον τῆς φράσεως ἰδεῖν οὐκ ἰσχύουσιν· οἱ δὲ εὐπαίδευτοι τῆς ταυτολογίας καταγινώσκουσιν· ἀλλ' ἕκαστος μὲν περὶ τῶν βιβλίων ὡς ἔχει γνώμης κρινέτω· ἐγὼ δὲ ἐκεῖνό φημι, ὅτι τοὺς χρόνους τῆς ἱστορίας συγχέει· μνημονεύσας γὰρ τῶν τοῦ αὐτοκράτορος Θεοδοσίου χρόνων, αὖθις ἐπὶ τοὺς Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου χρόνους ἀνέδραμεν· καὶ τοῦτο ὡς πλεῖστον ποιεῖ. Atque Photius biblioth. cod. 35. p. 21: Ἔστι δὲ, ait, πολύχους ταῖς λέξεσιν, οὐκ ἀστεῖος δὲ, οὐδὲ ἐπίχαρις· ἀλλὰ καὶ προσκορὴς, μᾶλλον δὲ καὶ ἀηδής· καὶ ἐπιδεικτικὸς μᾶλλον, ἢ ὠφέλιμος· καὶ παρεντεθεὶς ὡς πλεῖστα μηδὲν πρὸς τὴν ἱστορίαν συντείνοντα· ὡς οὐδὲν μᾶλλον ἱστορίαν εἶναι, ἢ πραγμάτων ἑτέρων τὴν πραγματείαν διάληψιν· οὕτως ἀπειροκάλως ἐκκέχυται. Quae cum ita fint, equidem, quamvis faepius, quando

ceteri tacent, ad Philippum et ad veri tantummodo ſimilia refugiendum ſit, nonniſi tum demum in fragmenti illius auctoritate ſecure niti auſim, cum alius hiſtoriae eccleſiaſticae auctor vel idem, quod fragmentum, dicit, vel certe id, quod fragmentum refert, veriſimile reddit.

Subſidia ſingularia [9]) ad externam ſcholae catecheticae hiſtoriam illuſtrandam dederunt:

(Henr. Dodwellus in notis ad fragment. Philipp. Sid. in diſſ. in Iren. p. 490—514; Philippo ſuo nimis addictus.)

Ioh. Andr. Schmidius (qui Philippi fragmentum prorſus neglexit) in tractatione de ſchola Alexandr. catechetica, praefat. ad Hyperii libellum de catecheſi, Helmſtad. 1704, VIII, nec non ſeparatim edita.

Ioh. Georg. Michaëlis (de noſtra quaeſtione longe meritiſſimus) in Programmate de ſcholae Alexandrinae ſic dictae catecheticae origine, progreſſu et praecipuis doctoribus, Halae 1739; quod auctum prodiit ſub titulo:

---

9) Conferri praeterea poſſunt:
Hoſpinianus de orig. templ. l. III. c. 5. p. 418 ſqq.
Ioh. Hoornbeckii orat. de ſchol. theol. in miſcell. ſacr. tom. II. p. 563. 565.
Lud. Thomaſſinus de vet. et nov. eccleſ. diſcipl. tom. II. lib. I. cap. 17. §. 1. 2. p. 278 ſqq.
Godofr. Arnold. vom erſten Chriſtenthum, lib. IV. cap. 4. §. 14.
Ioſephi Binghami Origines ſive antiquitat. eccleſ. ex Latina verſione I. H. Griſchovii (Halae 1724) vol. II. p. 56 ſqq. (lib. III. cap. 10 imprimis §. 5.).
Gregor. Langemackii hiſtoria catechetica, Stralſund., 1729, P. I. cap. 5. pag 86.
Laur. Moshemii diſſ. de turbata per recentiores Platonicos eccleſia §. 4. in diſſertatt. ad h. e. pert. ed. 3. vol. I. p. 93 ſqq.
I. G. Walchii introductio in hiſtor. catech., Buddei catech. theol. praemiſſa.
I. M. Schroeckh Kirchengeſchichte, tom. III. p. 187 ſqq. et tom. VII. p. 71 ſqq.
Heilmann l. l. p. 223 ſqq.
I. C. W. Auguſti S. V. Denkwürdigkk. aus d. chriſtl. Archäol., vol. VI. plurib. loc.

Exercitatio historica de scholae Alex. cat. origine cet., in symbolis litterariis Bremensibus, vol. I. fasc. 3. a pag. 195 ad 240 (quo posteriore exemplari nos quoque utimur).

Ioh. Augustin. Dietelmaierus (Dietelmair) in programmate docte quidem, nec sine sagacitate, sed minus circumspecte conscripto, quo veterum in schola Alexandrina doctorum seriem breviter exponit D., Altorfii (1747), IV.

Ioh. Frid. Hilscherus (de nostra quaestione parum meritus) in dissertatione de schola Alexandrina, Lipsiae 1776.

CAPUT PRIMUM.

DE PRIMORDIIS SCHOLAE CATECHETICAE.

Quia „omnis, quae a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur" [10]); nos quoque a scholae catecheticae ratione definienda incipimus. Hic autem liceat id poni, quod capite tertio demum fusius demonstrabitur, fuisse quidem scholam nostram catecheticam non eam, quae religionis christianae prima tantummodo elementa Alexandriae traderet, sed potius eam (et hanc quidem ex illa verisimillime profectam), quae eorum, qui accuratius in sacras litteras inquirere vellent, curaret utilitatem, et maxime, quae adolescentes ingeniosos sollertesque muneribus magistrorum christianorum suscipiendis efficeret aptos. Vocatur schola nostra ab Eusebio h. e. V, 10 initio ἡ τῶν πιστῶν διατριβή, paulo post διδασκαλεῖον τῶν ἱερῶν λόγων, et ibidem simpliciter τὸ κατ' Ἀλεξάνδρειαν διδασκαλεῖον, ab eodem lib. VI. c. 3 τὸ τῆς κατηχήσεως διδασκαλεῖον, ἡ τοῦ κατηχεῖν διατριβή et lib. VI. c. 6 ἡ κατ' Ἀλε-

---

10) Cicero de offic. I, 2, 12.

ξάνδρειαν κατήχησις, ab Hieronymo catalog. cap. 38 eccleſiaſtica ſchola, cap. 69 ſchola κατηχήσεων; a Rufino h. e. II, 7 et in verſione Euſebii h. e. V, 10 eccleſiaſtica ſchola, in eadem VI, 3 magiſterium catechizandi et VI, 22 auditorium κατηχήσεως; a Philippo Sidete l. l. p. 488 διδασκαλεῖον τὸ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, χριστιανικὴ διατριβή; a Sozomeno h. e. III, 15 τὸ ἱερὸν διδασκαλεῖον τῶν ἱερῶν μαθημάτων; a Photio cod. 118. p. 297 ἐκκλησιαστικὸν διδασκαλεῖον, cod. 119. p. 300 τὸ κατ' Ἀλεξάνδρειαν παιδευτήριον; denique a Nicephoro h. e. IV, 32 tom. I. p. 331 θεῖα διατριβή, ἱερὸν διδασκαλεῖον, ἱερὰ διατριβή, ibidem V, 18 ἡ τῶν κατηχήσεων διατριβὴ et IX, 17 ἡ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατριβὴ τῶν ἱερῶν μαθημάτων. Recentiores patres ſequuti, ubi iſti utuntur nominibus τοῦ τῆς κατηχήσεως διδασκαλείου, τῆς τοῦ κατηχεῖν διατριβῆς, τῆς κατηχήσεως, ſcholae κατηχήσεων, magiſterii catechizandi, auditorii κατηχήσεως, breviter ſimpliciterque catecheticam ſcholam eam dixere. Quaeritur, quomodo vocabulum κατηχεῖν nomen ſcholae noſtrae praebuerit. Κατηχεῖν (cf. Ioſeph. vit. 5. 65; Luc. I, 4; Actor. XVIII, 25; XXI, 21. 24; Rom. II, 18; 1 Corinth. XIV, 19; Galat. VI, 6 cet.) in univerſum eſt viva voce tradere, edocere. Scholam autem noſtram, iſta τοῦ κατηχεῖν ratione ad ipſam translata, apparet nihil habere, quo ab aliis ſcholis diſtinguatur; niſi Alexandriae catechetae ſimili ſenſu nomen geſſerint, quo apud nos doctores et profeſſores, quod vero argumentis demonſtrari nequit et uſui loquendi antiquo repugnat. Separatim enim in vetere eccleſia, id quod hiſtoria docet, catechetarum nomine inſigniebantur, quorum ii, qui ad chriſtianam religionem admitti cupiebant, curae commendabantur. Id genus catechetarum in vetere eccleſia non erat diſtinctus ordo eccleſiaſticus [11]), ſed munere illo fungebantur tum epiſcopi, presbyteri et

11) De veteris eccleſiae cetechetis vid. Ioſ. Binghami Origines e verſ. Griſchovii, vol. II. lib. 3. c. 10. p. 51 — 58. et I. H. Krauſe de catechetis primitivae eccleſiae, Lipſ. 1704, IV. et cf. I. C. W. Auguſti S. V. Einleit. in die beid. Hauptcatechism. d. ev. K., 1824, c. 1. p. 1 ſqq.

diaconi, tum quoque inferiorum ordinum clerici, quique ad ſuperius munus eccleſiaſticum aliquando ſuſcipiendum ſeſe praeparabant. Ex hac catechetae et τοῦ κατηχεῖν ſignificatione, eaque eodem fere tempore uſitata, quo patres ἀπὸ τοῦ κατηχεῖν noſtrum inſtitutum appellavere, nomen noſtrae ſcholae catecheticae videtur eſſe derivandum. Non quidem noſtra fuit inſtitutum, in quo νεόφυτοι chriſtianae religionis elementis imbuerentur (id quod v. c. I. G. Walchius in biblioth. patriſt. p. 472 iniuria vult); ſed antequam noſtrum ſeminarium initia ceperit, Alexandriae haud dubie exſtitit ad edocendam religionem ſchola chriſtiana κατηχουμένοις deſtinata et hac ſignificatione catechetica; cui (id quod ad illuſtrandum nomen ponendum videtur, neque, quod capite III. apparebit, cum ratione ſcholae noſtrae non congruit) poſtea noſtra ſuperſtructa eſt; nomen autem priſtinum ſervabatur idque ab iſto inde tempore noſtrae κατ' ἐξοχὴν attributum. Doctores iſtiusmodi inſtituti vocantur κατηχήσεων magiſtri (Hieronym. catal. cap. 38.), forſan quoque ἐξηγηταὶ, qua de re infra plura, nobis ſimpliciter catechetae.

Cur haec catechetica ſchola Alexandriae potiſſimum et qua in univerſum ratione ibi exorta ſit, diu dubium eſſe nequit. Alexandriae enim iam Ptolemaei aut Lagi aut Philadelphi ſumtibus erectum erat virorum doctorum collegium, vulgo Muſeum appellatum [12]), idque poſthac ab imperatoribus Romanis, imprimis a Tiberio Claudio (vid. Suetonii vit. Tiber. Claud. cap. 42), regie ſuſtentatum, cuius aedificium publicum, pari modo Muſeum dictum, Strabo in

12) De Muſeo Alexandrino videſis Strabonis geograph. lib. XVII. §. 8. et cf.
Hospinianum de orig. templ. III. c. 5. p. 350 (ed. Genev. 1672);
Cornelii Adami exercitt. exeg. t. I. §. 6. p. 103—106;
Ioh. Keilhackeri diſſ. de Muſeo Alex., Lipſ. 1698;
Fabricii bibliograph. antiq. c. 21. §. 3. p. 619 ſq.;
Eiusdem biblioth. Graec. ed. vet. vol. II. p. 487 et
I. G. Michaëlis exerc. de ſchol. Alex. cat. l. l. §. 1. 4.

geographia lib. XVII. §. 8 (edit. Siebenkees. et Tzſchuckii tom. VI. p. 5o3) his deſcribit verbis: Τῶν δὲ βασιλείων μέρος ἐστὶ καὶ τὸ Μουσεῖον, ἔχον περίπατον καὶ ἐξέδραν, καὶ οἶκον μέγαν, ἐν ᾧ τὸ συσσίτιον τῶν μετεχόντων τοῦ Μουσείου φιλολόγων ἀνδρῶν. Ἔστι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινὰ, καὶ ἱερεὺς ὁ ἐπὶ τῷ Μουσείῳ τεταγμένος, τότε μὲν ὑπὸ τῶν βασιλέων, νῦν δὲ ὑπὸ Καίσαρος. Flos Muſei vigorque, quem praecipue auxit bibliotheca Alexandriae celeberrima [13]), is fuit, ut omnibus paene litteris, ſtudiis oratoriis et grammaticis, poëticis, mathematicis, hiſtoricis, phyſicis, medicis, ac maxime philoſophicis viri ibi excelluerint [14]). Iam vero Chriſtiani, cum florere in iſta urbe maxime cernerent τὰ θύραθεν μαθήματα ingentique apparatu ſuſtentari philoſophorum gentilium catervas, turpe eſſe, quod periturae impendatur arti ſtudium, id in divinis rebus deſiderari, haud dubie crediderunt, laudabilemque per ſe induſtriam melius ad religionis cauſam transtulerunt, atque huc eo maiorem, quo magis Alexandrinae profanae gloria doctrinae floruit, cui ſaltem adaequare ſuam Chriſtiani voluerint, quoque magis litteris exculti fuere multi gentiles Alexandrini, quos ad Chriſtianam religionem convertendi ibique retinendi Chriſtianorum ſtudium arſerit; gentiles vero in urbe, omnium fere gentium religionumque habitaculo [15]), chriſtiane inſtituta initio parum tantummodo videntur tur-

13) Vid. Euſebii praepar. evangel. lib. VIII. c. 2. et cf. Encyclopaediae, a viris Ill. Erſchio et Grubero editae, tractationem Sprengelii Ill, ſ. v. Alexandriniſche Schule, P. III, p. 49. 52. 53. 54.

14) Cf. Encyclop. Halenſ. tract. laud. l. l. p. 49—54 et Conring. l. l. p. 23 ſqq.

15) Alexandriae chriſtianarum ſectarum auctores, Graeci philoſophi, Aegyptiaci ſacerdotes, Iudaici et Orientis magi, omnes ſeſe acrius non turbarunt, omnes ſcilicet communi theoſophiae vinculo inter ſe coniuncti. Quare iam Hadrianus imperator iure, Serapidis, ait, ſacerdotes eſſe Chriſtianos, episcopos vero Chriſtianos Serapidi ſervire (Vopisc. vit. Saturnini).

bavisse. Ita factum est, ut Alexandriae schola nostra catechetica sese extulerit.

Fuere quidem, qui dixerint, Museum Alexandrinum in scholam christianam conversum fuisse, veluti Centuriatores Magdeb. I, 1, 7. p. 397 ed. vet.[16]), a quibus non multum abest Hospinianus (de orig. templ. III. c. 15. p. 418) et Io. Keilhackerus (qui in diss. de Mus. Alex. §. 9 inter doctores Musei Alexandrini refert Clementem, Originem, Athanasium, Didymum). Verum schola catechetica a Museo Alexandrino distincta omnino fuit, quod dilucide ex eo apparet, quod illius conditio externa longe distulit ab huius constitutione (id quod capite tertio fusius exponemus), quodque et Dio Cassius hist. Rom. lib. LXXVII, c. 7. 22 diserte ait a Caracalla imperatore Museum esse rescissum (quo quidem tempore schola catechetica et floruerat et florebat), et Iulianus imperator epist. 45. a semetipso dicit ad Museum (e Constantini Magni imperio vitae redditum) Zenonem doctorem esse missum, atque id ita prorsus restitutum (schola contra catechetica a Pantaeno ad Didymum usque floruit neque Zenonem doctorem unquam habuit). Accedit, quod, quomodo Museum, quod regia atque imperatoria vigebat auctoritate, seculo secundo, quo quidem tempore imperatores Romani adhuc infensi erant christianae religioni, in scholam christianam fuerit conversum, nullo modo intelligimus.

Potius, id quod tum ex nomine (cf. superiora), tum ex eo, quod nonnulli nostrae scholae praefecti etiam νεοφύτους religionis elementis instituebant (cf. cap. III.), sequi videtur, nostra profecta est e scholis christianis, ubi tradebantur, quae ad primam disciplinam pertinent, eaque sensim sensimque inde profecta (quippe publica auctoritate non instituta, quia idolorum cultus tunc temporis publice erat receptus), uti singulorum catechetarum

16) „Forte", dicunt, „cum Marcus ecclesiam ibi" (Alexandriae) „collegit, philosophis et Iudaeis ad Christianismum conversis, schola illa ethnica et philosophica in christianam commutata est."

ingenium et doctrina tulit. Iam perſpicuum eſt, fruſtra nos quaerere de noſtrae veri nominis conditore. Neque enim is eſt noſtrae conditor, qui catechumenorum illam ſcholam condidit, neque is certo haberi poteſt, qui primus eſt, cuius dignitatem catecheticam patres tradiderunt, praeſertim cum nemo patrum nomen conditoris ſcholae noſtrae prodiderit. Quaerimus igitur, quis primum eius lumen ſit, a quo catechetarum ſeriem incipere liceat. Antea autem disquiramus de nonnullis patrum locis, ubi de aetate ſcholae catecheticae univerſe agitur. Euſebius quidem, Pantaeno catecheta nominato, dicit (h. e. V, 10): Ἐξ ἀρχαίου ἔθους διδασκαλείου τῶν ἱερῶν λόγων παρ' αὐτοῖς (Alexandrinis) συνεστῶτος, ὃ καὶ εἰς ἡμᾶς παρατείνεται. Interpretatur haec verba Hieronymus catalog. c. 36. p. 107 his verbis: „Pantaenus, ſtoicae ſectae philoſophus, iuxta quandam veterem in Alexandria conſuetudinem, ubi a Marco evangeliſta ſemper eccleſiaſtici fuere doctores, tantae prudentiae et eruditionis, tam in ſcripturis divinis, quam in ſaeculari litteratura fuit“ [17]), cet. Ex quo apparere ſunt qui putent, Hieronymum (et paulo obſcurius etiam Euſebium) huius ſcholae ortum ad Marcum evangeliſtam referre. Hanc, quam opinantur, Hieronymi auctoritatem de Marco, primo ſcholae catecheticae conditore, ſequuntur recentiores Conringius (quaeſt. academ.

17) Hieronymus his verbis diſerte quidem non dicit, Pantaenum ſcholae catecheticae praefuiſſe, ſed id ſignificare potuit verbis „iuxta quandam veterem in Alexandria conſuetudinem tantae prudentiae et eruditionis tam in ſcripturis divinis, quam in ſaeculari litteratura fuit“ (i. e. quae etiam noſtro tempore Alexandriae — in catechetis — inveniri ſolet, ea iam in Pantaeno Alexandrino conſpicua fuit egregia divinarum humanarumque rerum ſcientia). Et non ſolum potuit, ſed etiam voluit, id quod ex eo ſit perſpicuum, quod cap. 38. Pantaeni praefecturam cognitam atque perſpectam ſumit, dum: „Clemens“, ait, „.... Pantaeni, de quo ſupra retulimus, auditor, poſt eius mortem Alexandriae eccleſiaſticam ſcholam tenuit et κατηχήσεων magiſter fuit.“

ed. 1651, diff. I. p. 26), Hofpinianus (de orig. templi lib. III. p. 352), Iof. Binghamus (Origines e verf. Grifchov. vol. II. p. 56), Natalis Alexander (hift. eccl. fec. II. P. I. p. 85) et ex parte quoque I. G. Michaëlis l. l. §. 3. Licet Marcus Alexandriae aliquamdiu vere verfatus fuerit, id quod contenditur ab Epiphanio haeref. LI, 6, Hieronymo catal. c. 8. p. 51. et c. 36, et Gelafio decret. de fcript. apocryph. (vid. Manfi collect. concil. T. VIII. p. 147), neque in dubitationem iure vocari poffe videtur, quia Eufebius, quamvis h. e. II, 16 illum de Marco nuntium famae det, (Τοῦτον δὲ Μάρκον πρῶτόν φασιν ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου στειλάμενον, τὸ εὐαγγέλιον, ὃ δὴ καὶ συνεγράψατο, κηρῦξαι, ἐκκλησίας τε πρῶτον ἐπ' αὐτῆς Ἀλεξανδρείας συστήσασθαι), in Chronico P. II. ed. Auch. p. 269 anno primo imperii Claudii (p. Chr. a. XLI) Marcum Alexandriae fuiffe narrat, licet igitur primas in Aegypto Chriftianorum Marcus condiderit fcholas, quibus poftea noftra catechetica fuperftrui potuerit: tamen ipfius noftrae fcholae theologicae conditor ille haberi omnino nequit, quod ex comparata fcholae noftrae ratione cum Marci evangeliftae eruditione et munere intelligitur, neque longa demonftratione eget. Praeterea accedit, quod Philippus Sidetes Marci ne mentionem quidem fecit. Omnino autem mirum effet, fi Marcus hanc fcholam inftituiffet, Philippum una cum Rhodone antiquiffimam et fanctam fcholae originem aut ignorare aut tacere. Huic noftrae de Marco fententiae teftimonium illud Hieronymi fi repugnaret, fide dignum vix effet, potius negligentiae Hieronymi tribuendum; fed omnino neque Eufebius, neque Hieronymus revera repugnant. Namque primum Eufebii locus (h. e. V, 10), de quo quidem Michaëlis l. l. §. 3: „Verba Eufebii," ait, „apparet non ad aetatem Eufebii, fed ad διδασκαλεῖον ac διατριβὴν referri, ut fenfus hic fit verborum: Pantaeno ad moderamen fcholae huius accedente, illam iam dudum, confuetudine a longo tempore (Marci) tracta, ibidem viguiffe," nil aliud fibi velle videtur, quam: Tunc temporis Pantaenus fcholae catecheticae praefuit;

(iam ſequitur parentheſis) iſta enim ſchola, quae etiam noſtro tempore floret, ἐξ ἀρχαίου ἔθους eſt derivanda, quae quidem iam Pantaeni tempore exſtitit (eaque iam ante Pantaenum paulatim ex inferioribus ſcholis profecta). Et ἐξ ἀρχαίου ἔθους Euſebio dicere omnino licuit, quippe qui plus centum annos poſt Pantaenum vixerit. Illi Euſebii verborum interpretationi non adverſatur Nicephorus h. e. IV, 32 [18]), et favent Spanhemius hiſt. eccl. ſec. II. T. I. Opp. p. 604 et Hilſcherus l. l §. 6. Deinde Hieronymi verba „iuxta quandam veterem in Alexandria conſuetudinem“, pariter ad Hieronymi aetatem pertinent, atque ἐξ ἀρχαίου ἔθους ad Euſebii, ita ut ſpatium temporis a ſeculo II. ad ipſum Hieronymo veterem effecerit conſuetudinem; loci autem, „ubi a Marco evangeliſta ſemper eccleſiaſtici fuere doctores“, manifeſtum eſt hanc eſſe ſententiam, quaſi parentheſi dictam: Tantum autem abeſt, ut Pantaeni tempore Alexandriae chriſtiana religio nondum floruerit, ut, ex quo tempore Marcus doctrinam chriſtianam in Aegypto praecipueque Alexandriae diſſeminare ſtuduit, ſemper fuerint, qui huius religionis ſemina diſperſerint. Noſtrae ſcholae ſeculo II. demum (in quo quidem omnes hiſtoriae eccleſiaſticae patres conſentiunt), ex quo tempore firme per ſe ſtabat, praeſecti nominantur.

Iam vero quaeſtio oritur, Athenagoras an Pantaenus [19]), uter ſcholae catecheticae primum fuerit lumen. Recentiores, qui noſtra de ſchola ſcripſerunt, hanc quaeſtionem ita non conſtitue-

---

18) Nicephorus haec habet: Πάνταινος τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν θείας ἡγεῖτο διατριβῆς· ἔθει ἀρχαίῳ ἱεροῦ διδασκαλείου ἐκεῖσε δὴ συνεστῶτος, ὃ καὶ ἐπὶ πολὺ τοῦ χρόνου προήνεγκε τῆς περὶ τοὺς λόγους σπουδῆς.

19) Athenagoram ante Pantaenum vixiſſe, infra apparebit. Praeter Athenagoram autem inter omnes, quorum dignitatem catecheticam patres tradidere, nemo ante Pantaenum vixit, quodque Philippus Sidetes Pantaenum Clementis ſucceſſorem appellavit, aperte erravit (vide inferiora).

runt, fed dimicant potius, Athenagoras an Pantaenus uter fcholae conditor fit. Sic eius originem a Pantaeno ducunt poft Nicephorum Calliftum h. e. V, 18; Spanhemius (hift. eccl. fec. II. p. 604), Bened. Pictetus (in oratione de tropaeis Chrifti, quae adhaeret differtationi de religionis chriftianae praeftantia ac divinitate p. 619), I. G. Michaëlis l. l. §. 10, Keuffelius l. l. et Heilmannus l. l. p. 224; ab Athenagora Dodwellus l. l. p. 491 fqq., Langemackius l. l., Dietelmaierus l. l. et Hilfcherus l. l. §. 10. Quaeftio ita potius conftituenda videtur, uti a nobis conftituta eft, ideoque primum quaeritur, an ante Pantaenum iam Athenagoras fcholae praefuerit. Patrum nemo hac de re certiores nos reddere ftudet, nifi ab altera parte Philippus Sidetes, qui in fragmento l. l. p. 488 diferte dicit: Τοῦ διδασκαλείου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθηναγόρας πρῶτος ἡγήσατο [20]), ab altera folus (Nicephorus enim patribus ecclefiae non eft annumerandus, et omnino hoc noftro loco parvi aeftimandus, quippe qui, cum h. e. IV, 32 nihil dixerit, nifi quod Eufebius, eisdemque paene verbis, h. e. V, 18 Pantaenum primum fcholae catecheticae praefectum vocare audeat) Rufinus [21]), qui in Latina verfione Eufebianae h. e. VI, 3 haec habet: „Quod" (catechizandi magifterium in ecclefia Alexandrina

20) Quod Philippus Athenagoram fcholae noftrae primum praefuiffe dicit, eo fignificare potuit, Athenagoram primum effe fcholae praefectum, cuius memoria fervata fit. Verum etiamfi veri nominis primum noftrae praefectum Athenagoram Philippus vocaverit, tamen Philippi culpa eo valde minuitur, quod Athenagorae tempore, feculo II. medio et exeunte, fcholae Alexandrinae catechumenis deftinatae revera ad eum florem perveniffe videntur, quibus eodem tempore noftra fuperftrui potuerit. Conditor autem fcholae noftrae Athenagoras ne Philippo quidem nuncupatur.

21) Michaëlis igitur l. l. §. 3. p. 203 non fatis accurate: „Et hoc", ait, „pertendo, neminem omnium Pantaenum primum fcholae huius moderatorem nominare."

drina; ita enim Eusebii verba, quae catecheticam scholam significant, vertit) „primus post apostolos apud Alexandriam Pantaenus, secundus per ordinem Clemens, tertius administravit Origenes, ipsius discipulus Clementis.“ Rufinus nihil voluit, nisi Eusebii verba Latine reddere; quare de ipso iudicare ante non licet, quam Eusebii sententia pertractata. Philippus autem, quamquam plena fide non dignus, quippe mancus in chronologia atque (id quod dilucidius infra apparebit, ex eo potissimum, quod Pantaenum Clementis successorem appellavit) in ordine catechetarum describendo minus diligens, tamen nullum tradidit catechetam (omitto hic Athenagoram), quem scholae non praefuisse ostendere valeremus. Itaque etiam de Athenagora fide non prorsus indignus videtur, praesertim cum neque intelligatur, qui factum sit, ut de Athenagora, cuius quidem fata vetus historia minime conturbavit, in errorem inciderit, neque perspiciatur, cur de illo fabulam finxerit. Attamen etiam de Athenagora fidem Philippi fragmento denegarem, si Eusebius hac in re illi repugnaret; sed Eusebius, quem Hieronymus catalog. c. 36. coll. c. 38. (et Nicephorus h. e. IV, 32) sequitur, hac in re haesitantes nos deserit, nam nec Athenagoram ante Pantaenum scholae catecheticae praefectum non fuisse usquam dicit, nec Pantaenum primum scholae praefectum nuncupat. Athenagoram ante Pantaenum scholae non praefuisse nusquam dicit, quippe qui Athenagorae nusquam fecerit mentionem. Qui cum ob doctrinae copiam in operibus conspicuam laude dignissimus sit, aut Eusebius ipsius opera cognita non habuit, aut inscriptio eis praefixa, qua nomen traditur, e recentioribus demum derivanda est temporibus, ut Athenagoras ex illis fuerit, de quibus Eusebius h. e. V, 27 ait: *Καὶ ἄλλων δὲ πλείστων, ὧν οὐδὲ τὰς προσηγορίας καταλέγειν ἡμῖν δυνατὸν, ἦλθον εἰς ἡμᾶς λόγοι· ὀρθοδόξων μὲν καὶ ἐκκλησιαστικῶν, ὥς γε δὴ ἡ ἑκάστου παραδείκνυσι τῆς θείας γραφῆς ἑρμηνεία, ἀδήλων δὲ ὅμως ἡμῖν, ὅτι μὴ τὴν προσηγορίαν ἐπάγεται τῶν συγγραψαμένων.* Quia autem inscriptionem adulterinam esse demonstrari nequit, notitia ipso-

rum operum Eusebium videtur fugisse. Deinde Eusebius Pantaenum fuisse primum scholae praefectum nusquam dicit. Incipit quidem scholae catecheticae praefectorum doctorumque seriem a Pantaeno, ita tamen, ut eum primum dixisse nequaquam videatur. Ait enim h. e. V, 10: Ἡγεῖτο δὲ τηνικαῦτα τῆς τῶν πιστῶν αὐτόθι διατριβῆς ἀνὴρ κατὰ παιδείαν ἐνδοξότατος, ὄνομα αὐτῷ Πάνταινος; quae verba nil aliud indicare possunt, quam: Praefuit tunc temporis scholae catecheticae Pantaenus. Quodsi enim verteres: Primus praefuit tunc temporis scholae catecheticae Pantaenus, rariorem vocabuli ἡγεῖσθαι significationem usitatae praeferres offenderesque loquendi consuetudinem cum veterum ecclesiae scriptorum recentiorumque Graecorum universe, ex quibus v. c. Photius biblioth. cod. 119. p. 300 Pierium quoque scholae catecheticae ἡγήσασθαι dixit, et Philippus Sidetes l. l. vocabulum πρῶτος ad ἡγήσατο adiicere supervacuum non habuit, tum Eusebii separatim, qui h. e. VI, 6 Clementem quoque ait scholae catecheticae καθηγήσασθαι quique permultis locis episcopos ecclesiarum ἡγήσασθαι dicere nihil dubitat (velut h. e. VI, 11 coll. h. e. III, 2. 4; V, 6). Accedit, quod, si Pantaenum primum certo habuisset catechetam, Eusebius sine dubio hanc suam sententiam dilucidis verbis expressisset, nec l. l. nihil dixisset, quam: Ἐν δὲ τοῖς (scholae cat. praefectis) μάλιστα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ διαλάμψαι λόγος ἔχει τὸν δεδηλωμένον (Pantaenum). Pariter atque Eusebius patrum alius quisquam neque Athenagoram ante Pantaenum scholae cat. non praefuisse (etiam ne Hieronymus quidem Athenagorae mentionem fecit), neque — id vero Rufino excepto — Pantaenum primum praefuisse dicit. Solus igitur restat Rufinus, cuius testimonium nullius est momenti. Narrat enim aliquid, quod Eusebius nullo modo. Quodsi autem interpres ab archetypo differt, quaerere nos oportet, quomodo in istam discrepantiam inciderit, studio erroris in archetypo deprehensi corrigendi, an negligentia inscitiaque. Iam vero studium corrigendi minime apparet in Rufino, quippe qui in Eusebii libri quinti capite decimo, ubi

praecipue ipſi corrigendum erat, nihil permutaverit. Reſtat igitur, ut inſcitiae ipſius negligentiaeque deflexionem ab archetypo demus. Inſcitia quidem in eo cernitur, quod, cum Euſebius a Pantaeno, quem, ſummo iure, nusquam primum ſcholae cat. praefectum vocat, ſeriem catechetarum inceperit, ipſe diſerte primum eum nuncupavit; quod autem in eo capite, quod haud ſcio an iniuria (qua de re infra occaſio erit disputandi) loco moverit (in noſtris enim Euſebii h. e. codicibus manuſcriptis, ſi Strothio fidem habere fas eſt, et exemplaribus non eſt libri ſexti caput tertium, ſed ſextum), nonnulla, ut ipſi pro ſua rei inſcitia viſa ſint, leviora permutavit, id videtur eſſe negligentiae. Quae cum ita ſint, Rufinum hic praetermitti licebit; ſtemus potius in eo, quod Euſebius, quem Hieronymus ſequitur, Pantaenum primum ſcholae catecheticae praefectum nunquam appellavit. Sed cum Philippus Sidetes, catechetae Alexandrini diſcipulus, Athenagoram eumque, id quod ſcripta ipſius demonſtrant, doctiſſimum ideoque haud alienum a virtutibus ſcholae catecheticae praefectorum, ante Pantaenum nobis tradiderit: non eſt, cur iſti ſententiae omnibus viribus reluctemur. Fortaſſe igitur (ſed nil niſi fortaſſe) ante Pantaenum iam Athenagoras (de cuius hiſtoria infra plura) ſcholae noſtrae praefuit. Quoquo modo autem de iſta quaeſtione unquam diiudicabitur, haud dubie non Athenagoras (maior is forſan ſcriptis, quam viva voce), ſed Pantaenus primus fuit, qui ſcholae noſtrae maiorem, etiam externam gloriam comparavit, primumque eius lumen, quia a Pantaeno graviſſimi hiſtoriae eccleſiaſticae patres in ſerie catechetarum tradenda proficiſcuntur. Iam vero quamquam neque Athenagoras, neque Pantaenus veri nominis conditor ſcholae noſtrae certo praedicari poteſt: tamen ex eo, quod patres ad illos usque viros neminis ei praefecti nomen tradiderunt, ſequitur, ſeculo II. demum exeunte claros doctores noſtram habuiſſe. Cum autem ipſi iſtius modi doctores effecerint, ut catechetica ſchola ex inferiore, ut id breviter dicam, ſuperior evaderet: poteſt, ſi quis certius hac

de re iudicare velit, origo nostrae scholae catecheticae exeunti seculo II. iure dari.

Summa igitur quaestionis de primordiis scholae catecheticae haec videtur esse: Quia Alexandriae iam dudum museum illud celeberrimum floruerat, similis scholae christianae instituendae Christiani facile capere potuerunt consilium, quod eo studiosius exsequuti sint, quo vehementius Alexandrinus profanae doctrinae flos ipsos concitaverit, eoque magis exsequi licuit, quo liberiore Alexandria gaudebat sacrorum iure. Schola autem christiana non surrexit ex museo, sed iuxta museum. Marcus scholas forsan condidit ad prima christianae religionis elementa ediscenda, unde catechetica schola nostra paulatim prodiit. Nostrae seculo p. Chr. secundo exeunte demum doctores commemorantur, ante Pantaenum Athenagoras quidem a Philippo Sidete, tamen, ex amplissimorum patrum auctoritate, Pantaenus, si minus princeps, certe primum decus.

CAPUT SECUNDUM.

DE SINGULIS SCHOLAE CATECHETICAE PRAEFECTIS.

In enumerandis singulis scholae catecheticae praefectis id praecipue spectabimus, ut et testimonia afferamus scholae praefectum confirmantia, et inquiramus, quonam tempore quisque munere illo sit functus [22]). Praeterea autem liceat, clarissimi cuiusque tum vitam fataque adumbrare, tum scripta breviter commemorare [23]). Illud

22) De hac quaestione cf. ubique Dodwellus diss. in Iren. p. 494 sqq.; Michaëlis l. l. §. 10.; Hilscherus l. l. §. 10. et Dietelmaierus l. l., qui hic semel laudati sunto.

23) De vita et scriptis plerorumque scholae catecheticae praefectorum cf. in universum praeter Dodwell. l. l. L. E. Du Pinii nouvelle bibliothèque des auteurs eccles. (Paris 1693.), tom. I. II.; Guil. Cavei scriptor. eccles.

enim necessarium est, si fata scholae nostrae intelligere volumus; posterius autem, quamvis haud inepte ad alteram nostram partem reiiciatur, tamen melius hic tractabitur, primum quia in altera parte versabimur in enucleandis sententiis, quae istis libris contineantur, ideoque tractatio de ipsis scriptis catechetarum quasi in prolegomenis foret praemittenda, tum quoque quia rationem scholae nostrae comprehendere non valemus, nisi doctrinam eius praefectorum habeamus perspectam. Perspicere autem eam non poterimus, nisi librorum doctissime ab ipsis scriptorum memoriam revocaverimus.

Athenagoras[24]).

Athenagoram scholae catecheticae praefuisse, nemo dicit, nisi Philippus Sidetes (l. l. p. 488) his verbis: Τοῦ διδασκαλείου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθηναγόρας πρῶτος ἡγήσατο.

---

histor. litterar. (Genev. 1693.); I. A. Fabricii biblioth. Graec. (Hamburg. 1723.), tom. V. VII. VIII.; Moshem. commentar. de reb. Christ. ante Const. M.; M. Schroeckh Christl. Kirchengesch. P. III. IV. V. VII. VIII.; Mart. Ios. Routhii reliquiae sacrae, 4 voll. VIII., Oxonii 1814 — 1818.; (singulos Routhii locos infra suo loco excitabimus); al.

24) De Athenagorae vita scriptisque videsis Inscriptionem Athenagorae Apologetici, Methodium apud Epiphanium haer. LXIV. 21 et Photium bibl. cod. 234. p. 908, atque Philippi Sidet. fragm.; et cf. A. Pol. Leyseri diss. de Athenagora, Lips. 1736.; Lud. du Four abb. de Longuerne dissertat. de Athenagora in ipsius dissertatt. ed. Winkler, Lips. 1750., IV. p. 236 sqq.; Moshemii diss. de vera aetate apol. Athenag. in diss. ad h. e. pert. I. 269 sqq.; I. D. de Houen de inscriptione et vera aetate πρεσβείας Athenag., Ling. 1752, IV.; Th. Adr. Clarisse S. V. Comment. de Athenag. vita et scriptis et eius doctrina de relig. christ., Lugd. B. 1819, IV. (quam mihi in promptu esse non potuisse vehementer doleo). Cf. praeterea Tzschirneri S. V. Geschichte der Apologetik, I. 224 sqq. et Encyclopaed. Hal. tract. G. E. Petri, s. v. Athenagoras, vol. VI. p. 176. 177.

Quo tempore, ſi praefuit, praefuerit, biſariam opiniones diffinduntur; Philippus Hadriano et Antonino (Pio) imperatoribus, inſcriptio vero codicum manuſcriptorum, Athenagorae apologiae praefixa, M. Aurelio Antonino (Philoſopho) et L. Aurelio Commodo apologiam dedicatam eſſe ab Athenagora dicit. Iam vero ante annum CLXXVI. apologeticum conſcriptum eſſe non poſſe, oſtendit Moshemius (l. l. in annot.). Floruit igitur Athenagoras ſeculi ſecundi altero dimidio.

Omnino dubitationi aeque ampliorem locum dare nos oportet de Athenagora, quem quidem nemo patrum commemorat praeter Philippum Sideten l. l. et Methodium Patarenſem de reſurrectione apud Epiphanium haer. LXIV, 21. et apud Photium cod. 234. p. 908. (Cf. edit. Amphilochii et Methodii operum inventorum, quam curavit Fr. Combefiſius, Pariſiis 1644. p. 307). Hoc poſteriore loco legimus: Ὅτι φησίν (ſc. Methodius)· ὁ διάβολός ἐστι πνεῦμα περὶ τὴν ὕλην γενόμενον ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθάπερ καὶ Ἀθηναγόρᾳ ἐλέχθη κ. τ. λ. Quae verba poſtrema veriſimillimum eſt addita eſſe non a Photio, qui quomodo repente in Athenagoram inciderit, quem nusquam alibi commemorat, non intelligitur, ſed a Methodio; id quod ſupra dubitationem effertur eodem Methodii loco apud Epiphanium, ubi pariter Athenagoras excitatur his verbis: Τί οὖν ὁ διάβολος λέξεται; πνεῦμα περὶ τὴν ὕλην ἔχον, καθάπερ ἐλέχθη, ὦ Ἀθηναγόρα, γενόμενον ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ubi autem ſine dubio recte Petavius τῷ Ἀθηναγόρᾳ ſcribendum eſſe ſuſpicatur.

Reliqua de Athenagora, eaque omnia, ut per ſe apparebit, non ſatis certa, quippe quae partim inſcriptione apologetici, partim Philippi Sidetae auctoritate nitantur, ſunt haecce: Athenagoram Athenis natum eſſe, titulus apologiae praefixus docet (Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν κ. τ. λ., quae verba perſpicuitatis cauſa in hunc modum interpungere malim: Ἀθηναγόρου, Ἀθηναίου, φιλοσόφου, χριστιανοῦ, π. π. χ.). Ipſum ante gentilem ad religionem chriſtianam converſum fuiſſe, Philippus his enarrat verbis:

Οὗτος πρὸ τοῦ Κέλσου κατὰ Χριστιανῶν γράψαι προθυμηθεὶς, ἐντυχὼν ταῖς θείαις γραφαῖς εἰς τὸ ἀκριβέστερον ἀγωνίσασθαι, οὕτως εἵλετο τῷ παναγίῳ πνεύματι, ὥστε διδάσκαλον, κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον, ἀντὶ διώκτου γενέσθαι τῆς πίστεως, ἧς ἐδίωκεν. Relictis Athenis Alexandriam commigrasse ibique philosophiam Platonicam docuisse videtur, id quod Dodwellus l. l. p. 497—499 ex eo colligit, quod Philippo Alexandriae ἀκαδημαϊκῆς σχολῆς προϊστάμενος appellatur (quae verba minime ad scholam catecheticam spectant, de qua iam prius apud Philippum actum est). Illi enim studio profano adeo non fuit cur Christianus isque scholae catecheticae doctor valedixisset (nam Pantaenus, Clemens, Origenes, Heraclas, Dionysius, Pierius, Theognostus, Didymus, Rhodo (cf. Dodwell. l. l. p. 498 sqq.) iisdem studiis vacarunt, ita ut Athenagorae, proselyto, cuius temporibus schola vix orta fuerit, ad ea incumbere eo magis licuerit), ut muneris christiani partes eo latius paterent. Incedebat enim, de sententia Philippi, ἀνὴρ ἐν αὐτῷ χριστιανίσας τῷ τρίβωνι. Quantopere autem pallium philosophorum effecerit, ut non modo Christiani, sed etiam gentiles doctori christiano eo induto libentius obsequerentur, innuit Tertullianus de pallio c. 6. („gaude pallium et exulta, melior iam te philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire coepisti"), et ostendit A. Neander S. V. (Denkwürdigkeiten aus d. Gesch. der Christenth. u. des christl. Lebens, tom. I. p. 90 sqq.). De anno Athenagorae supremo nihil constat; forsan is fuit, quo Pantaenus catechetae munus susceperit CLXXXI.

Duo Athenagoras nobis reliquit opuscula, alterum quod inscribitur: Πρεσβεία περὶ Χριστιανῶν, alterum περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. In posteriore auctor non ex sacris litteris, sed solis rationis principiis disputat; in legatione vero sive apologia, ubi religionis christianae dogmata nonnulla tangit, neglectis novi testamenti libris, locos veteris testamenti torquet ad confirmandas suas sententias; ceterum defendit Christianos a criminibus atheismi, incestus et coenae carnis liberorum mactatorum.

Apologiam Semlerus Athenagorae adimit (in praefatione ad Baumgarten. Unterſuchung theolog. Streitigkk., vol. II. p. 70 ſqq.); ſed argumenta ſufficientia non videntur (cf. Roeſsler Biblioth. der Kirchenväter I, 182).

Pantaenus[25]).

Pantaenus, ſive (ex ſententia Philippi Sidetae) Athenienſis, ſive Siculus, ut iam ſupra vidimus, primus eſt, quem Euſebius (h. e. V, 10), Hieronymus (catalog. c. 36. et 38.) et Nicephorus (h. e. IV, 35; V, 18) inter ſcholae catecheticae praefectos nominant. Qui omnes poſt Pantaenum demum de Clemente verba faciunt, quare Pantaenum prius, quam Clementem, ſcholae noſtrae praefectum fuiſſe, eſt veriſimillimum. Sed hic controverſiam nobis movet Dodwellus (l. l. p. 501 — 506), qui, nimia fragmenti Philippici (ubi legitur: Τούτου (Athenagorae) μαθητὴν γενέσθαι φησὶν ὁ Φίλιππος τὸν Στρωματέα Κλήμεντα καὶ Πάνταινον τοῦ Κλήμεντος) veneratione captus, Clementi Pantaenum ſucceſſiſſe arbitratur, verum contra veterum ſcriptorum auctoritatem, id quod multa nobis perſuadent argumenta. Primum enim veri eſt ſimillimum, eum, quem ſuum ipſius praeceptorem ultimum et omnium praeſtantiſſimum eumque Aegyptium Clemens nominat, quemque ἀκήρατόν τι γνώσεως χρῆμα ταῖς τῶν ἀκροωμένων ἐγγεννῆσαι ψυχαῖς dicit Stromat. lib. I. p. 274 ed. Sylburg. Colon., intelligendum eſſe Pantaenum, praeſertim cum Euſebius h. e. V, 11[26]) (cum Nicephoro h. e. IV, 33. p. 331) Pantaenum eundem intellexerit. Hunc praeceptorem

---

25) Vid. Euſeb. h. e. V, 10. 11; VI, 6. 13. 14; Chronic. (ed. Aucher.) II, 295; Hieronym. catalog. c. 36. (38) et epiſt. 83. ad Magnum opp. T. IV. P. II. p. 656; Philipp. Sid. l. l.; Photii biblioth. cod. 118. p. 297 et Nicephori h. e. IV, 32. 33. et V, 18.

26) Euſebius h. e. V, 11: Τοῦτον δὲ αὐτὸν (Pantaenum) καὶ τῶν στρωματέων ἐν πρώτῳ συγγράμματι αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ κ. τ. λ.

σικελικὴν μέλιτταν (quibus e verbis Henr. Valefius et Le Moyne (var. facr. tom. II. p. 207. 208) ex Sicilia illum oriundum fuiffe coniectant) appellat Clemens, quoniam, quod ftatim addit, apis inftar (Siculae; erat enim in Sicilia et Hyblaeo monte mel apiarium celebratiffimum; cf. Plinii natur. hift. XI, 13. 14) προφητικοῦ τε καὶ ἀποστολικοῦ λειμῶνος τὰ ἄνθη δρεπόμενος fuerit. Huc accedit, quod Clemens in Hypotypofibus Pantaeni tanquam praeceptoris meminit ex teftimonio Eufebii h. e. V, 11 (ὅς — Clemens — δὴ καὶ ὀνομαστὶ ἐν αἷς συνέταξεν ὑποτυπώσεσιν ὡς ἂν διδασκάλου τοῦ Πανταίνου μέμνηται) et VI, 13 (ὑποτυπώσεων λόγοι, ἐν οἷς ὀνομαστὶ ὡς διδασκάλου τοῦ Πανταίνου μνημονεύει), quam Eufebii fententiam etiam Philippicus excerptor tradit, dein Photii cod. 109. p. 288 (μαθητὴς δὲ, ὡς καὶ αὐτός φησι, γέγονε Πανταίνου fc. Clemens) et, ut videtur, Nicephori h. e. IV, 33 p. 331, quo tefte Clemens in Hypotypofibus Pantaenum πατέρα τῶν λόγων, patrem librorum fuorum, nominat. Praeterea Alexander, episcopus Hierofolymitanus, in epiftola ad Origenem fcripta Pantaenum prius, quam Clementem appellat, quod quidem non feciffet, fi Clemens Pantaenum fequutus non effet. Dicit enim (apud Eufebium h. e. VI, 14. p. 414 — cf. Niceph. h. e. V, 10. p. 356 — et in Origenis Opp. ed. Ruaei tom. I. p. 6. D) haecce: Πατέρας ἴσμεν τοὺς μακαρίους ἐκείνους τοὺς προοδεύσαντας, πρὸς οὓς μετ' ὀλίγου ἐσόμεθα, Πάνταινον τὸν μακάριον ὡς ἀληθῶς καὶ κύριον, καὶ τὸν ἱερὸν Κλήμεντα κύριόν μου γενόμενον καὶ ὠφελήσαντά με. Denique diferte et Eufebius h. e. VI, 6 Clementem Pantaeni fuccefforem nominat (Πάνταινον δὲ Κλήμης διαδεξάμενος), et Hieronymus catalog. c. 38. p. 109. 110. Clementem, Pantaeni auditorem, poft eius mortem Alexandriae ecclefiafticam fcholam tenuiffe et κατηχήσεων magiftrum fuiffe teftatur, et Photius bibl. cod. 118. p. 297 ex auctoritate omnium imprimisque Pamphili martyris apologiae pro Origene (vid. Routh. reliq. facr. III, 263) Clementem Pantaeni difcipulum fcholaeque fucceflorem (ἀκροατὴν καὶ τοῦ διδασκαλείου διάδοχον) appellat. Quorum a

partibus Nicephorus quoque stat h. e. IV, 33. p. 333. Quae cum ita sint, dicere etiam invito Philippo Sidete, quem Pantaeni et Clementis fere eadem aetas fefellerit, Pantaenum prius, quam Clementem scholae catecheticae praefuisse, equidem nihil dubito.

Ex quo tempore Pantaenus scholae nostrae praefuerit, colligi licet ex Eusebio. Dicit enim is h. e. V, 9: Ἐννέα δὲ καὶ δέκα ἔτεσι τῇ βασιλείᾳ διαρκέσαντος Ἀντωνίνου, Κόμοδος τὴν ἡγεμονίαν παραλαμβάνει (a. CLXXX)· οὗ κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἐκκλησιῶν Ἰουλιανὸς ἐγχειρίζεται τὴν ἐπισκοπὴν, et pergit h. e. V, 10: Ἡγεῖτο δὲ τηνικαῦτα τῆς τῶν πιστῶν αὐτόθι διατριβῆς Πάνταινος. Praeesse igitur coepit Pantaenus initio imperii Commodi circiter a. CLXXXI, cui sententiae etiam Nicephorus non repugnat h. e. IV, 32 his verbis: Καὶ ὁ πολὺς δὲ τὴν σοφίαν Πάνταινος ἐπὶ Κομόδου τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν θείας ἡγεῖτο διατριβῆς. Iam vero dicit Eusebius, rerum a Pantaeno gestarum ultimam fuisse, quod scholae nostrae praefuerit (h. e. V, 10 exeunte: Ὅγε μὴν Πάνταινος, ἐπὶ πολλοῖς κατορθώμασι, τοῦ κατ' Ἀλεξάνδρειαν τελευτῶν ἡγεῖται διδασκαλείου [27]), quare quae de Pantaeno praeter scholae praefecturam enarrantur, ita ut una cum illa gesta esse nequeant, ea ante annum CLXXXI. ab illo perfecta nobis persuadeamus necesse est. Docuit Pantaenus, discipulus eorum, qui apostolos

---

27) Hunc Eusebii locum ad arbitrium contra veram sententiam reddidit Nicephorus h. e. IV, 32: Πολλοῖς δὲ κατορθώμασι διαλάμψας ἄχρι δὴ καὶ ἐς τέλος, τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἱερᾶς ἡγεῖτο διατριβῆς Ceterum (id quod praesumimus, ne quis postea putet, Pantaenum primo scholae praefuisse, dein ad Indos profectum esse, tum denuo catecheticum munus suscepisse, quod, si ita esset, Eusebius in narratione vel de Clemente vel de Origene sine dubio tetigisset) ipse Eusebius minime aliud hoc loco indicat tempus, quo Pantaenus scholae praefuerit, quam supra capitis initio.

videre (Photii bibl. cod. 118. p. 297 [28])), de sententia Hieronymi catalog. c. 38. „sub Severo principe et Antonino cognomento Caracalla;“ qui cum anno CCXI. ad imperium accesserit, ante hunc annum Pantaenus mortuus esse nequit, per triginta igitur annos saltem munere scholastico, si ad mortem usque, functus; sed postremo magis sibi suisque studiis, quam scholae vixisse Pantaenus videtur (quod enim Hieronymus l. l. dicit: „Docuit sub Severo et Caracalla,“ his verbis simpliciter id voluisse videtur: Docuit praecipue sub Severo et floruit etiamtum sub Caracalla. Omnino autem Hieronymus hoc loco negligentiorem sese praebuit, qui ne commemoravit quidem, iam sub Commodo Pantaenum docuisse), quod ex eo colligimus, quod Eusebius, ex quo Originem commemoravit, non modo Pantaeni tanquam actuosi non amplius mentionem facit (si cui autem iccirco Hieronymi de Pantaeno a Demetrio in Indiam misso narratio magis arrideat, is ne ultra Eusebium sapiat caveto), sed etiam lib. VI. c. 6., ubi de rebus sub Severo gestis loquitur, dicit Πάνταινον δὲ Κλήμης διαδεξάμενος, ex quo sequitur, iam tunc temporis (a. 203) Pantaenum magis sibi quam schola vixisse [29]). Verum etiamsi nomine

28) Verba Photii p. 297: Πάνταινον δὲ (φασὶ) τῶν τε τοὺς ἀποστόλους ἑωρακότων ἀκροάσασθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ καί τινων αὐτῶν ἐκείνων διακοῦσαι, in hanc quidem sententiam dicta esse videntur, Pantaenum non modo eos, qui apostolos viderint, sed ipsos apostolos audivisse. Quod vero posterius cogitari omnino nequit; quare hoc loco Photius falsum testimonium memoriae videtur prodidisse.

29) Eusebius h. e. VI, 6. ait: Πάνταινον δὲ Κλήμης διαδεξάμενος, τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν κατηχήσεως εἰς ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ καθηγεῖτο· ὡς καὶ τὸν Ὠριγένην τῶν φοιτητῶν αὐτοῦ παῖδα ὄντα γενέσθαι. Per se igitur apparet, Eusebii verba falso interpretatum esse Nicephorum h. e. IV, 33. p. 332, qui: Τὸν δὲ Πάνταινον, ait, Κλήμης διαδεξάμενος τῆς διατριβῆς καθηγεῖτο· ὡς κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ καὶ τὸν Ὠριγένην παῖδα ὄντα παρ' αὐτῷ φοιτῆσαι.

fortaſſe ad mortem usque ſcholam gubernaverit, tamen ne id quidem continuo agere potuit; enarrat enim Euſebius h. e. VI, 3, tempore perſecutionis Severianae anno CCIII. neminem Alexandriae ſuperfuiſſe, qui in ſchola noſtra doceret, ita ut Pantaenum paulisper temporibus ceſſiſſe credere nos oporteat.

Cetera, quae de Pantaeno veteres nobis reliquerunt, haec ſunt: Quamquam ſtoicae addictus diſciplinae (Euſeb. h. e. V, 10: ἀπὸ φιλοσόφου ἀγωγῆς τῶν καλουμένων Στωϊκῶν ὁρμώμενος; Hieron. catal. c. 36: „Pantaenus ſtoicae ſectae philoſophus;“ cf. Euſeb. Chron. ed. Auch. II, 295.) (ſecundum Philippum Sideten Πυθαγόρειος), tamen (Euſeb. h. e. et Hieron. ll. ll.) chriſtianae religioni adeo totum ſeſe dedit (de ſententia Euſebii „dediſſe perhibetur“ — φασὶν —), ut longinquis nationibus evangelii Chriſti praedicator extiterit, ad Indiam, i. e. Homeriam ſive Arabiam orientalem (cf. quae I. C. Thilo S. V. hac de re dixit in Actis Thomae, p. 109 ſq. coll. p. 99 ſqq.) usque progreſſus. Indis autem, Euſebius narrat, Bartholomaeus apoſtolus, ut fama eſt (λέγεται), evangelium Matthaei Hebraicis conſcriptum litteris reliquerat, quod quidem ad illa usque tempora ſervatum et a Pantaeno apud quosdam Chriſti notitia imbutos inventum eſſe memoratur. Ita Euſebius, aliter Hieronymus in catal. l. l., qui hoc evangelium a Pantano Alexandriam allatum eſſe addit, cui Rufinus adſtipulatur in verſione Euſebianae h. e. l. l., ubi vertit: „Quod (ev.) per idem tempus ſupra dictus Pantaenus repertum detulerit.“ Quod Hieronymus (cum Rufino aſſecla) aeque coniectura aſſequi potuit atque illud aſſequutus eſſe videtur, quod l. l. (et epiſt. 83. ad Magnum opp. t. IV. P. II. p. 656) enarrat, a Demetrio epiſcopo „rogato ab illius gentis legatis“ Pantaenum ad Indos eſſe miſſum. Etenim ſi nobiscum reputaverimus, Euſebium, ubi de Pantaeni praefectura ſcholae loquitur, h. e. lib. V. capitis decimi initio et fine (dum in medio hoc capite de illo itinere ſuſcepto diſſerit) unum idemque, quo is ſcholae praefuerit,

tempus nihil negare, ideoque Pantaenum, cuius rerum gestarum scholae praefectura ultima fuit, ad Indos, si revera est, profectum esse ante a. CLXXXI., Demetrium autem successisse Iuliano, qui ab anno CLXXX. ad annum CXC. munere episcopali apud Alexandrinos functus erat (vid. Euseb. h.e. V, 22: ἐν ῷ — decimo anno Commodi — καὶ Ἰουλιανοῦ δέκατον ἔτος ἀναπλήσαντος, τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν παροικιῶν τὴν λειτουργίαν ἐγχειρίζεται Δημήτριος): apparebit, Pantaenum a Demetrio legatum esse non posse, nisi Eusebium in uno eodemque capite sibi non constitisse putaverimus. Quod non est credibile; e contrario facile intelligimus, quomodo in errorem inciderit Hieronymus, quippe qui Eusebii de isto Pantaeni itinere narrationem pro episodio, quod quidem est, non habuerit. Iam per se veri est dissimillimum, Pantaenum neglecto munere certo, simillimum autem, ante susceptum munus ad Indos esse profectum. Postremo, Eusebius l. l. pergit, Pantaenus, — clarus praecipue circiter a. CXC. (quod inde colligimus, quod Eusebius Chron. II, 295. ed. Auch. eum in ea paginae parte posuit, ubi Commodi, Pertinacis et Severi imperia paene sese tangunt; neque tamen certo id dixerim, quia tum Eusebius in Chronico non satis accurate chronologiam tractavit, tum versio Hieronymiana Pantaenum et Clementem anno CXCVII. dat) — scholae catecheticae praefuit, ubi ζώσῃ φωνῇ καὶ διὰ συγγραμμάτων docuit (sed teste Hieronymo catal. c. 36. magis viva voce ecclesiis profuit). Pantaenum etiam profana doctrina multis profuisse, testatur Origenes in epistola quadam (apud Ruaeum vol. I. p. 4 et apud Eusebium h. e. VI, 19.) his verbis: Τοῦτο δὲ πεποιήκαμεν μιμησάμενοί τε τὸν πρὸ ἡμῶν πολλοὺς ὠφελήσαντα Πάνταινον, οὐκ ὀλίγην ἐν ἐκείναις (litteris profanis) ἐσχηκότα παρασκευήν. Scriptorum Pantaeni (Hieronymus l. l.: „Huius multi," ait, „in sanctam scripturam exstant commentarii") iniuria temporis nobis ablatorum perpauca fragmenta cum versione Latina et annotationibus invenire licet apud Routhium reliq. sacr. I, 339—343.

Clemens [30])

T. Flavius Clemens, cognomine Alexandrini, aut Athenienfis aut Alexandrinus (vid. Epiphan. haer. XXXII, 6: Κλήμης, ὅν φασί τινες Ἀλεξανδρέα, ἕτεροι δὲ Ἀθηναῖον, et Petavium ad h. l.), ex ethnico philofopho Chrifiianus (vid. Eufebii praepar. ev. lib. II. cap. 2, ed. Franc. Viger. Rothom., Coloniae 1688, p. 61 [31])), atque peragratis Graecia, Italia, Oriente, Palaeftina et Aegypto (vid. Clem. Strom. lib. I. p. 274 ed. Sylb. Col. et apud Eufeb. h. e. V, 11, ubi Clemens magiftros percenfens haec dicit: Τούτων ὁ μὲν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος ὁ Ἰωνικός· ὁ δὲ ἐπὶ τῆς μεγάλης Ἑλλάδος· τῆς Κοίλης ἅτερος αὐτῶν Συρίας ἦν· ὁ δὲ ἀπ' Αἰγύπτου· ἄλλοι δὲ ἀνὰ τὴν ἀνατολήν, καὶ ταύτης ὁ μέν τις τῶν Ἀσσυρίων· ὁ δὲ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ Ἑβραῖος ἀνέκαθεν· ὑστάτῳ δὲ περιτυχών, δυνάμει δὲ ἄρα πρῶτος ἦν, ἀνεπαυσάμην, ἐν Αἰγύπτῳ θηράσας λεληθότα), Alexandrinae ecclefiae presbyter (Hieron. catal. c. 38; epift. 83 ad Magnum), Pantaeni, ut fupra vidimus, ubi de Pantaeno actum eft, difcipulus fuit atque

30) Vid. Eufebii hift. eccl. V, 11; VI, 3. 6. 13. 14; praepar. evangel. II, 2; IV, 16; Chronic. II, 295; Hieronymi catalog. c. 38, al. loc.; Epiphanii haer. XXXII, 6; Philipp. Sid. l. l.; Socratis hift. eccl. II, 35; Photii biblioth. cod. 109—111 (p. 285 fqq.). 118 (p. 297); Nicephori h. e. IV, 33; et cf. Nicol. Nourrii differtatt. de omnibus Clementis Alexandrini operibus (apparat. ad maximam biblioth. patr. tom. I, p. 624); Io. Tribbechovii tres differt. de Clemente Alex., Halae 1706; Io. Balth. Bernholdii hypomnemata de Clemente Al., utriusque in ecclefia cathedrae ornamento, Altorfii 1725, IV; et Io. Agath. Felic. Bielckii diff. de Clemente Al., quam ille I. G. Walchio praefide Ienae defendit 1737 (in Walchii mifcellaneis facris, p. 510).

31) Eufebius haec habet: Ταῦτα δὲ Κλήμης ὁ θαυμάσιος ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας προτρεπτικῷ διαρρήδην ἐγκαλύπτει, πάντων μὲν διὰ πείρας ἐλθὼν ἀνήρ, θᾶττόν γε μὴν τῆς πλάνης ἀνανεύσας, ὡς ἂν πρὸς τοῦ σωτηρίου λόγου, καὶ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τῶν κακῶν λελυτρωμένος.

ſucceſſor (Euſeb. h. e. V, 11; VI, 6. 13. 14; Hieronym. catal. c. 38; Photii bibl. cod. 118). Quod autem ita intelligas cave, quaſi poſt Pantaeni mortem demum in ſchola catechetica Clemens docere coeperit. Potius, propterea quod non modo Hieronymus (catal. c. 36) docuiſſe ait Pantaenum ſub Severo et Caracalla, et floruiſſe Clementem (catal. c. 38) ſub iisdem, ſed etiam Euſebius tum h. e. V, 11, ubi de rebus diſſerit ſub Commodi imperio geſtis, ſtatim poſt commemoratum Pantaenum Clementis iniicit mentionem, atque talibus verbis, quae ad ſcholae catecheticae praefecturam ſpectent [32]), tum in Chronico II, 295 Clementem et Pantaenum uno fere eodemque tempore, circiter a. CXC, claros eſſe habitos narrat, iam per plures annos, ut videtur circiter ab a. CXC, Pantaenum a Clemente adiutum fuiſſe, eſt veriſimillimum. Id quod negari nequit, etſi Euſebii h. e. libri VI caput ſextum, ubi, dum Euſebius de rebus ſub Severo geſtis loquitur, Πάνταινον Κλήμης διαδεξάμενος dicitur, ſuo loco poſitum eſſe arbitramur. Valeſius quidem et Strothius ad h. l. capita ſextum et ſeptimum eſſe transpoſita dicunt, quippe quae „narrationis filum nimium abrum-

32) Verba Euſebii h. e. V, 11: Κατὰ τοῦτον (hiſtoria Pantaeni praeceſſit) ταῖς θείαις γραφαῖς συνασκούμενος, ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐγνωρίζετο Κλήμης, diſerte quidem non dicunt, Clementem tunc temporis in ſchola catechetica docuiſſe, ſed hanc ſententiam, eamque ipſis verbis aptiſſimam (ut Rufinus verterit: „In huius divinarum eruditionum ſcholis quam maxime effloruit apud Alexandriam“ cet., et Nicephorus interpretatus ſit h. e. IV, 33. p. 331: Τῇ δ' αὐτῇ χρόνου φορᾷ καὶ Κλήμης πρεσβύτερος ... ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ αὐτὸς συνασκούμενος ἦν τῷ Πανταίνῳ· καὶ τὸν ἴσον δρόμον ἐκείνῳ καὶ τὴν σπουδὴν ἐπὶ διαίτῃ καὶ τῇ διατριβῇ κεκτημένος) praebeant neceſſe eſt, quia Euſebius in capitum ſequentium nullo priore iſtud Clementi munus fuiſſe confirmat, quam ſexto libri ſexti, ubi autem non dicitur Clemens tunc temporis munus catecheticum ſuſcepiſſe, ſed ad illud usque tempus adminiſtraſſe, et quidem ab iſto inde tempore magis ſibi viventis Pantaeni tanquam veri nominis ſucceſſor.

pant pessimeque cohaereant tam cum antecedentibus, quam cum consequentibus;" sed, ut omittam, accuratam singulorum capitum cohaerentiam apud Eusebium non esse quaerendam, equidem, quae sit pessima ista cohaerentia, minime intelligo. Nequaquam enim capite sexto universe narratur, Pantaeno Clementem successisse, huiusque discipulum fuisse Origenem, sed ad illud usque tempus (i. e. etiamtum; cave intelligas, tunc temporis Clementem scholae praeesse desiisse), quo Origenes florere coeperit, Clementem, illius praeceptorem, docuisse exponitur. Eusebius quidem antea addere oblitus erat, Origenem discipulum fuisse Clementis; hoc capite sexto, ubi vix de initio praefecturae Origenianae egerat, apta transitione facta, ante neglectum supplet aliaque nonnulla, hac occasione oblata, adiicit. Tum interiecto capite septimo, caput octavum per voculam ἐν τούτῳ (interea) Origenis historiam bene excipit. At, ait Strothius, capita illa apud Rufinum nostro loco non exstant, sed supra capite tertio. Enimvero Rufini ista interpretatio leges nos interpretandi non docet, praesertim quae ita, ut Rufinus in iniuriam Eusebii verborum eam dedit [33]), nihil in capitis tertii sententiarum nexum quadret. Quodsi Rufinus verba, ut sonant, capiti tertio inseruisset, sententiam quidem praeberent probabilem, sed eandem, quam

33) Post verba enim: „Unde et videns Demetrius episcopus, quod ad ipsum (Origenem) praecipue doctrinae gratia et praedicationis verbi Dei, multitudines plurimae convolarent, catechizandi ei, id est docendi magisterium in ecclesia tribuit," pergit Rufinus VI, 3: „Quod primus post apostolos apud Alexandriam Pantaenus, secundus per ordinem Clemens, tertius administravit Origenes, ipsius discipulus Clementis, qui Clemens in opere Στρωματέων etiam tempora, in quibus libros describebat, in prooemiis designavit" cet. Cf. h. e. VI, 6. 7. Tum interiecta historia Iudae tandem Rufinus ad rem revertitur: „Igitur Origenes, iniuncto sibi a Demetrio episcopo magisterii officio, grammaticam scholam negligere coepit" cet.

quam noſtro loco. Verum redimus, unde profecti ſumus. Caput ſextum igitur noſtrae de Clemente ſententiae non repugnat; nihil enim aliud ibi dicitur, quam Clementem etiamtum floruiſſe. Si denique Hieronymus l. l. Clementem dicit poſt Pantaeni mortem ſcholam catecheticam tenuiſſe, ſignificat, Pantaenum primarium fuiſſe ſcholae catechetam, cui (etſi forſan iam ſeni, tamen prorſus demum) mortuo Clemens in principatu ſucceſſerit. Noſtram contra ſententiam diſerte comprobare videtur Nicephorus, qui h. e. IV, 33 Alexandriae Clementem τῇ αὐτῇ τοῦ χρόνου φορᾷ συνασκούμενον τῷ Πανταίνῳ fuiſſe refert. Ceterum quod Dodwellus l. l. p. 501 ſqq. ex coniectura Cavei l. l. p. 40 opinatur, Philippi ſui et reliquorum patrum narrationes bene in concordiam revocari poſſe ponendo, Clementi ſcholam fuiſſe commiſſam, dum Pantaenus apud Indos evangelium praedicaret, cui ipſi reverſo faſces ſcholae ille reſtituiſſet, ut ſic Clemens et ante (id quod Philippi Sidetae vult fragmentum) et poſt Pantaenum ſcholam gubernaſſet, nihil eſt, quippe quod in Pantaeni, quam quidem Euſebius tradit, hiſtoriam non quadret, niſi ultimum patroni cauſa cadentis refugium.

Clementis et ſanctimonia et doctrina patribus ita fuit probata, ut Alexander Hieroſolymitanus apud Euſebium h. e. VI, 11 eum dixerit ἄνδρα ἐνάρετον καὶ δόκιμον, ipſe Euſebius praepar. evangel. II, 2 et IV, 16. p. 157 θαυμάσιον et Hieronymus epiſt. 83 ad Magnum „omnium eruditiſſimum" Clementisque opera vocaverit catal. c. 38 „inſignia volumina plenaque eruditionis et eloquentiae, tam de ſcripturis divinis quam de ſaecularis litteraturae inſtrumento." Huc accedunt eximiae Clementis laudationes apud Cyrillum Alexandrinum tanquam ἀνδρὸς ἐλλογίμου καὶ φιλομαθοῦς (lib. VII. in Iulian. p. 231 ed. Spanhem., Lipſ. 1696), Socratem (h. e. II, 35) tamquam ἀνδρὸς πάσης σοφίας ἐπιστήμονος, Theodoretum (haeret. fabull. lib. I, c. 6) ceu ἱεροῦ ἀνδρὸς καὶ πολυπειρίᾳ ἅπαντας ἀπολιπόντος, multos alios (vid. Fabric. bibl. Gr. V, 103).

Septem suorum praeceptorum patriam tantummodo, non nomina tradit Clemens (apud Euseb. h. e. V, 11; Stromat. I. p. 274), sed summis eos celebrat laudibus, quippe qui doctrinam a Petro, Iacobo, Iohanne et Paulo continua successione traditam et accepissent et conservassent sinceram. [34]) Ex illis igitur fontibus hauserat Clemens, quae philosophiae suae mirum illum colorem dederunt.

Inter discipulos Clementis excellunt Origenes (cf. Euseb. h. e. VI, 6; Photii cod. 118 p. 297) et Alexander, postea episcopus Hierosolymitanus (Euseb. h. e. VI, 14; Orig. Opp. ed. Ruaei I. p. 6). Legimus in fragmento epistolae huius Alexandri (apud Eusebium h. e. VI, 11 et apud Hieron. catal. c. 38) haecce: Ἀλέξανδρος..... τῇ μακαρίᾳ Ἀντιοχείων ἐκκλησίᾳ χαίρειν..... Ταῦτα δὲ ὑμῖν τὰ γράμματα ἀπέστειλα διὰ Κλήμεντος τοῦ μακαρίου πρεσβυτέρου, ἀνδρὸς ἐναρέτου καὶ δοκίμου, ὃν ἴστε καὶ ὑμεῖς καὶ ἐπιγνώσεσθε, ὃς καὶ ἐνθάδε παρὼν κατὰ τὴν πρόνοιαν καὶ ἐπισκοπὴν τοῦ δεσπότου, ἐπεστήριξέ τε καὶ ηὔξησε τὴν τοῦ κυρίου ἐκκλησίαν. Haec de Clemente Alexandrino intellexit Hieronymus catal. c. 38, quod iam notavit Valesius, qui simul satis quidem constare addit, Clementem in illis versatum esse regionibus, id quod ipse Stromatum libro I. testetur. Ipso Alexander ille praeceptore usus est (Euseb. h. e. VI, 14), ipse autem Alexandro amico, cui canonem suum ecclesiasticum dedicaverit (Euseb. h. e. VI, 13. 14). Iam vero vix dubium est, quo tempore Alexandriam Clemens reliquerit; certo tempestate Christianorum persecutionis potissimum Alexandriae (Euseb. h. e. VI, 1) a Severo adeo vehementer excitatae, ut

34) Clementis verba sunt: Οἱ μὲν τὴν ἀληθῆ τῆς μακαρίας διδασκαλίας σώζοντες παράδοσιν, εὐθὺς ἀπὸ Πέτρου καὶ Ἰακώβου, Ἰωάννου τε καὶ Παύλου τῶν ἁγίων ἀποστόλων παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεξάμενος (ὀλίγοι δὲ οἱ πατράσιν ὅμοιοι), ἧκον δὴ σὺν θεῷ καὶ εἰς ἡμᾶς, τὰ προγονικὰ ἐκεῖνα καὶ ἀποστολικὰ καταθησόμενοι σπέρματα.

Pantaeno in fugam coniecto μηδενός τε ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας τῷ κατηχεῖν ἀνακειμένου (Euſeb. h. e. VI, 3), Origenes adoleſcentulus ſcholae praeeſſe cogeretur. Etenim iam tunc temporis ſine dubio Clemens in ſchola catechetica docuit; atqui narratur, neminem affuiſſe catechetam; ergo ſequitur, Clementem perſecutionis periculis ceſſiſſe. Alexandriam Clemens reverſus ſit, necne, nusquam diſerte dicitur; ſed dum Hieronymus catal. c. 38 Severo et Caracalla imperatoribus illum floruiſſe affirmat, ab eo ſcholam catecheticam tamdiu orbam eſſe relictam, cogitari vix poteſt, indeque, quod patres Pantaeni ſucceſſorem ipſum nominant, colligere licet, eum (quamvis iam prius rediiſſe putaverim) certe, cum Pantaenus mortuus eſt, Alexandriae fuiſſe, quia alioqui non Clemens, ſed Origenes illius ſucceſſor eſſet nuncupandus. Mortuum eſſe Clementem anno CCXX arbitratur Du Pinius (bibl. I, 79), quem ex recentioribus plurimi ſequuntur, veluti Schroeckhius, Henkius, Staeudlinius S. V., alii, de mea quidem ſententia falſo; nam cum Euſebius h. e. VI, 15 narret, Origenem, ne laboris mole opprimeretur, ſocium ſibi ſumpſiſſe in ſchola catechetica adminiſtranda Heraclam, circiter a. CCXIII, id cur Clemente vivo fecerit, cogitari vix poteſt. Quare circiter a. CCXIII Clementem mortuum eſſe cenſeo.

Scripta Clementis nominata apud Euſebium h. e. VI, 13; Hieronymum l. l.; Photium bibl. cod. 109—111 et Nicephorum h. e. IV, 33, partim deperdita ſunt, partim ſuperſunt. Deperdita ſunt: Hypotyposeon ſive Inſtitutionum libri VIII (de quibus videſis Photii biblioth. cod. 109. p. 285[35]), qui ἀσεβεῖς καὶ μυθώδεις λόγους, nec non βλασφήμους τηρατολογίας καὶ φλυαρίας ibi invenit; fragmenta invenire licet apud Euſebium h. e. I, 12; II, 1. 9. 15; VI, 14), canon eccleſiaſticus (apud Pho-

35) Αἱ μὲν ὑποτυπώσεις, Photius ait, διαλαμβάνουσι περὶ ῥητῶν τινων τῆς τε παλαιᾶς καὶ νέας γραφῆς, ὧν καὶ κεφαλαιωδῶς, ὡς δῆθεν, ἐξήγησίν τε καὶ ἑρμηνείαν ποιεῖται.

tium bibl. cod. 111 p. 288 περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν), liber de paſchate, de obtrectatione, disputationes de ieiunio, exhortatio ad patientiam, Veram turpitudinem non in rerum nominibus, ſed in actionibus conſiſtere (Clementis Paedag. lib. II. c. 6.), liber de continentia (ib. II, 10), de nuptiis (ib. III, 8). Haec omnia aliaque praeterea (vid. Fabric. bibl. Gr. V, 111 ſqq.) ſunt deperdita; ſuperſunt autem notiſſima illa opera: Λόγος προτρεπτικὸς ſive Cohortatio ad Graecos, qua, idololatriae ſtultitia expoſita, gentiles ad chriſtianam religionem excipiendam Clemens adhortatur, Paedagogus (libri tres) cum hymno in Paedagogum (vid. Phot. cod. 110 p. 288)[36]) et Stromatum libri octo (Phot. cod. 111); praeterea λόγος τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος (ſeparatim nuper is editus à Carol. Segaario, Trai. ad Rh. 1816), adumbrationes in aliquot epiſtolas canonicas (1 Petri, Iudae et 1. 2 Ioh.) e verſione Caſſiodori (vid. Caſſiodor. de inſtit divin. ſcript. cap. 8.), fragmenta, ex variis monumentis collecta, in Ittigii ſupplementis p. 149—169, et Excerpta, quae ſub Clementis nomine circumferuntur, e ſcriptis Theodoti cuiusdam. Celeberrimum opus eſt Stromatum[37]) (unde ipſe στρωματεὺς nuncupatur apud Philippum Sideten l. l., Theodoretum fabb. haeret. prooem. p. 282, Caſſiodorum de inſt. div. ſcript. praefat. et cap. 8, Pſeudo-Heraclidem in Paradiſo in Rosweydi vitis patrum p. 973, Io. Moſchum apud eundem p. 909, Photium bibl. cod. 118 p. 297, Nicephorum h. e. IV, 33; V, 18, alios), complectens ὑπόθεσιν πολυμαθοῦς παιδείας, unde nomen (vid. Stromat. IV, p. 476 ed. Sylb. Col.). Libri

36) Conſilium per paedagogum homines in eccleſiam ducendi Clemens indicat Paedag. III. c. 12. p. 266 ed. Sylb. Col. Quem ad finem libro primo Chriſtum ut paedagogum proponit, et lib. II. et III, quae hominem chriſtianum vere decorent, exponit.

37) Stromata teſte Photio cod. 111 ὁλοκλήρως οὕτως nominata ſunt: Τίτου Φλαβίου Κλήμεντος, πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας, τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων στρωματέων ά. β΄. γ΄. δ΄. έ. στ΄. ζ΄. καὶ ή.

isti de sententia Eusebii h. e. VI, 13 sunt *πλείστης χρηστομαθείας ἔμπλεοι*; ibi autem neque ordinem, neque dictionis ornatum et elegantiam se affectasse ipse fatetur Clemens (Stromat. VII. in fine [38]), cf. lib. I. p. 293), contentus res ita exponere, ut intelligantur. Liber octavus heterogenea quaedam tractat (vid. Semleri praefat. ad Baumgart. theol. polem. II, 154. 155), et cum ceteris nihil affine habet, circa logicae et philosophiae principia praesertim versatus. Stromatum libro I. auctor chronologiam affert (ed. Sylb. Col. p. 337.), quam Commodi morte finit, unde Eusebius h. e. VI, 6 colligit, hoc opus Severo imperante (inde ab a. CXCIII. ad CCXI.) esse confectum; cf. Eusebii Chron. II, 295 (ed. Aucher.), ubi, undecimo Severi anno commemorato, iis temporibus dicit Clementem libris conscribendis operam dedisse (vid. Moshem. de aetate apologetici Tertull. et initio persecut. Christ. sub Severo §. 9. in diss. ad h. e. pert. vol. I. p. 36 sqq.).

Origenes. [39])

Origenes, *τῷ γένει Αἰγύπτιος* (Epiphan. haeres. LXIV, 1), Clementis discipulus (Euseb. h. e. VI, 6;

---

38) Ait Clemeus Stromat. VII. p. 766. D. de Stromatis haecce: *Ἐοίκασι δέ πως οἱ Στρωματεῖς οὐ παραδείσοις ἐξησκημένοις, ἐκείνοις τοῖς ἐν στοιχείῳ καταπεφυτευμένοις εἰς ἡδονὴν ὄψεως· ὄρει δὲ μᾶλλον συσκίῳ τινὶ καὶ δασεῖ, κυπαρίσσαις καὶ πλατάνοις, δάφνῃ τε καὶ κισσῷ, μηλαίαις τε ὁμοῦ καὶ ἐλαίαις, καὶ συκαῖς καταπεφυτευμένῳ, ἐξεπίτηδες ἀναμεμιγμένης τῆς φυτείας καρποφόρων τε ὁμοῦ καὶ ἀκάρπων δένδρων, διὰ τοὺς ὑφαιρεῖσθαι καὶ κλέπτειν τολμῶντας τὰ ὥρια, ἐθελούσης λανθάνειν τῆς γραφῆς.* Photius cod. III. de Stromatis dicit: *Σποράδην τε καὶ ὥσπερ οὐκ ἐν τάξει τὴν τῶν κεφαλαίων παράδοσιν ποιεῖται.*

39) Vide imprimis Gregorii Thaumaturgi in Origenem prosphoneticam ac panegyr. orat. in eius opp. p. 169. ed. Mogunt., 1604, IV; Eusebii h. e. VI, 1—6. 8. 14—21. 23—28. 30—33. 36—39; Chron. II, 295. 297; Pamphili apologiae pro Origene (cf. Routh. rel. sacr. III, 261 sqq.) fragmenta (apud eundem IV, 289 sqq.); Hieronymi catal. cap. 54 et multos alios locos,

Photii cod. 118 p. 297), eo tempore (a. CCIII), quo Pantaenus et Clemens persecutioni Severianae cesserant Alexandriamque reliquerant, decimo et octavo aetatis suae anno scholae catecheticae praeesse coepit (Eusebii h. e. VI, 3 initio; Hieronym. catal. c. 54; Photii cod. 118; Nicephori h. e. IV, 33). Iam vero si inde ab isto tempore Origenes continuo docuit (vid. Euseb. h. e. VI, 3. 8) et quidem, id quod inde colligimus, quod Eusebius h. e. VI, 3 Origeni scholam catecheticam traditam esse narrat idemque in posterum nusquam refert, Origeni (quamdiu Alexandriae fuerit) munus illud esse abrogatum, in

---

praecipue ex ipsius apologia adversus Rufinum (sicuti huius adversus Hieronymum) (Hieron. Opp. T. IV, P. II, p. 350 sqq.); Palladii hist. Laus. cap. 147; Epiphanii haeres. LXIV. potissimum cap. 1. 2. 3; Philippi Sid. l. l.; Socratis h. e. VI, 9. 13; Sozomeni h. e. VIII, 14; Photii bibl. cod. 8 (p. 9). 117. 118 (p. 293 sqq.). 232 (p. 904) et Nicephori h. e. V, 1—24. 32. 33; et cfr. Iacobi Merlini apologia pro Origene (in eius Orig. Opp. Lat. ed. Paris. 1512. 1519; Desiderii Erasmi epitome de vita, phrasi, docendi ratione et operibus Origenis cum singulorum librorum censuris (in Erasmi epistolis, Lond. 1642, pag. 1619, et Operum Lugd. B. 1703 tom. VIII. pag. 425); Petri Halloixii Origenes defensus, Leodii 1648, fol.; I. H. Horbii historia Origeniana, Francofurt. 1670; De la Motte histoire de Tertull. et d'Origenes, Paris. 1675; C. Ondini diss. de vita, operibus, doctrina et morte Origenis in commentar. de scriptor. eccles. tom. I. p. 231; P. D. Huetii Origeniana, editioni Origenis commentariorum in sacras scripturas praefixa (Coloniae 1685, fol.); I. F. Buddei exercitat. de allegoriis Origenis, Vitemb. 1689 (in ei. parerg. hist. theol. pag. 139—188); I. A. Schmidii diss. de lapsu Origenis, Helmst. 1793; Petri Zornii exercitatio de eunuchismo Origenis, Giessae 1708; Ioh. Meisneri tract. de Origene et Origenianis, Vitemb. 1712; I. S. Weickhmanni commentatio de schola Origenis sacra, Vitemb. 1744; I. A. Ernesti commentatio de Origene interpretationis librorum sacrorum grammaticae auctore (in opusculis philol. crit. ed. 2. Lugd. Bat. 1776 p. 288 sqq.).

schola catechetica [40]), verisimillimum autem est, desaeviente persecutione Pantaenum et Clementem rediisse: sequitur, per plures annos Origenem una cum Pantaeno et Clemente, primum duce Pantaeno, deinceps Clemente, docuisse, et post huius demum mortem solum scholae nostrae fuisse praefectum. Huic sententiae non repugnat Philippus Sidetes, qui Origenem quartum nominat ab Athenagora primo scholae praefectum, repugnare vero videatur Eusebius, qui, ex quo Origenem scholae praefectum commemoravit, de praefectura Pantaeni ac Clementis nil amplius referre videtur, et h. e. lib. VI, cap. 3 (p. 392.) Origeni μόνῳ τὴν τοῦ κατηχεῖν διατριβὴν traditam esse diserte dicit. Sed prius non est mirum, quia Origenes illos gloria longe superavit, quo etiam accedit, quod Pantaenus senex forsan non amplius aeque studiose scholae vacaverit, atque iuvenis, sed potius vitam degerit tranquilliorem, ad Clementem vero non modo media in narratione de Origene Eusebius (h. e. VI, 13. 14) redit, ex quo colligere licet, tunc temporis, quod Eusebius describit, Clementem superstitem adhuc fuisse, sed etiam libri sexti capite sexto, quod quidem caput, sive recto loco legitur, sive cum Rufino capiti tertio est inserendum, historiam Origenis interpellat, idque, ut videtur, ad hunc finem, ut Origenem istum clarissimum Clementis fuisse discipulum (ὡς καὶ τὸν Ὠριγένην τῶν φοιτητῶν αὐτοῦ (Clementis) παῖδα ὄντα γενέσθαι [41])), supplendo addatur, etiamtum, cum Origenes florere coeperit, Clementem vixisse, diserte enarrat. Quod autem ad posteriorem pertinet dubitationem, Demetrius (Euseb. h. e. VI, 3) haud dubie soli Origeni scholam tradidit, quippe eo tempore, quo reliqui catechetae absentes fuerunt. Idem significat Hieronymus catal. c. 54. p. 127. his verbis: „(Origenes) decimo octavo aetatis suae anno κατη-

40) In Chronico II, 297 Eusebius dicit, octavo imperii Alexandri Severi anno Origenem Alexandriae in scholis fuisse.

41) Alii: τῶν φοιτητῶν γενέσθαι αὐτοῦ.

χήκεων opus aggreſſus, poſtea a Demetrio eius urbis epiſcopo in locum Clementis“ (ſcil. abſentis) „presbyteri confirmatus,“ niſi forſan vocabulum poſtea ad ſerius referendum eſt tempus, quo Clemens mortuus eſt. Ceterum verba Hieronymi minime indicant, Origenem a Demetrio in locum Clementis presbyteri presbyterum eſſe confirmatum (nam presbyter non eſt a Demetrio creatus), ſed ſcholae catecheticae praefectum.

Origenem, etſi non uno ac perpetuo tenore, ad annum CCXXXII, quo Caeſaream abiit, ſcholae catecheticae praefuiſſe, infra fuſius enarrabimus; hic liceat tantummodo difficultates quasdam removere, quas movit Dietelmaierus l. l. Ea, quae hic vir doctus monuit, ipſius verbis eloquemur, et, ne longi ſimus, ſtatim in parentheſi panderabimus. Dicit enim praeter alia nullius fere momenti etiam haec: „Cum Clemens anno CCXX mortuus“ (quod erat demonſtrandum), „Origenes vero anno CCXXX ampliorem eruditionis celebritatem aſſequutus fuerit“ (nullum invenio locum, ex quo hoc colligi poſſit, niſi quodammodo Nicephori h. e. V, 8, qui, ex quo ad presbyteri dignitatem Origenes pervenerit, ipſum ἐκ τούτου, εἰς μέγα δόξης προήκοντα, ὄνομά τε καὶ κλέος ἀρετῆς καὶ σοφίας παρὰ πᾶσι σχεδὸν ἀνθρώποις μέγιστον conſequutum eſſe dicit; qualis autem auctor ſit Nicephorus, patet. Quod vero Euſebius in Chronico II, 297 ed. Aucher. non prius, quam paulo ante quam Caeſaream ſeſe conferret, Origenem Alexandriae floruiſſe dicit, negligentiae tribuendum eſſe apparet. Eodem iure Dietelmaierus etiam gravius dicere potuerit, ab anno CCXLIX demum Origenem celebritatem aſſequutum fuiſſe, quod Epiphanius haereſ. LXIV, 1 ait: ἐν χρόνοις Δεκίου βασιλέως ἐγνωρίζετο (Origenes) ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας, et de ponderibus et menſuris cap. 18 addit: ἀπὸ χρόνων Δεκίου ἀκμάσας), „conſequens erit ut dicamus, aut ſcholam per annos propemodum decem moderatore caruiſſe“ (perinde quaſi ex eo ſequatur, Origenem non prius ſcholae

praefecti munere fungi potuisse, quam ad summum gloria fastigium evectum), „aut Origenem tam gravi officio nimium adhuc iuvenem fuisse admotum“ (adolescens scholae praefuit, quia aetate provectiores persecutioni cesserant). „Iam illud quidem non adeo incongruum esset dicere“ (non adeo incongruum? cum Eusebius h. e. VI, 3 p. 391 diserte testetur, duodevigesimo aetatis anno scholae catecheticae praeesse coepisse Origenem), „nisi temporis spatium longius fuisset, quam ut credi facile queat“ (quod longius temporis spatium innuat Dietelmaierus, non liquet). „Hoc vero plerisque ita placet“ (idque iure), „ut non dubitent, Origenem iam decimo septimo“ (minime, sed decimo et octavo) „aetatis anno scholae Alexandrinae praefectum esse, quae res, si ita se haberet“ (Eusebio Dietelmaierus nullam fidem habere videtur), „difficultatem e medio facile tolleret. At vero licet Hieronymus catal. c. 54 diserte dicat, eum hoc aetatis flore κατηχήσεων munus“ (opus habet Hieronymus) „aggressum esse, hoc tamen de summo scholae moderamine intelligi non potest“ (supremum scholae moderamen erat penes episcopum, secundum fortasse penes Pantaenum et Clementem absentes, sed moderamen simpliciter omnino penes Origenem fuisse, Eusebius h. e. VI, 3 affirmat: Ἔτος δ' ἦγεν ὀκτωκαιδέκατον, καθ' ὃ τοῦ τῆς κατηχήσεως προέστη διδασκαλείου. Κατηχήσεως autem διδασκαλεῖον si quis intelligere velit non de schola catechetica, sed, uti auctore Rufino Valesius vertit, de catechumenorum institutione, is caveto, ne aut, dum sibi constare velit, omnia, quae Eusebius scholae, cui Origenes praefuit, nomina tribuit, veluti κατηχήσεως διδασκαλείου (loco nostro), τῆς τοῦ κατηχεῖν διατριβῆς (paulo post), τῆς κατηχήσεως ἔργου (h. e. VI, 8), cetera, de catechumenorum institutione interpretari cogatur, aut, dum constantiam non curet, usum loquendi novum pro arbitrio sibi formet), „cum statim adiiciat, eum postea in locum Clementis a Demetrio esse confirmatum“ (rectissime ratione duplici; Severiana enim grassante persecutione Pantaenus et Cle-

ments in exilio versabantur, qua durante Origenes primum sua, dein autem episcopi auctoritate pro Clemente in schola docuit, quaque praeterlapsa verisimillime illi redierunt, et mortuo demum Clementi Origenes ceu veri nominis scholae praefectus (hac singula Eusebius ut memoratu vix digna praetermisit) successit, haud dubie etiam tum ab episcopo confirmatus). Longius est, omnia refutare, quae Dietelmaierus hac de re coniecit; sufficiat addere, ipsum postea eo maxime offendi, quod Origenes catecheta Porphyrium audierit, ipsique, si Hieronymus assentiretur (Eusebium non curat), omnium maxime placere, ponere Ammonium ante Origenem scholae praefuisse (quod iam ante ipsum Herbertus Thorndicius apud I. A. Schmidium praef. ad Hyper. de catech. p. 15 dixerat, nonnullis quidem mutatis), quo posito non solius Hieronymi et praeter ipsum Philippi Sidetae, verum etiam Eusebii, hoc tempore in enumerandis scholae catecheticae praefectis diligentissimi, qui omnes Ammonii [42]) praefecturam ne verbo quidem commemorant, auctoritatem evertisset, et propterea quod, quicunque patrum narrationes non neglexit, quisque in serie catechetarum non modo hiatum non sentit, sed etiam quos annos Pantaeni aut Clementis aut Origenis praefecturae adimens det Ammonianae, plane ignorat, sese artis res clarissimas obscurandi vir doctus probasset peritissimum.

Iamiam pergamus ad vitam Origenis breviter de-

---

42) Non est, quod h. l. inquiramus, quot qualesque tunc temporis vixerint Ammonii; vid. Eusebii h. e. VI, 19. et Hieronymi catal. c. 55., et cf. Fabricii bibl. Gr. IV, 161 sqq.; Moshemii diss. de turbata per recentiores Plantonicos ecclesia in diss. ad h. e. pert. vol. I. p. 90 sqq., et commentar. de reb. Christ. ante Const. M. p. 280 sqq.; Bruckeri hist. crit. philos. T. II. p. 189 — 462 et T. VI. p. 360 sq., et Tennemann Geschichte der Philosophie P. VI. p. 25 sqq. Statum causae breviter exposuit Schroeckhius K. G. III, 289 sqq. et IV 160 sq.

ſcribendam. Origenes [43]), Adamantius [44]) nuncupatus (cf. Euſebii h. e. VI, 14.; Hieronym. catal. c. 54.; Epiphan. haër. LXIV, 1.; Nicephori h. e. V, 1.); ut videtur ab eximia in laboribus perferendis conſtantia (cf. Hieron. ep. 29. ad Paulam Opp. T. IV. P. II. p. 68: „Ut ad Adamantium... veniamus, qui tanto ſtudio in ſanctarum ſcripturarum labore ſudavit, ut iuſte Adamantii nomen acceperit“ [45])), necnon Χαλκέντερος ab Hieronymo (ad Paulam l. l.) vocatus, ſicuti etiam ab ingenti librorum, quos aſſidue ſcribebat, copia συντάκτης, συντακτήριος, συντακτικός (vid. Huetii Origen. lib. I. cap. 1. §. 3. p. 3), natus eſt anno CLXXXIV. (vide Petavium ad Epiphan. haer. LXIV, 1. in animadverſionibus p. 257,

---

43) Ex ſententia Porphyrii apud Euſebium h. e. VI, 19. p. 422 Ἕλλην, quod poteſt quidem verum eſſe, ſi ponimus, patrem Origenis, Leonidam, iam antequam Origenes pueritiam exiret, ad chriſtianam religionem transiiſſe, ſed veri non eſt ſimile, quia Euſebius, Porphyrium refutans, eodem capite p. 423: Τῷ Ὠριγένει, ait, τὰ τῆς κατὰ Χριστὸν διδασκαλίας ἐκ προγόνων ἐσώζετο, ὡς καὶ τὰ τῆς πρόσθεν ἱστορίας ἐδήλου.

44) Probe diſcernendum eſt id cognomen Origenis a proprio nomine alius patris Adamantii (vid. Huetii Origeniana, lib. I. p. 45), quem Theodoretus haeret. fabull. prooemio p. 282 et lib. I. c. 25. diſerte commemorat, ac de quo cod. 231. p. 888 obſervat Photius Sophronium Hieroſolymitam in epiſtola ſynodica aſſeruiſſe, ὡς ἄλλος μέν ἐστιν Ὠριγένης ὁ παλαιός, ἕτερος δὲ ὁ μετ' ἐκεῖνον, ὁ ἐπικληθεὶς Ἀδαμάντιος. Hic alter Adamantius proprie dictus dialogum contra Marcionitas, qui Origeni tribuitur, in quo autem nullibi (excepta praefatione, quae vero deeſt in Pici codice, in aliis variat) Origenis, perſaepe Adamantii nomen legitur, videtur conſcripſiſſe (vid. Ruae. prolog. ad iſt. dial. Opp. Orig. I, 800 ſqq.).

45) Photius cod. 118. p. 297 aliam tradit cognominis cauſam; dicit enim: Τοῦτον τὸν Ὠριγένην, ὃν καὶ Ἀδαμάντιον ἐπονομάζεσθαί φασιν, ὅτι ἀδαμαντίνοις δεσμοῖς ἐῴκεσαν, οὓς ἂν δήσειε λόγους. Inepte Epiphanius haer. LXIV. cap. 73.: Τὸ ματαίως ἑαυτῷ ἐπιθέμενον ὄνομα Ἀδαμάντιον.

qui autem vir doctiſſimus duobus annis in computando videtur erraſſe. Siquidem Origenes ſub Gallo aut Voluſiano mortuus eſt, annos ſeptuaginta, vel, ut alii malunt, ſexaginta novem natus (Euſeb. h. e. VII, 1.), igitur nec ante annum CCLI., nec poſt a. CCLIII.; anno CLXXXVI. (quod quidem Petavius vult; Huetius contra p. 2 a. CLXXXV. natum Origenem exiſtimat) natus eſſe non poteſt, ſed aut a. CLXXXI. aut CLXXXII. aut CLXXXIII. aut CLXXXIV. Iam vero ineunte perſecutione Severiana anno CCII. ſeptem et decem numeravit annos (Euſeb. h. e. VI, 2. 3.), ergo niſi anno CLXXXIV. natus eſſe nequit.

Fere totus Euſebii h. e. liber ſextus refertus eſt hiſtoria vitae Origenis, quibus cum hiſtoriis, quas Nicephorus h. e. V, 2 ſqq. retractat, conferenda ſunt praecipue ea, quae Hieronymus catal. c. 54. et Epiphanius haer. LXIV, 1—3. enarrat.

Iam a teneris filio Leonidas pater magiſtros dederat ad bonas litteras (τὴν τῶν ἐγκυκλίων παιδείαν) ediſcendas [46]): ſed imprimis puer ingenti ſtudio et amore ad ſacras litteras incubuit, ita ut quotidie non ſolum locos nonnullos memoriae proderet (ἐκμαθήσεις), verum etiam de eis magna et ſagacitate et pietate meditaretur (Euſebii h. e. VI, 2.). Inter praeceptores Origenis, etiamſi forſan non pueri ſolum, ſed etiam adoleſcentis et iuvenis (vid. Huetii Origen. lib. I. c. 1. §. 6. p. 4), eminent Clemens Alexandrinus (Euſebii h. e. VI, 6.; Photii bibl. cod. 118. p. 297; Niceph. h. e. IV, 33. p. 333) et Ammonius, ex cuius inſtitutione (teſte Porphyrio apud Euſebium h. e. VI, 19.) plurimum profecit. Vacavit etiam (eodem teſte) lectioni Platonis, Numenii, Cronii, Apollophanis, Longini, Moderati, Nicomachi, aliorum, necnon Chaeremonis Stoici et Cornuti. Quam familiaria autem ipſi Platonis ſcripta fuerint, teſtantur paene

---

46) De ſententia Epiphanii haer. LXIV, 1. Origenes ἦν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐσχηκὼς τὴν οἴκησιν καὶ ἀνατροφήν, τάχα δὲ ἐν Ἀθήναις φοιτήσας ἐν τοῖς παιδευτηρίοις χρόνῳ τινί.

omnes ipſius libri. His ſtudiis, illis viris ducibus, ad eam philoſophiam theologiamque Origenis pervenit, quae nomen ſuum licet odioſiſſimum, tamen clariſſimum reddidit. Pater, de filii bona indole gavisus eiusque quaeſtiones, veluti quaenam ſit ſacrarum litterarum a Deo inſpiraturam ſententia, valde miratus, eum tanquam domicilium ſpiritui ſancto dicatum intuebatur (Euſeb. h. e. VI, 2.). Libri VI. capite 2. Euſebius haec praeterea de Origene narrat: In perſecutione Severiana adoleſcentulus Origenes, ſeptem et decem annos natus (cf. Hieron. catal. c. 54.), tanto coronae martyris conſequendae ſtudio arſit, ut accepto nuntio, Leonidam patrem in carcere teneri, neque amicorum, neque matris adhortationibus, nonniſi eo, quod mater adoleſcentulo veſtimenta adimeret, quo minus ſe victimam praeberet, prohiberi poſſet. Tum ad patrem ſcripſit: Ἔπεχε, μὴ δι' ἡμᾶς ἄλλο τι φρονήσῃς. Patre paulo poſt martyris morte defuncto (cf. Euſeb. Chron. II, 295.), orbus annos ſeptem et decem natus (cf. Hieron. catal. c. 54.), cum matre et ſex fratribus natu minoribus aerumnae initio expoſitus fuit, ſed mox a matrona quadam ditiſſima exceptus, litteris adeo operam navavit (cf. Euſeb. Chron. l. l.), ut victum eo ſibi ſufficientem pararet. Cum Paulo, homine haeretico, qui apud matronam iſtam verſabatur, rem non habuit, neque unquam cum hoc tali homine ad Deum precatus iam ab adoleſcentia orthodoxiae ſpecimina praebuit dilucidiſſima. Hactenus Euſebius h. e. VI, 2. (cf. Nicephori h. e. V, 3. 4.). Tunc temporis (Euſeb. h. e. VI, 3.) perſecutionis metu nemo catecheticae ſcholae praefectus affuit, cum adoleſcens, duodeviginti annos natus, huic ſcholae praeeſſe coepit (cf. Hieronym. catal. c. 54.), et tanto quidem ſtudio, ut etiam gentiles adoleſcenti auditores aſſiderent (veluti Plutarchus et Heraclas), atque multi ad religionem chriſtianam converterentur. Martyribus ſuae ipſius vitae discrimine quaecunque praeſtitit officia, quo facto et ob multitudinem eorum, qui ſacrae fidei doctrinam ab ipſo percipiebant, plebem ethnicam tanto furore incendit, ut ipſius domicilium a militibus circumdaretur

ipseque ex alio in aliud confugere cogeretur (Τοσοῦτος, Eusebius l. l. ait, ἦν τῶν ἀπίστων ὁ πρὸς αὐτὸν πόλεμος, ὡς καὶ συστροφὰς ποιησαμένους, στρατιώτας αὐτῷ περὶ τὸν οἶκον, ἔνθα κατέμενεν, ἐπιστῆσαι, διὰ τὸ πλῆθος τῶν τὰ τῆς ἱερᾶς πίστεως κατηχουμένων παρ᾽ αὐτῷ· οὕτω δὲ ὁσημέραι ὁ κατ᾽ αὐτοῦ διωγμὸς ἐξεκάετο, ὡς μηκέτι χωρεῖν αὐτὸν τὴν πᾶσαν Ἀλεξανδρέων πόλιν, οἴκους μὲν ἐξ οἴκων ἀμείβοντα, πανταχόθεν δὲ ἐλαυνόμενον, τῆς πληθύος ἕνεκεν τῶν δι᾽ αὐτοῦ τῇ θείᾳ προσιόντων διδασκαλίᾳ.). Nescio an illo tempore, si vere evenit, evenerit, quod Epiphanius haer. LXIV, 1. narrat hisce verbis: Πολλὰ δὲ λέγεται πεπονθέναι ὑπὲρ τοῦ ἁγίου λόγου τῆς πίστεως καὶ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο μὲν ἐν τῇ πόλει πολλάκις συρόμενος, ὀνειδιζόμενος, βασάνοις ἀνηκέστοις ὑποβαλλόμενος. Καὶ γάρ καιρῷ ποτε ξυρήσαντες αὐτόν οἱ Ἕλληνες πρὸς τῇ ἀναβάσει τοῦ Σεραπίου καλουμένου τοῦ αὐτῶν εἰδώλου, καθίσαντες τὸν αὐτὸν προσέταξαν θαλοὺς φοινίκων ἐπιδιδόναι τοῖς ἐπὶ τὸ ἀθεμιτουργεῖν, καὶ προσκυνεῖν τῷ εἰδώλῳ ἀνίουσι· τοιοῦτον γὰρ χρῆμα ἔχουσιν οἱ τῶν εἰδώλων αὐτῶν ἱερεῖς. Ὁ δὲ λαβὼν μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ πεπαῤῥησιασμένῃ τῇ διανοίᾳ, οὐ δείσας, οὐδὲ διστάσας ἐβόα λέγων· δεῦτε, λάβετε οὐ τὸν θαλὸν τοῦ εἰδωλίου, ἀλλὰ τὸν θαλὸν τοῦ Χριστοῦ. Alexandria sub idem tempus excessisse Origenem et Caesaream Cappadociae confugisse, censet Baronius in Annalibus ad a. 205. n. 6., Palladii auctoritate permotus, qui Origenem scribit, cum gentilium vexationem fugeret, Caesareae apud Iulianam virginem delituisse biennio, et in litteris animum habuisse, historiae Lausiacae capite 147. p. 1049 his verbis: Ἰουλιανή τις πάλιν ὀνόματι παρθένος ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας λογιωτάτη καὶ πιστοτάτη ἐλέγετο εἶναι· ἥτις Ὠριγένην τὸν συγγραφέα φεύγοντα τὴν ἐπανάστασιν τῶν Ἑλλήνων ἐδέξατο, ἐπὶ δύο ἔτη κατακρύπτουσα οἰκείοις ἀναλώμασιν, καὶ τῇ δι᾽ ἑαυτῆς ὑπηρεσίᾳ ἀναπαύουσα τὸν ἄνδρα κ. τ. λ. Hac de re autem Eusebius omnino nihil scit; attamen evenire potuit, sed minime illo tempore. Etenim ut illa argumenta omittam, quae Huetius in Origenianis lib. I. cap. 1. §. 10. p. 6. 7 tradidit, Origenes tunc temporis nondum

aufus fit, biennio apud virginem verfari, quo accedit, quod Eufebius, qui, quae eo tempore facta Origenes viderit, accuratiffime memoriae prodidit, illud non tetigit. Quamobrem hoc, fi factum eft, alio, quo Eufebius in commemorandis Origenis fatis minus diligentem fefe praebuit, factum effe tempore cenfeo.

Nec tamen in his periculis verbum divinum divulgare Origenes deftitit; et (Eufeb. h. e. VI, 3) οἷον τὸν λόγον, τοιόνδε φασὶ τὸν τρόπον· καὶ οἷον τὸν τρόπον, τοιόνδε καὶ τὸν λόγον ἐπεδείκνυτο. Iam vero munus fcholae catecheticae, cui folus a Demetrio epifcopo praefectus fuerat, unice veritus, non amplius grammaticam docuit (fcilicet eam grammaticae partem, quae in argutiis verfatur), quippe inutilem et facris difciplinis contrariam, ὥσπερ (Eufeb. l. l. p. 392) ἦν αὐτῷ λόγων ἀρχαίων πρότερον συγγράμματα φιλοκάλως ἐσπουδασμένα, vendidit et quatuor obolis, quos fingulis diebus ab emtoribus accepit, contentus vitam degit. Iuvenilibus omnino valedicens voluptatibus, litteris facris tantum et officio vixit. Ieiuniis fefe exercuit, noctis maximam partem divinarum fcripturarum ftudiis impendens, paucas horas easque duro in folo dormivit, in toleranda paupertate voluntaria nemini ceffit, mercedem inftitutionis non accepit, per multos annos nudis pedibus, femper fine calceis ambulavit, vino aliisque cibis reficientibus abstinuit, ita ut ftomachum paene omnino corrupiffet (hactenus Eufeb. h. e. VI, 3. cf. Niceph. h. e. V, 4. 5.), et, ne calumniae fefe exponeret, quippe qui puellas etiam erudiret, eo fortitudinis, aut potius caecitatis, proceffit, ut Chrifti dictum (Matth. XIX, 12.): εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, male interpretatus fuo ipfius exemplo confirmaret (Eufeb. h. e. VI, 8.; cf. praeterea Epiphanii haer. LXIV, 3.; Niceph. V, 8.), id quod primo quidem Demetrius epifcopus fummam pietatem praedicavit, poftea vero ut homine chriftiano prorfus indignum increpuit indeque Origenem vehementiffime perfequendi occafionem arripuit.

Caracalla imperante (ab a. CCXI.) Romam, ubi

tunc temporis Zephyrinus episſcopatum tenuit, Origenes profectus eſt (Euſeb. VI, 14.; Hieronym. catal. l. l.), εὐξάμενος (Euſeb. l. l. Niceph. V, 11.), τὴν Ῥωμαίων ἀρχαιοτάτην ἐκκλησίαν ἰδεῖν. Paulo poſt Alexandriam reverſus, eo diligentius muneri operam dedit; ſed cum animadverteret, ſibi non ſatis eſſe otii ad ſtudioſius incumbendum in res ſacras, tum in perſcrutandos interpretandosque libros ſacros, tum quoque in inſtitutionem accedentium ad ipſum[47]): ἑτέρων ἐφ' ἑτέροις ἐξ ἕω καὶ μέχρις ἑσπέρας ἐπὶ τὸ παρ' αὐτῷ διδασκαλεῖον φοιτώντων, diſcipulis in duas claſſes diviſis, Heraclae inferiorem inſtituendam tradidit (Euſeb. h. e. VI, 15.; Hieron. catal. l. l.). Iam linguam hebraeam edidicit ſibique etiam codicem ſacrum hebraeum comparavit (Euſeb. VI, 16. (coll. Niceph. V, 11.); cf. Hieronym. catal. l. l. [48])). Tanta vi et eloquentia doctrinam divinam eamque orthodoxam praedicavit, ut Ambroſium haereticum, poſthac maxime ſibi familiarem, qui a partibus Valentini ſteterat (Euſeb. h. e. VI, 18.), aut ut alii malunt, Marcionis, aut Noëti (vid. Huetii Orig. lib. I. c. 2. §. 4. p. 9 ſq.), in gremium eccleſiae catholicae reduceret.

---

47) In hanc enim ſententiam interpretor verba Euſebii h. e. VI, 15.: Ὁ δ' ὡς ἑαυτὸν ἑώρα μὴ ἐπαρκοῦντα τῇ τῶν θείων βαθυτέρᾳ σχολῇ, τῇ τε ἐξετάσει καὶ ἑρμηνείᾳ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, καὶ προσέτι τῇ τῶν προσιόντων κατηχήσει κ. τ. λ.

48) Euſebius: Τοσαύτη, ait, εἰσήγετο τῷ Ὠριγένει τῶν θείων λόγων ἀπηκριβωμένη ἐξέτασις, ὡς καὶ τὴν ἑβραΐδα γλῶτταν ἐκμαθεῖν· τάς τε παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐμφερομένας πρωτοτύπους αὐτοῖς Ἑβραίων στοιχείοις γραφὰς, κτῆμα ἴδιον ποιήσασθαι. Hieronymus: „Tantum in ſcripturis divinis habuit ſtudii, ut etiam hebraeam linguam, contra aetatis gentisque ſuae naturam ediſceret," et ita quidem, ut (epiſt. 22. ad Paulam Opp. T. IV. P. II. p. 54) „Graecia tota in illo mirata ſit, quod in paucis, non dicam menſibus, ſed diebus, ita hebraeae linguae viciſſet difficultates, ut in diſcendis canendisque pſalmis cum matre contenderet." Plura de Origenis hebraeae linguae notitia videſis apud Fabricium in bibl. Gr. V, 224. et in commentationis iſtius parte altera.

duceret. Hic idem Ambrosius (de quo cf. Hieronymi catal. c. 56.) postea fortissime Origenem adiuvit; vide fragmentum epistolae Origenis apud Ruaeum P. I. p. 3. 4, quod simul ingentem Origenis industriam demonstrat. Ἀμβρόσιος, Origenes ait, *νομίζων με φιλόπονον εἶναι, καὶ πάνυ διψᾷν τοῦ θείου λόγου, ἤλεγξε τῇ ἰδίᾳ φιλοπονίᾳ καὶ τῷ πρὸς τα ἅγια μαθήματα ἔρωτι· ὅθεν ἐπὶ τοσοῦτόν με παρελήλυθεν, ὥστε κινδυνεύειν ἀπαυδᾷν πρὸς τὰς αὐτοῦ προτάσεις. οὔτε γὰρ δειπνῆσαί ἐστιν ἡμῖν ἀντιβάλλουσιν, οὔτε δειπνήσασιν ἔξεστι περιπατῆσαι καὶ διαναπαῦσαι τὰ σώματα· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις φιλολογεῖν καὶ ἀκριβοῦν τὰ ἀντίγραφα ἀναγκαζόμεθα· οὔτε μὴν ὅλην ἐπὶ θεραπείᾳ τοῦ σώματος τὴν νύκτα ἔξεστιν ἡμῖν κοιμᾶσθαι, ἐπὶ πολὺ τῆς ἑσπέρας τῆς φιλολογίας παρατεινούσης· ἐῶ δὲ λέγειν καὶ τὰ ἕωθεν μέχρι τῆς ἐννάτης, ἔσθ' ὅτε καὶ δεκάτης ὥρας.* Multi quoque alii viri et docti et doctrinae studiosi, et christiani et ethnici, et orthodoxi et haeretici ad Origenem confluxere (Eusebii h. e. VI, 18.), *μονονουχὶ πρὸς τοῖς θείοις, καὶ τὰ τῆς ἔξωθεν φιλοσοφίας πρὸς αὐτοῦ παιδευόμενοι.* Teste Hieronymo catal. c. 54. „dialecticam quoque et geometriam, et arithmeticam, musicam, grammaticam et rhetoricam, omniumque philosophorum sectas ita didicit, ut studiosos quoque secularium litterarum sectatores haberet et interpretaretur eis quotidie concursusque ad eum miri fierent: quos ille propterea recipiebat, ut sub occasione saecularis litteraturae in fide Christi eos instituere't." De sententia Eusebii (VI, 18.) e discipulorum numero eos, quorum ingenium perspexit, etiam philosophicas litteras docuit, de variis philosophorum sectis cum iis disseruit, et, dum exponeret, quantum sacrorum librorum interpretatio inde caperet fructum, multos ignorantes ad liberalium artium studium promovit. Summam philosophicam doctrinam Origeni ipsi etiam gentilium philosophi tribuerunt, suos ipsorum libros illi et dedicando et ipsius iudicio tradendo. Porphyrius quidem tertio libro adversus Christianos ignominia afficere Origenem studet, sed illum laudat potius cum veritate, ubi eam dicit, tum mendaciis, quae im-

pune dicere sibi licere putaverat, modo Origeni opprobrans esse Christiano, modo doctrinam in litteris profanis mirans (Ipsius verba invenies apud Eusebium h. e. VI, 19. cf. Niceph. V, 13.). De Origenis praeclara litterarum profanarum scientia etiam Marcellus, Ancyrae episcopus, testimonium nobis reservavit his verbis (vid. Euseb. contra Marcellum lib. I. cap. 4.): Εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς περὶ Ὠριγένους εἰπεῖν, τοῦτο προσήκει λέγειν· ὅτι ἄρτι τῶν κατὰ φιλοσοφίαν ἀπόστας μαθημάτων καὶ τοῖς θείοις ὁμιλῆσαι προελόμενος λόγοις, πρὸ τῆς ἀκριβοῦς τῶν γραφῶν καταλήψεως, διὰ τὸ πολὺ καὶ φιλότιμον τῆς ἔξωθεν παιδεύσεως, θᾶττον τοῦ δέοντος ἀρξάμενος ὑπογράφειν, ὑπὸ τῶν τῆς φιλοσοφίας παρήχθη λόγων, καί τινα δι' αὐτοὺς οὐ καλῶς γέγραφεν· ἔτι γὰρ τῶν τοῦ Πλατῶνος μεμνημένος δογμάτων καὶ τῆς τῶν ἀρχῶν παρ' αὐτῷ διαφορᾶς, περὶ ἀρχῶν γέγραφε βιβλίον κ. τ. λ.

Caracalla adhuc imperante (Euseb. h. e. VI, 19. sub finem; cf. Niceph. V, 14.), et Demetrius, episcopus Alexandrinus, et praefectus Aegypto ab Arabiae principe aliquo litteris rogati sunt, ut Origenem, qui ipsum erudiret, ad sese mitterent. Origenes vocationi obsequitur. Mox Alexandriam reversus est, sed turbulentis tumultibus bellicis ibi exortis (Eusebium hic ad cladem spectasse, Alexandrinis civibus, qui imperatorem contumelia affecissent, a Caracallae militibus illatam, verisimile est; cfr. Herodiani histor. IV, 8. 9.; Xiphilinus in vita Caracallae), urbem exire coactus, Caesaream Palaestinae fugit. Ibi, plurium episcoporum precibus commotus, quamvis nondum presbyter, conciones sacras habuit, quod autem ipsi ab episcopo Alexandrino magno vitio versum est. Attamen a Demetrio per diaconos aliquos revocatus, Alexandriam reversus ibi munere fungi pergebat.

Quae Origeni inde ab hoc tempore acciderunt, Eusebius in historia ecclesiae minus accurate tradit, quare hic iam adhibendum est, quod h. e. VI, 33. demum diserte delegat plura de Origene comperire cupientes ad suum et Pamphili apologeticum pro Origene.

Iamiam Origenis fama ad aures Mammaeae, matris Alexandri Severi (inde ab a. CCXXII. imperatoris), piae matronae, pervenerat, quae tanta viri celeberrimi videndi audiendique cupiditate arſit, ut per milites Antiochiam (Hieron. catal. l. l.) eum arceſſeret. Divina ipſius doctrina ſatis delectata rurſus eum dimiſit (vid. Euſeb. h. e. VI, 21; cf. Niceph. V, 17.). Poſtea, de ſententia Hieronymi l. l. „cum iam mediae eſſet aetatis," in Achaiam profectus eſt, teſte Euſebio h. e. VI, 23. ἐπειγούσης χρείας ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα πραγμάτων, Hieronymo l. l. „propter eccleſias Achaiae, quae pluribus haereſibus vexabantur," ſub teſtimonio, id quod Hieronymus vult, eccleſiaſticae epiſtolae. Itaque fallitur Photius, qui cod. 118. Origenem iter ſuſcepiſſe ſcribit χωρὶς τοῦ οἰκείου γνώμης ἐπισκόπου. Cum per Palaeſtinam transiret, Caeſareae ab epiſcopis ibi congregatis (teſte Hieronymo l. l. „a Theoctiſto et Alexandro, Caeſareae et Hieroſolymorum epiſcopis") ordinatus eſt presbyter (Euſeb. h. e. VI, 23; Niceph. V, 8.). Hoc initium eſt perſecutionum, quae vitam ipſius exacerbarunt. „Tanta," Hieronymus l. l. ait, „Demetrius in eum debacchatus eſt inſania, ut per totum mundum ſuper nomine eius ſcriberet." Demetrius a ſe Origenem ordinandum fuiſſe dixit, alii Origenem defenderunt. Hic interea Athenis aliquamdiu verſatus (cf. Hieronym. l. l.: „Cum... Athenas per Palaeſtinam pergeret") (ubi veriſimiliter, iam pridem, uti ſupra ſignificatum eſt, minime tunc temporis ſcholas philoſophorum frequentaſſe perhibetur Epiphanio haer. LXIV, 1. et Nicetae theſaur. orthodox. fid. lib. IV. haer. 31.), et poſthac inde Epheſum, ut videtur, transgreſſus (vid. Origenis epiſt. ad amicos Alexandrinos apud Ruaeum I, 5 ſq. et cf. Huetii Orig. lib. I. p. 12), itinere confecto munere Alexandrino fungi pergebat (cf. Euſebii h. e. VI, 26., ubi Origenes decimo Alexandri imperatoris anno Alexandria Caeſaream migraturus ſcholam Heraclae dereliquiſſe dicitur). Ex Photio (cod. 118. p. 297) intelligimus, duas contra Origenem a Demetrio habitas eſſe ſynodos; altera, veri nominis ſynodus, Origenem

ex ecclesia Alexandrina expellendum decrevit, non dempta presbyteri dignitate (*τῆς μέντοι τοῦ πρεσβυτερίου τιμῆς οὐδαμῶς ἀποκεκινῆσθαι*); altera autem, ab episcopis aliquot Aegyptiacis, quos Demetrius coëgerat, habita, Origenem a dignitate ecclesiastica removit. Huic universus paene orbis (exceptis nonnullarum episcopis provinciarum) condemnationi consensit (cf. Hieronym. adv. Rufin. lib. II. c. 5.). „Videtisne," etiam Hieronymus clamitat epist. 29. ad Paulam (Opp. T. IV. P. II. p. 68), „et Graecos pariter et Latinos unius labore superatos? Quis enim unquam tanta legere potuit, quanta ipse conscripsit? Porro hoc sudore quid accepit pretii? Damnatur a Demetrio episcopo, exceptis Palaestinae et Arabiae et Phoenicis atque Achaiae sacerdotibus. In damnationem eius consentit urbs Romana; ipsa contra hunc cogit senatum, non propter dogmatum novitatem, non propter haeresin, ut nunc adversus eum rabidi canes simulant, sed quia gloriam eloquentiae eius et scientiae ferre non poterant, et illo dicente omnes muti putabantur." Praeterea Hieronymus adversus Rufinum l. l. addit, Origenem a Demetrio non solum a munere esse remotum, sed etiam ecclesiae societate prohibitum. Attamen haec Demetrii sententia vacua mansit, dignitate presbyteri doctorisque ab Origene semper reservata.

Iam Origenes, Alexandria ingrata relicta, Caesaream Palaestinae sese contulit (Euseb. h. e. VI, 26: *ἔτος δ' ἦν τοῦτο δέκατον (δωδέκατον) τῆς δηλουμένης ἡγεμονίας* (Alexandri Severi), *καθ' ὃ τὴν ἀπ' Ἀλεξανδρείας μετανάστασιν ἐπὶ τὴν Καισάρειαν ὁ Ὠριγένης ποιησάμενος, Ἡρακλᾷ τὸ τῆς κατηχήσεως τῶν αὐτόθι διδασκαλεῖον καταλείπει*), aut potius iam ante quam a Demetrio cogeretur, ut invidiam fugeret, sese contulerat (cf. Huetii Orig. lib. I. p. 13). Quando vero id factum sit, Eusebii h. e. VI, 26. codices manuscripti inter se differunt. Altera eorum pars (Codices Regius et Stephani cum Rufino et Valesio) decimo, altera (Codices Mazarinaeus, Medicaeus, Fuketianus, Savilianus, Bongarsii lectiones, cum Nicephoro) duodecimo Alexandri Severi anno illud evenisse di-

cunt. Huc accedit, quod Eusebius in Chronico II, 297. ed. Aucher. primum Maximini, Hieronymianae autem Chronici versionis codicum altera pars undecimum, altera duodecimum Alexandri S. annum indicat. Primum Chronico, si cum historia ecclesiastica dissentit, auctoritas tribui vix potest; illic enim errores facilius irrepere potuerunt, quam hic, atque haud paucos in Chronico deprehendere licet errores, qui negligentia aut auctoris aut interpretis videntur effecti, quod verbi gratia Origenes non prius, quam paulo ante decessum, Alexandriae floruisse dicitur l. l. II, 297. Praeterea hic accedit, quod versiones Armeniaca et Hieronymiana, et Hieronymianae codices inter se differunt. Quare Chronici sententiam hoc loco prorsus negligere non dubito, praesertim quae ab alterius partis historiae ecclesiasticae codicum sententia re vix differat. Sin autem ipsius historiae ecclesiasticae codices inter se differunt, primum quaeritur, utra sententia videatur historiae convenientior. Iam vero quia Demetrius episcopus aut eodem anno CCXXXII. aut ineunte CCXXXIII. mortuus est, id quod diserte refert Eusebius in Chronico II, 297, dum a. CCXXXIII. Heraclam ad episcopatum accessisse narrat, et confirmat idem h. e. VI, 26., ubi dicitur Demetrius per quadraginta tres annos episcopus fuisse, et h. e. V, 22., ex quo intelligitur, eum anno CLXXXIX. vel CXC. ad episcopatum pervenisse: quaestio nostrae reducitur ad illam, utrum sub episcopatu Demetrii (a. 232.), an Heraclae (a. 234.), Demetrii ab anno CCXXXIII. successoris (vid. Eusebii Chron. l. l.; h. e. VI, 26.), Origenes Alexandria sit expulsus. Cogitari autem vix potest, Heraclam, discipulum Origenis atque socium collegamque, ipsumque, uti infra apparebit, philosophum, tam ingrato in praeceptorem atque patronum fuisse animo, ut eum ad fugam coëgisset. Negari quidem nequit, culpam istam a patribus compluribus [49]) in Heraclam convolvi (qui tanquam Demetrii

---

49) Primum Gennadius de viris illustribus cap. 33. ait:

successor Origeni aequus saltem non fuerit); sed contra Photius cod. 118., Hieronymus ep. 29. ad Paulam Opp. IV, II, 68., et adv. Rufin. II. c. 5., et ipse Origenes in epistola ad amicos Alexandrinos Demetrium istius criminis accusant, et h. e. VI, 26. Eusebius diserte dicit, postquam decessum Origenis commemoravit: Οὐκ εἰς μακρὸν δὲ καὶ Δημήτριος .. τελευτᾷ. Quae cum ita sint, quoquo modo codices patresque in concordiam vocabuntur, equidem non possum, quin anno CCXXXII. Origenem Alexandriam exiisse censeam. Haec de isto exitu secundum gravissimos historiae ecclesiasticae auctores. Epiphanius haeres. LXIV, 2. prorsus aliam, cur Origenes Alexandria in Palaestinam sese contulerit, caussam tradit. Dicit enim haec: Κακομηχανίᾳ διαβολικῇ ἐπενόησαν οἱ τῆς κακίας ἐργάται αἰσχρότητα τῷ ἀνδρὶ ἐπινοῆσαι, καὶ τιμωρίαν τοιαύτην ὁρίσαι, εἰς παράχρησιν δὴ τοῦ αὐτοῦ σώματος, Αἰθίοπα αὐτῷ παρασκευάσαι. Ὁ δὲ μὴ φέρων τὴν τῆς διαβολικῆς ἐνεργείας ἐπίνοιαν, ἔρρηξε φωνήν, τῶν ἀμφοτέρων προτεθέντων αὐτῷ πραγμάτων θῦσαι μᾶλλον ἑλόμενος. Οὐ μὴν δὲ ἑκουσίᾳ γνώμῃ μᾶλλον τοῦτο ἐπετέλεσεν, ὡς πολὺς ᾄδεται λόγος· ἀλλ' ἐπειδὴ ὅλως καθωμολόγησε τοῦτο πρᾶξαι,

---

Theophilus, Alexandrinae civitatis episcopus, scripsit adversum Origenem unum et grande volumen, ... docens, non a se primum eum, sed ab antiquis patribus, et maxime Heracla, fuisse et a presbyterio eiectum, et de ecclesia pulsum, et de civitate fugatum." Idem habet scriptor vitae Pachomii et epistola synodica episcoporum Aegypti, cuius fragmentum affert Iustinianus in epistola ad Menam. Verba haec sunt: Ἀρξαμένου γὰρ αὐτοῦ βλασφήμους ὁμιλίας ὁμιλεῖν, ὁ κατ' ἐκεῖνο μακαρίτης Ἡρακλᾶς ὁ ἐπίσκοπος, ὡς ἀρότηρ καὶ ἀμπελουργὸς φιλαλήθης τοῦ τῆς ἐκκλησίας χωρίου τυγχάνων, ἐκ μέσου τοῦ καλοῦ σίτου τοῦτον ἐξέτιλεν, ὡς τοῦ πονηροῦ ζιζάνιον ὄντα ἀληθῶς. Est simile quidpiam apud Petrum Alexandrinum episcopum in Mystagogia, cuius particulam quoque recitat Iustinianus in eadem epistola. Τί δὲ εἴπω, inquit, Ἡρακλᾶν καὶ Δημήτριον τοὺς μακαρίους ἐπισκόπους; οἵους πειρασμοὺς ὑπέστησαν ὑπὸ τοῦ μανέντος Ὠριγένους, καὶ αὐτοῦ σχίσματα βάλλοντος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τὰ ἕως σήμερον ταραχὰς αὐτῇ ἐγείραντα;

βαλόντες ἐπὶ χεῖρα αὐτοῦ λίβανον, εἰς τὴν τοῦ βωμοῦ πυρὰν καθῆκαν. Καὶ οὕτως τοῦ μαρτυρίου ἀπὸ τῶν κρινάντων ὁμολογητῶν τε καὶ μαρτύρων ἀπεβλήθη τότε, καὶ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐξεώθη. Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τοῦτο ὑποστὰς, καὶ μὴ δυνάμενος τὴν τῶν ὀνειδιζόντων χλευὴν φέρειν, ἀνεχώρησε, καὶ τὴν Παλαιστίνην, τούτεστι τῆς Ἰουδαίας κατοικεῖν γῆν εἵλετο. Ibi, per viginti et octo annos Tyri versatus (quod falsissimum est; vide Petavium ad h.l.; Huetii Orig. lib.I. cap. 2. §. 18. p. 15), hexapla et commentarios conscripsit (Epiphan. l. l. cap. 3.). Haec Epiphanius, Origeni haudquaquam amicus, in antiquiorum graviorumque historiae ecclesiasticae auctorum, Eusebii atque Hieronymi, contemtum nugatur, ne Photio quidem assentiente. Solus Nicephorus V, 24. et 32. istius auctoris fabulam repetere non dubitat. Rem istam ad examen vocavit Baronius in Annalibus ad a. 253 n. 120 sq. confictamque iudicavit, sed ne manus cum Epiphanio conserere cogeretur, assutum eius scriptis fragmentum illud et insertum pronuntiavit. Equidem censeo, Epiphanii istam narrationem esse quidem genuinam, sed ab Epiphanio vel fictam vel tenui auctori creditam; nam vera esse nequit (cf. Huetii Orig. lib.I. cap. 2. §. 13. p. 13 sq.), quippe, quamquam res gravissima, a nemine patrum praeter credulum malevolumque nec non subdolum Epiphanium commemorata, neque cum reliquorum relationibus hucusque conciliata. Quae cum ita sint, etiam narratiuncula ea, quam ab Epiphanio haer. LXIV, 2. et a Nicephoro V, 32. nobiscum communicatam Centuriatores Magdeburgici repetunt ed. Baumgarten. et Semler. vol. II. p. 574, et praeter alios Ernesti de Origene interpretationis librorum sacrorum grammaticae auctore (in opusculis philol. crit. p. 323), cuius ipsis verbis equidem eam reddam, dubitationi est obnoxia. Habentur enim haec: „Cum Hierosolyma Origenes venisset, collegium sacerdotum ab eo, ut presbytero et homine docto et scripturae sacrae interprete, inter ipsa sacra petiit, ut aliquid pro concione diceret. Primum recusat, ad extremum impetrant. Surrexit igitur (sedebat enim de more, in conspectu po-

puli, cum toto ſacerdotum collegio una cum populo et ſua et exempli cauſa canente et precante), ſurrexit inquam et e codice ſibi porrecto pronuntiavit haec pſalmi XLIX verba: Peccatori vero dixit Deus, cur tu enarras iura mea et teſtamentum meum in os tuum aſſumis? Sed ubi clauſo libro conſedit verba facturus, tanta repente lacrimarum vis prorupit, ut verba proloqui non poſſet, tota ſimul concione in lacrimas profuſa.“ Vera haec eſſe poſſunt; evenerint illo tempore, quo exul Origenes Hieroſolyma fugerat, ſcilicet non ob eam cauſam, quam Epiphanius tradit, Origenis lapſum. Ceterum non ea vita Origenis fuit, ut ei ſcelerum et gravium vitiorum in mentem venire poſſet, quae ei nemo ex inimiciſſimis exprobravit; ſed animus reverentia Dei oraculorumque divinorum plenus, et indignitatis ſuae ſenſu percitus, conſpicuum ſe per pias lacrimas fecit. Sed redeamus ad certiora. [50])

In exilio, quod maximam partem Caeſareae Palaeſtinae degit (Euſeb. h. e. VI, 26. 30.), cumulabatur honore (vid. Euſebii h. e. VI. 27.). Firmilianus, epiſcopus Caeſareae Cappadocum (Euſeb. h. e. VI, 26), eum non modo in ſuam provinciam (de ſententia Hieronymi catal. l. l. ipſe „cum omni Cappadocia“) invitavit, ut eccleſiae prodeſſet (et teſte Hieronymo l. l. „diu tenuit“), ſed etiam (teſte Hieronymo l. l. „ſub occaſione ſanctorum locorum“) in Iudaeam ad illum ipſe profectus aliquandiu ibi morabatur (et teſte Hieronymo l. l. „diu Caeſareae in ſanctis ſcripturis ab Origene eruditus eſt“). Alexander quoque, epiſcopus Hieroſolymitarum, et Theoctiſtus, epiſcopus Caeſareae Palaeſtinae, magiſtro illo uſi ſunt, eique ſoli τὰ τῆς τῶν θείων γραφῶν ἑρμηνείας· καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ λόγου πράττειν συνεχώρουν (Euſeb. h. e. VI, 27). Iamiam (Euſebii h. e. VI, 30; Ni-

50) Quia hiſtoria Origenis ab iſto inde tempore ad ſcholam Alexandrinam proprie non amplius ſpectat, brevius eam tractare licebit delegareque ad Huetii Origenian. lib. I. cap. 3. 4.

ceph. V, 20) innumerabiles auditores Caesaream festinare ad audiendum Origenem; ad Origenem, Eusebius ait, πολλοὶ προσήεσαν, οὐ μόνον τῶν ἐπιχωρίων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀλλοδαπῆς μυρίοι φοιτηταὶ τὰς πατρίδας ἀπολείποντες, quorum celeberrimi Gregorius Thaumaturgus eiusque frater Athénodorus. In persecutione sub imperio Maximini (a. CCXXXV) Origenes multa perpessus est (Euseb. h. e. VI, 28), forsitan isto tempore toto biennio apud Iulianam illam, quam Palladius l. l. commemoravit, versatus. Postquam pacem anno CCXXXVII Gordianus ecclesiae reddiderat, Origenes Athenas profectus est (Euseb. VI, 32); postea in Arabiam, ab episcopis huius provinciae invitatus ad Berylli errores refutandos, episcopi Bostrensis, qui dixerat (Euseb. VI, 33), τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν μὴ προϋφεστάναι κατ' ἰδίαν οὐσίας περιγραφὴν, πρὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας· μηδὲ τὴν θεότητα ἰδίαν ἔχειν, ἀλλ' ἐμπολιτευομένην αὐτῷ μόνην τὴν πατρικὴν, tanta loquutus est eloquentia, ut Beryllus sententiam retractaret Origenique gratias ageret (cf. Hieron. catal. c. 60.). Ab iisdem episcopis (Euseb. VI, 37) ad synodum vocatus, quam contra haereticos quosdam habebant, qui dixerant, τὴν ἀνθρωπείαν ψυχὴν τέως μὲν κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν ἅμα τῇ τελευτῇ συναποθνήσκειν τοῖς σώμασι καὶ συνδιαφθείρεσθαι· αὖθις δέ ποτε κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν σὺν αὐτοῖς ἀναβιώσεσθαι, Origenes tanta vi disputavit, ut omnes suae conciliaret sententiae. Pari felicitate Helcesaitarum doctrinam, non quidem congressionibus et colloquiis, sed scriptis contudit (Euseb. h. e. VI, 38; Theodoret. haer. fabul. II, 7: κατὰ ταύτης τῆς αἱρέσεως Ὠριγένης συνέγραψεν ἀληθῶς· cf. Niceph. V, 24). Etiam ad Philippum Arabem imperatorem („qui primus de regibus Romanis Christianus fuit," atque in cuius religionem Decius saeviit, teste Hieronymo catal. l. l.), eiusque coniugem (de sententia Hieronymi l. l. matrem) litteras Origenes scripsit (Euseb. h. e. VI, 36). Nova erupta persecutione sub Decio Origenes in carcerem deiectus gravissimis suppliciis tortus est. Si tecum reputaveris (Euseb. h. e. VI, 39), οἷα τε καὶ ὅσα

διὰ τὸν Χριστοῦ λόγον ὁ ἀνὴρ ὑπέμεινε δεσμὰ, καὶ βασάνους τὰς κατὰ τοῦ σώματος, τάς τε ὑπὸ σιδηρῷ κλοιῷ καὶ μυχοῖς εἱρκτῆς τιμωρίας· καὶ ὡς ἐπὶ πλείσταις ἡμέραις τοὺς πόδας ὑπὸ τέσσαρα τοῦ κολαστηρίου ξύλου παραταθεὶς διαστήματα κατασπώμενος· πυρός τε ἀπειλὰς, καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς τῶν ἐχθρῶν ἐπενεχθέντα καρτερῶς ἤνεγκεν, tum non miraberis, virum his ſuppliciis fractum mox fato ceſſiſſe. De morte Origenis variae ſunt ſententiae. Alii, duce Pamphilo de teſtimonio Photii cod. 118. (Φασὶ δὲ αὐτὸν ὅ,τε Πάμφιλος μάρτυς καὶ ἕτεροι πλεῖστοι, οἵ τινες ἀπ' αὐτῶν τῶν ἑωρακότων Ὠριγένην τὰ περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἠκριβώσαντο, διαβοήτῳ μαρτυρίῳ τοῦ βίου ἐξεληλυθέναι, ἀπ' αὐτῆς τῆς Καισαρείας Δεκίου τὴν κατὰ τὴν χριστιανῶν ὠμότητα πνέοντος), martyrio ipſum vita deceſſiſſe ſaeviente Decio putant; alii, veluti Euſebius h. e. VII, 1. (Δέκιον οὐδ' ὅλον ἐπικρατήσαντα δυοῖν ἐτοῖν χρόνον, αὐτίκα τε ἅμα τοῖς παισὶ κατασφαγέντα, Γάλλος διαδέχεται. Ὠριγένης ἐν τούτῳ, ἑνὸς δέοντα τῆς ζωῆς ἑβδομήκοντα ἀποπλήσας ἔτη, τελευτᾷ), Hieronymus catal. l. l. („Vixit usque ad Gallum et Voluſianum, id eſt usque ad LXIX aetatis ſuae annum"), Epiphanius de ponderibus et menſuris cap. 18 (ἀκμάσας ἕως Γαλλιήνου — al. Γάλλου — καὶ Οὐολουσιανοῦ. Addit quidem καὶ ἐπέκεινα, quod autem, quia iſte ſolus adiicit, praetermittendum videtur) et ipſe Photius l. l. (Οἱ δὲ φασὶν αὐτὸν ἕως Γάλλου καὶ Βολουσιανοῦ διαρκέσαντα, καὶ ἑξηκοστὸν ἔννατον ἔτος τῆς ἡλικίας ἄγοντα, ἐν Τύρῳ καὶ τελευτῆσαι.... Ἔστι δὲ μᾶλλον οὗτος ὁ λόγος ἀληθὴς κ. τ. λ.), Gallo et Voluſiano imperatoribus mortuum illum eſſe cenſent. Quod poſterius recte videtur ſtatutum, id quod epiſtolae teſtantur poſt Decii perſecutionem ab Origene conſcriptae (Euſeb. h. e. VI, 39; Hieronym. catal. l. l.; Photius cod. 118). Tyri mortuum eſſe produnt Hieronymus, Epiphanius et Photius ll. ll., ibidemque ſepultum Hieronymus et Photius ll. ll.

Permagnam Origenis fuiſſe auctoritatem, ex ingenti diſcipulorum, quos habuit, numero facile augurari poſſumus. „Innumerabiles," inquit Vincentius Lirinenſis adv. haer. commonitorio I. cap. 23, „ex ſinu ſuo do-

ctores, innumeri facerdotes, confeffores et martyres extiterunt." Sex eius difcipulorum Eufebius h. e. VI, 4 nobis tradit, qui illius doctrina concitati martyrum mortem in perfecutione Severiana non metuerint. Difcipulorum Alexandrinorum celeberrimus fuit Dionyfius (de quo infra plura), Caefareenfium Gregorius Thaumaturgus [51]).

Quae varia hominum iudicia Origenes expertus fit, de quo Hieronymus de XII. doctoribus ad Defiderium cap. 3. (append. altera ad catal. fcript. eccl. apud Fabricium p. 226): „Melior omnibus in bonis, peior in malis;" idem in prooemio tradit. hebr. in Genef.: „Vellem cum invidia nominis eius habere etiam fcientiam fcripturarum;" [52]) Sulpitius Severus dialog. I. cap. 6.: „Ego

51) Vid. Hieronym. catal. c. 65; Bafilium de fpiritu fancto cap. 29. et Gregorium Nyffenum de vita et miraculis Thaumaturgi.

52) Quo clarius Hieronymus de Origene quafi bilinguis appareat, i. e. et laudator et vituperator, haec praeterea adiungimus. Ait enim in praef. in homil. Orig. Opp. tom. II. P. I. p. 807: „Origenes cum in ceteris libris omnes, in cantico canticorum ipfe fe vicit;" in praef. interpr. nom. hebr. fecundum Rufin. apol. II. Hieron. Opp. IV, II, 426: „Quem (Origenem) poft apoftolos ecclefiarum magiftrum nemo nifi imperitus negat. Inter cetera enim ingenii fui praeclara monimenta etiam in hoc laboravit, ut quod Philo quafi Iudaeos omiferat, hic ut Chriftianus impleret;" epift. ad Minervium et Alexandr. Opp. IV, I, 220: „Ego et in adolefcentia et in extrema aetate profiteor et Origenem et Eufebium Caefarienfem viros effe doctiffimos, fed erraffe in dogmatum veritate;" ep. 39 ad Theophil. adv. Ioh. Hierof. Opp. IV, II. p. 337: „Sicut interpretationem et idiomata fcripturarum Origeni femper attribui, ita dogmatum conftantiffime abstuli veritatem;" epift. 41. ad Pammach. et Occan. Opp. IV, II, 342: „Laudavi interpretem, non dogmatiften; ingenium, non fidem; philofophum, non apoftolum." Haec hactenus; complures laudes Origenis ex ore Hieronymi qui defiderat, fpectet ad Rufini apologeticum.

miror, unum eundemque hominem tam diverſum a ſe potuiſſe, ut in ea parte, qua probatur, neminem poſt apoſtolos habeat aequalem, in ea vero, quae vere reprehenditur, nemo deformius doceatur erraſſe", et Caſſiodorus inſtit. div. ſcript. cap. 1. p. 312: „Ubi bene, nemo melius; ubi male, nemo peius:" hic domonſtrandi locus non eſt. Licet Athanaſius (Socrat. h. e. VI, 9; Sozom. h. e. VIII, 14) auctoritate Origenis adverſus Arianos iam ſaepe pugnaſſet (dicit apud Socratem VI, 13: Ὁ θαυμαστὸς καὶ φιλοπονώτατος Ὠριγένης τάδε περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ τῇ ἡμετέρᾳ δόξῃ μαρτυρεῖ, συνναΐδιον αὐτὸν λέγων τῷ πατρί. Ἔλαθον οὖν, Socrates ipſe pergit, ἑαυτοὺς οἱ λοιδορήσαντες Ὠριγένην, βλασφημήσαντες καὶ τὸν ἐπαινέτην αὐτοῦ Ἀθανάσιον): eo tamen Theophilus (cui Origenes hydra haereſeon eſt lib. I. Paſchal. in Opp. Hieron. T. IV. P. II. p. 696) et Epiphanius rem deduxere, ut decreto publico omnibus lectio librorum Origenianorum prohiberetur. Ab Anaſtaſio papa damnatum eſſe Origenem refert Hieronymus ep. 87. ad Pammachium et Marcellam Opp. IV, II. p. 690; a Vigilio Caſſiodorus inſt. div. ſcr. cap. 1. p. 312. Tandem inter haereticos relatus eſt decreto concilii oecumenici anno DLIII Conſtantinopoli habiti, quo etiam anathematismi in doctrinam ipſius vibrati ſunt (vid. C. W. F. Walch. Hiſtorie der Ketzereien tom. VII. et I. M. Schroeckh K. G. tom. XVIII. p. 40 ſqq.).

Sena librorum millia ab Origene eſſe conſcripta, narrat Epiphanius haer. LXIV, 63. p. 591. D cum Rufino in libello de adulteratione librorum Origenis, Honorio Auguſtodunenſi de ſcript. eccleſ. cap. 55, Cedreno in Severo et Suida in Origene. Quem ingentem numerum cum Hieronymus falſum eſſe dixerit epiſt. 39. ad Theophil. adv. Ioh. Hieroſ. Opp. T. IV. P. II. p. 337 et adverſus Rufinum II. Opp. T. IV. P. II. p. 405. 417, eo ſingulae homiliae et epiſtolae fortaſſe comprehendendae ſunt. Permulta Origenem ſcripſiſſe, ex eo quoque intelligi poteſt, quod Euſebius h. e. VI, 23 ſeptem et plures notarios dictitanti, non ſimul quidem, ſed alternatim, paremque ipſi fuiſſe refert librariorum (i. e. calligrapho-

rum), quorum munere etiam puellae functae ſint, copiam. Indicem operum Origenis exhibuit Hieronymus, ut ipſe profitetur in catalogo cap. 54, „in voluminibus epiſtolarum ad Paulam, in quadam epiſtola contra Varronis opera." Etiam Euſebius h. e. VI, 32 teſtatur, ſe (praeter multa, quae de Origenis ſcriptis hiſtoria eccl. continet) accuratum indicem operum Origenis texuiſſe in vita S. Pamphili Martyris; ſed paene omnes hos Euſebii atque Hieronymi indices tempus poſteris invidit. De Origenis ſcriptis conf. praecipue Huetii Origenianorum librum III. p. 232 ſqq. Superſunt adhuc (de deperditis Origenis operibus vid. Fabricii bibl. Gr. V, 230 ſqq.) haec integra opera: Epiſtola ad Gregorium Thaumaturgum (integra ex Philocalia [53]) exhibita), quem adhortatur, ut contempta varia philoſophia totum ſe dedat ſcripturae ſacrae (apud Ruaeum I, 30 ſqq.), epiſtola ad Africanum (apud Ruaeum I, 7 ſqq.) [54]), exhortatio ad martyrium, a. CCXXXV conſcripta (cf. Euſeb. h. e. VI, 28 et Rufin. interpr. h. l.) apud Ruaeum I, 273 ſqq., liber de oratione (apud Ruaeum I, 195 ſqq.), libri octo contra Celſum, anno CCXLVII conſcripti (Euſeb. h. e. VI, 36),

---

53) Philocalia i. e. ſelecti loci e variis libris Origenis (praecipue contra Celſum), interpretationem ſcripturae ſacrae concernentes, a Baſilio M. et Gregorio Nazianzeno collecti. Exſtat in editione librorum Origenis contra Celſum, quam Guil. Spencerus curavit, primum Graece edita Pariſiis 1619, ex bibliotheca regia, opera et ſtudio Io. Tarini Andegavi (cf. Routh. reliq. ſacr. I, 426—429). De ſingulis Origenis libris cf. Ruaei prolegomena (in edit. Opp. Orig.) ad ſingulos doctiſſime conſcripta.

54) Commemoratur haec epiſtola apud Euſebium h. e. VI, 31. Exſtat nempe Iulii Africani, presbyteri Nicopolitani in Palaeſtina, epiſtola ad Origenem ſcripta (cf. Hieron. catal. c. 63; Photii bibl. cod. 34. p. 21), in qua hiſtoriam Suſannae ſpuriam et commentitam eſſe ſuſpicatur. Ad hanc epiſtolam Origenes copioſiſſime reſpondit et Africani argumenta refutare conatus eſt.

opus, quod ipſe Hieronymus epiſt. 83 (al. 84) laudat (apud Ruaeum I, 310 ſqq.); praeterea ſuperſunt Hexaplorum, de ſententia Montefalconii praelim. ad Hexapla p. 13 inde ab a. CCXXVIII vel potius CCXXXI. ſusceptorum fragmenta[55]) (quorum de critica et indole et auctoritate, ſicuti de reliquis, ſi qua ſunt[56]), Origenis meritis criticis, quae quidem ipſius ſcriptis non ſunt memoriae prodita, plura diſſerendi locus erit in comm. iſtius P. II.), multa (ſingula videſis apud Huetium III, p. 239 ſqq., Fabricium l. l. p. 216, et brevi in conſpectu poſita in Engelhardtii S. V. Litter. Leitfaden zu Vorleſ. über Patriſtik, Erlang. 1823, p. 24 ſqq.) exegetica paene in omnes V. N.que T. libros (apud Ruaeum II — IV), partim commentarii[57]) (et hi quidem maximam partem

55) De Hexaplis vid. Orig. tom. XV. in Matth. ed. Ruaei III, 671 ſqq.; Euſebii h. e. VI, 16; Hieronymi catal. c. 54, commentar. ad Tit. c. 3. Opp. T. IV. P. I. p. 437 et adv. Rufin. II. T. IV. P. II. p. 425, atque Epiphanii haer. LXIV, 3. tom. I. p. 526 et de pond. et menſur. cap. 18. 19. tom. II, 175 ſqq. ed. Petav. (cf. Niceph. V, 11); cf. Huetii Origenian. lib. III. p. 254 ſqq. et in brevi conſpectu poſita, quae de Hexaplis ſcimus, apud de Wettium S. V. Einleit. ins A. T. §. 45. ed. 2. p. 78 ſqq.

56) An Origenes Novo Teſtamento criticam operam navaverit, diſſentiunt docti in hoc genere homines. Cf. de hac quaeſtione Erneſti comm. in opuſc. phil. crit. p. 305 ſqq. et Hugii S. V. Einleit. ins N. T. P. I. p. 186 ſqq. Equidem horum virorum ampliſſimorum auctoritatem ſequutus, etiam Novo Teſtamento criticam operam ab Origene navatam eſſe putarim. Aut Origenes criticum hoc opus ultimum confecit, aut (vid. Hug. l. l. I, 189) ipſe omnino non edidit, ſed diſcipulis et ſectatoribus, velut Pierio et Pamphilo, edendum reliquit. Plura in altera parte.

57) Cedrenus cum Suida auctor eſt, Origenem intra ſpatium octo et decem annorum totam ſcripturam ſacram interpretatum eſſe (cf. Huet. Orig. I. p. 11). Euſebius de Origenis commentariis verba facit h. e. VI, 24. 32. 36.

Graece adhuc exſtant), partim homiliae [58]) (eaeque maximam partem Latine), partim ſcholia; [59]) „Hebraicorum nominum l. ſ. et menſurarum interpretatio" (retractatio Philonianae, cf. Fabric. bibl. Gr. lib. IV, c. 35. §. 1. et lib. V, p. 223), quam cum Hieronymi et nova ſua verſione primus Graece vulgavit Io. Martianaeus, Hieron. Opp. T. II. P. I. p. 182 ſqq.; multae minores epiſtolae (apud Ruaeum I, 3 ſqq.) [60]), fragmenta librorum aut II aut potius IV de reſurrectione apud Ruaeum I, 32 ſqq. (cf. Origen. de princip. I, 10; Euſeb. h. e. VI, 24; Hieronym. ep. 38. (al. 61.) ad Pammach.), Stromatum librorum X (Alexandriae ſcriptorum Alexandro Severo imperatore, Euſeb. l. l.) apud Ruaeum I, 38 ſqq., [61]) et integri libri IV de principiis ante annum CCXXXII conſcripti (Euſeb. h. e. VI, 24), ſed e verſione Rufini, extra quam perpauca tantum habemus. [62])

---

58) Origenes annos LX natus tunc demum a tachygraphis conciones ſacrae a ſemetipſo habitae calamo exciperentur permiſit (Euſeb. h. e. VI, 36).

59) Veteres (v. c. Hieronymus prooem. in comm. Ieſaiae) etiam σημειώσεις Origenis commemorant. Cf. Huet. Origen. III, 2. p. 238 et Erneſti opusc. phil. cr. p. 313 ſqq. Ex Erneſti ſententia duo genera ſcholiorum Origenianorum ſtatuenda ſunt, alterum perbreve (ſcholia ſenſu ſtrictiori), quod per margines codicum biblicorum ſparſum, alterum, quod et ipſum quidem breve, ſed altero tamen copioſius ſit, quod σημειώσεων, Excerptorum nomine veniat.

60) Vid. Euſeb. h. e. VI, 2. 19. 36. 39; Hieron. catal. c. 54. 57. 60; ep. 45. al. 65, al. loc.

61) Indicari hoc opus etiam Euſeb. h. e. VI, 18. veriſimillimum eſt. Hieronymus ep. 83. (84.) 38. (61.) et 41. (65.) Origenis Stromata commemorat de eisque loco poſtremo haec verba facit: „Centum quinquaginta anni prope ſunt, ex quo Origenes mortuus eſt Tyri. Quis Latinorum auſus eſt unquam transferre libros eius de reſurrectione, περὶ ἀρχῶν, στρωματέας et τόμους? Quis per infame opus ſemetipſum vult infamari?"

62) Brevem, ſed aequo ſeveriorem huius libri recenſio-

Suppoſiticia ſunt opera: Dialogus de recta in Deum fide ſive contra Marcionitas (vid. Ruae. I, 800 ſqq.) et Philoſophumena (vid. Ruae. I, 872 ſqq.).

Heraclas.[63]

Heraclas poſt Origenem ſcholae catecheticae praefuit (Euſeb. h. e. VI, 15. 26. 29; Philipp. Sid. l. l.; cf. Niceph. V, 18; Hoſpinian. de templ. lib. III. c. 5. p. 352). Iam circiter a. CCXIII Caracalla imperatore Origenes, nimio labore oppreſſus, diſcipulis in duas claſſes diviſis, ordinem inferiorem Heraclae, tunc temporis presbytero (Hieronym. catal. c. 54: „Conſtat eum (Origenem) ... Alexandriam reverſum Heraclam presbyterum ... adiutorem ſibi feciſſe"), inſtituendum tradidit (Euſeb. h. e. VI, 15)[64], qui inde ab eo tempore, quo Origenes Caeſaream abiit (anno CCXXXII), huic in munere cateche-

nem invenies apud Photium bibl. cod. 8 (cf. cod. 117.); vid. Semleri praefat. ad Baumgarten. theol. polem. II, 163 ſqq. not. 161. et Ruaeum I, 42. Interpretatio Rufini, qui in prologo ad Macarium ipſe ſeſe profitetur alia in his libris omiſiſſe, alia mutaſſe, minime eſt accurata, quod Ruaeus I, 44 oſtendit (cfr. Dallaeus de Rufin. Origen. aliquot. opp. interpretat., Genev. 1666) et Hieronymus adv. Rufin. caſtigavit. Anno CCCXCIX Hieronymus, certior factus, libros περὶ ἀρχῶν fraudulenter eſſe a Rufino translatos, et veritus, ne Origenis erroribus favere exiſtimaretur, aliam huius operis verſionem ad Graeci contextus fidem aggreſſus eſt, quae integra iniuria temporum intercidit. Cf. Ruaeum l. l.

63) Vid. praecipue Euſeb. h. e. VI, 3. 15. 19. 26. 29. 31. 35. (Chronic. II, 297); Hieron. catal. c. 54. 69; Philipp. Sid. l. l. et Nicephor. V, 4. 11. 18. 26.

64) Euſebius ait: Ὁ δὲ (Origenes) ... διανείμας τὰ πλήθη τὸν Ἡρακλᾶν τῶν γνωρίμων προκρίνας ... κοινωνὸν καθίστη τῆς κατηχήσεως· τῷ μὲν τὴν πρώτην τῶν ἄρτι στοιχειουμένων εἰσαγωγὴν ἐπιτρέψας, αὐτῷ δὲ τὴν τῶν ἐν ἕξει φυλάξας ἀκρόασιν.

techetico successit (Euseb. VI, 26)[65]) istoque munere aut ad finem tantummodo eiusdem anni, vel initium sequentis, quando Demetrius episcopus mortuus est (Euseb. h. e. VI, 26; cf. Euseb. h. e. V, 22 et Chron. II, 297), cui ipse successit in episcopatu (Euseb. h. e. VI, 3. 26. 29. 31; Hieronym. catal. c. 54; Niceph. V, 18)[66]), aut ad suam ipsius mortem, quae in tertium Philippi Arabis, sui autem episcopatus decimum et sextum annum (Euseb. h. e. VI, 35[67]); Niceph. V, 26) i. e. annum CCXLVIII incidit, functus est. Illud est verisimilius, quod quidem et Eusebius indicat, qui Heraclae episcopatu commemorato statim munus catecheticum a Dionysio susceptum esse enarrat, h. e. VI, 29. his verbis: Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ Δημήτριον Ἡρακλᾶς τὴν λειτουργίαν παρείληφεν· τῆς δὲ τῶν αὐτόθι κατηχήσεως τὴν διατριβὴν διαδέχεται Διονύσιος, et Hieronymus, qui catal. c. 69: „Dionysius," ait, (postea) „Alexandrinae urbis episcopus, sub Heracla scholam κατηχήσεως presbyter tenuit," et denique Nicephorus, qui V, 18 haec habet: Ὠριγένης Ἡρακλᾶν διάδοχον τῆς τοῦ θείου λόγου διατριβῆς καταλείπει· οὐκ εἰς μακρὰν μέντοι τὴν διατριβὴν τῇ διδασκαλίᾳ πεποίητο· βραχὺ γάρ τοι μετ' ὀλίγον Δημητρίου... τὸ βιοῦν μεταλλάξαντος, ὁ μὲν Ἡρακλᾶς τὸν θρόνον ἄνεισι τῆς ἐπισκοπῆς. Διονύσιος δὲ... τέως ἀντὶ Ἡρακλᾶ τῆς τῶν κατηχήσεων διατριβῆς διάδοχος ἦν.

Cetera, quae de Heracla scimus, haec sunt: Iam quinque annos Heraclas celeberrimum philosophum (in-

---

65) Τὴν ἀπ' Ἀλεξανδρείας μετανάστασιν ἐπὶ τὴν Καισάρειαν ὁ Ὠριγένης ποιησάμενος, Ἡρακλᾷ τὸ τῆς κατηχήσεως τῶν αὐτόθι διδασκαλεῖον καταλείπει.

66) Euseb. VI, 26: διαδέχεται δ' αὐτὸν (Demetrium) ὁ Ἡρακλᾶς, VI, 29: ἔν τε Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ Δημήτριον Ἡρακλᾶς τὴν λειτουργίαν παρείληφεν; Hieronym.: „Qui quidem (Heraclas) et post Demetrium Alexandrinam tenuit ecclesiam."

67) Τρίτον δὲ τούτῳ (Philippo) ἔτος ἦν, καθ' ὃ μεταλλάξαντος Ἡρακλᾶ τὸν βίον ἐπὶ ἑκκαίδεκα ἔτεσι τῆς προστασίας κ. τ. λ.

telligendus videtur Ammonius) audierat, cum Origenes istius scholas frequentare coepit, nec postea presbyter philosophorum pallium deposuit, nec Graecorum libris diligentissime studere desiit (Euseb. h. e. VI, 19. p. 424 — istud Origenis epistolae fragmentum vide apud Ruaeum I, 4 —; Hieron. catal. c. 54.)[68]).

Videtur Heraclas, antea ethnicus, ab Origene praeceptore ad christianam religionem conversus. Eusebius enim h. e. VI, 3 haec enarrat: Προσήεσαν αὐτῷ (Origeni) τινὲς, ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἀκουσόμενοι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ· ὧν πρῶτον ἐπισημαίνεται γεγονέναι Πλούταρχον· δεύτερον Ἡρακλᾶν τοῦ Πλουτάρχου ἀδελφὸν, ὅς δὴ καὶ αὐτὸς παρ' αὐτῷ πλείστην φιλοσόφου βίου καὶ ἀσκήσεως ἀπόδειξιν παρασχὼν, τῆς Ἀλεξανδρέων μετὰ Δημήτριον ἐπισκοπῆς ἀξιοῦται (cf. Niceph. V, 4). Vocatur Eusebio h. e. VI, 15 ἐν τοῖς θείοις σπουδαῖος, καὶ ἄλλως λογιώτατος ἀνὴρ καὶ φιλοσοφίας οὐκ ἄμοιρος (quas laudes etiam auget Nicephorus V, 11) et VI, 31 ἐπὶ λόγοις φιλοσόφοις καὶ τοῖς ἄλλοις Ἑλλήνων μαθήμασιν εὖ μάλα διαπρέψας, fuitque ea Alexandriae doctrinae fama (Euseb. VI, 31; Niceph. V, 21), ut etiam Iulius Africanus πορείαν στείλασθαι ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν διὰ πολλὴν τοῦ Ἡρακλᾶ φήμην, (ubi pro Heracla Origenem legendum esse, haud scio an iniuria existimet Fronto Ducaeus) non dubitaverit. Fueritne Origenes ab Heracla (qui Demetrii successor Origeni

68) Origenes in ista epistola, quam Eusebius nobis servavit, haec dicit: Τοῦτο δὲ (scrutari haereticorum dogmata, et quaecunque a philosophis de veritate iactentur, excutere) πεποιήκαμεν, μιμησάμενοι τόν τε πρὸ ἡμῶν πολλοὺς ὠφελήσαντα Πάνταινον, καὶ τὸν νῦν ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ καθεζόμενον Ἀλεξανδρέων Ἡρακλᾶν· ὅντινα εὗρον παρὰ τῷ διδασκάλῳ τῶν φιλοσόφων μαθημάτων, ἤδη πέντε ἔτεσιν αὐτῷ προσκαρτερήσαντα, πρὶν ἐμὲ ἄρξασθαι ἀκούειν ἐκείνων τῶν λόγων. Διὸ καὶ πρότερον κοινῇ ἐσθῆτι χρώμενος, ἀποδυσάμενος καὶ φιλόσοφον ἀναλαβὼν σχῆμα, μέχρι τοῦ δεῦρο τηρεῖ βιβλία τε Ἑλλήνων κατὰ δύναμιν οὐ παύεται φιλολογῶν. Ubi Hieronymus Heraclam commemorat, adiicit: „qui sub habitu philosophi perseverabat.“

ſaltem non aequus fuerit; alioqui illum revocaſſet) Alexandria expulſus, ad hanc quaeſtionem iam ſupra reſpondimus. Neque Epiphanius, neque Hieronymus, neque Euſebius, nec denique ipſe Origenes id dicunt.

Heraclae ſcripta neque ſuperſunt, neque quantum equidem ſcio, a patribus commemorantur.

Dionyſius. 69)

Dionyſius, ut a Romano coaevo diſtinguatur, cognomine Alexandrini, in regenda ſchola catechetica Heraclae ſucceſſit (Euſeb. h. e. VI, 29; Hieronym. catal. c. 69; Philipp. Sid. l. l.; Niceph. V, 18), isque non ex eo tempore, quando mortuus eſt Heraclas, ſed ab anno CCXXXIII (initio epiſcopatus Heraclae), id quod ſupra videmur oſtendiſſe. Utrum autem Dionyſius catechetae muneri vacaverit, usque dum ipſe ad epiſcopi dignitatem eveheretur (a. CCXLVIII), an ad mortem (a. CCLXV), incertum eſt; veriſimilius eſſe poſterius, infra apparebit.

Dionyſio iſti, inſigni Origenis diſcipulo (quod Euſebius h. e. VI, 29 diſerte ait: εἷς καὶ οὗτος τῶν Ὠριγένους γενόμενος φοιτητῶν, et Hieronymus l. l.: Origenis valde inſignis auditor — alii, quorum minor auctoritas eſt „adiutor" — fuit, etiam Magni agnomen tribuerunt antiqui patres, velut Euſebius in prooemio ad h. e. lib. VII, Baſilius in Epiſtola canonica ad Amphilochium, Maximus in ſcholiis ad Dionyſ. Areopagitam et Simeo Metaphraſtes in actis paſſionis Petri Alexandrinorum epiſcopi (vid. Valeſ. ad. Euſeb. l. l.). Routhius reliq. ſacr. II, 384 addit ipſum ſanctum martyrem Petrum Alexan-

69) Vide Euſebii h. e. VI, 29. 35. 40—42. 44—46; VII, 1. 4—11. 20—28. (Graviſſima, quae de Dionyſio Euſebius retulit, invenire licet in H. Olshauſenii S. V. hiſt. eccl. veter. monumentis vol. I. P. I. p. 124 ſqq.); Euſeb. Chron. II, 299; Athanaſ. de Dionyſio Alexandrino; Hieronym. catal. c. 69; adverſ. Ruf. II. Opp. IV, II. p. 409; Philipp. Sid. l. l.; Photii bibl. cod. 232. p. 899—902; Nicephor. V, 18. 20. 26. 28; VI, 4 ſqq., imprimis cap. 8. 21. 25. 26.

drinum in Tractatu adv. Origenem Concil. collect. Labbe et Coffart Tom. V p. 659. Pariter atque Origenes etiam Dionyſius haereticorum librorum ſtudium non neglexit, ut ubique verum a falſo dignoſceret. Dehortante ipſum quopiam de illius ſtudii periculo, vox interna, viſum divinum, eum corroboravit verbis (Euſeb. h. e. VII, 7; cf. Niceph. VI, 8): Πᾶσιν ἐντύγχανε, οἷς ἂν εἰς χεῖρας λάβοις· διευθύνειν γὰρ ἕκαστα καὶ δοκιμάζειν ἱκανὸς εἶ· καὶ σοὶ γέγονε τοῦτο ἐξαρχῆς καὶ τῆς πίστεως αἴτιον. Ἀπεδεξάμην, Dionyſius pergit, τὸ ὅραμα ὡς ἀποστολικῇ φωνῇ συντρέχον τῇ λεγούσῃ πρὸς τοὺς δυνατωτέρους, γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται. Mortuo a. CCXLVIII Heraclae epiſcopus ſucceſſit (Euſeb. h. e. VI, 35: Τρίτον δὲ τούτῳ ἔτος ἦν, καθ᾽ ὃ μεταλλάξαντος Ἡρακλᾶ τὸν βίον ἐπὶ ἑκκαίδεκα ἔτεσι τῆς προστασίας, τῶν κατ᾽ Ἀλεξάνδρειαν ἐκκλησιῶν τὴν ἐπισκοπὴν Διονύσιος ὑπολαμβάνει; Chron. II, 299; Niceph. V, 26) in eoque munere egregiam ſibi comparavit laudem, ita ut ipſius nomine eccleſia Alexandriae ſit appellata (Epiphan. haer. LXIX, 2; Philoſtorg. hiſt. eccl. II, 11). In perſecutione Deciana (Euſeb. h. e. VI, 40; Niceph. V, 28) Sabinus, Alexandriae proconſul, ſatellitem legavit ad Dionyſium prehendendum. Hoc quatriduum domi ſuae verſato, ille fruſtra urbem percucurrerat. Sic Dionyſius periculo eſt ereptus. Poſt diem quartum, divino nutu excitatus, in fugam ſeſe confert, ſed ſub occaſum ſolis militum in manus incidit et Tapoſirim, oppidulum prope Alexandriam, deducitur. Timotheus, Dionyſii diſcipulus, domum venit, magiſtrum non invenit et fugiens agricolae occurrit, cui interroganti rem narrat. Hic cum ſodalibus in convivio congregatis, ab ipſo quidem concitatis, Dionyſio auxilio accurrit; clamore attoniti fugiunt milites, et Dionyſius, etſi paene invitus, iterum morti eripitur. Apud Euſebium h. e. VII, 11 initio (cf. Niceph. VI, 10) Dionyſius enarrat, quemadmodum in perſecutione Valeriana (anno CCLVII) ipſe ſemper animo forti ac conſtanti fuerit; ut Aemilianus proconſul coetus religioſos ipſi vetuerit, ipſe vero Deo magis obedierit, quam hominibus (Germanus contra

episcopus Dionysio opprobrat, ante persecutionem nullas ipsum habuisse conciones, et in fuga salutem quaesivisse), ut aegrotus in exilium pulsus primum in vicum quendam solitudini proximum, cui nomen Cephro, ubi multis profuerit, deinde in regionem Colluthionis provinciae Mareoticae sese contulerit, omnibus autem in rebus adversis animum fortem et meliora sperantem fortunae opposuerit, nec Deo eiusque filio et verbis et factis servire unquam desierit.

- Tandem anno CCLX, Gallieno ad imperium accedente, Alexandriam regressus est (Euseb. h. e. VII, 13. 21 [70]); cf. Niceph. VI, 18), ubi, partim iam antea, partim etiamtum bello (Euseb. h. e. VII, 21. p. 515 etc. 22. p. 519), fame (Euseb. VII, 22. p. 519), peste (ibid. p. 518 sqq.) saevientibus, semper, et praesens et absens, prudentia sua virtuteque fulsit. Nonmodo cum gentilibus, sed etiam cum schismaticis et haeresiarchis conflixit. Novatum (Hieronymus l. l. habet „Novatianum;“ vid. I. A. Fabricii annot. ad hunc Hieron. loc. in biblioth. eccles. p. 154 f.) ad ecclesiam reducere conatus est (vid. Euseb. h. e. VI, 45, ubi haec quoque dicit Dionysius: ἔδει μὲν γὰρ καὶ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ μὴ διακόψαι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ; et cf. Euseb. VII, 8; Hieronym. l. l. et Niceph. VI, 4), de baptizandis haereticis controversiam sopire pro viribus studuit (cf. Euseb. h. e. VII, 5. 7. 9), in Cypriani tamen partes propensior, Sabellium tanto cum ardore oppugnavit (Euseb. VII, 6; Hieron. l. l.), ut ipse in suspicionem haereseos incideret (Niceph. VI, 25) et apud Dionysium Romanum accusaretur, sed apologia sese defenderet (cf. Euseb. VII, 26), et ab Athanasio (de sententia Dionysii Alexandrini) postea defenderetur; Nepotis denique et chiliastarum Aegyptiorum schisma et errorem colloquio

---

70) Eusebius VII, 13 enarrat, Gallienum, σωφρονέστερον περὶ τὴν ἀρχὴν, episcopis, Dionysio quoque, benignum sese praebuisse, et VII, 21. p. 515. de Dionysio ait: Ἐπιλαβούσης δὲ ὅσον οὔπω τῆς εἰρήνης, ἐπάνεισι μὲν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν κ. τ. λ.

habito restinxit et expugnavit (Euseb. VII, 24; Niceph. VI, 21.). Postremo anno CCLXIV. ad synodum Antiochenam (de qua vid. Routh. relig. sacr. II, 465 — 525) vocatus, ut cum Paulo Samosateno congrederetur, senectutem vero et corporis infirmitatem excusans, „ante paucos dies, quam moreretur" (Hieronym. catal. l. l. p. 156) per litteras sententiam indicavit (Euseb. h. e. VII, 27). Mortuus est episcopatus sui anno decimo et septimo, imperii Gallieni duodecimo (Euseb. VII, 28; Hieron. l. l.; Niceph. VI, 28), a. Chr. CCLXV.; falsissimum igitur est, quod narrat Cedrenus hist. compend. p. 258 ed. Paris. Dionysium Decio imperitante martyrio fuisse coronatum. Hic vir, Novati et Sabellii et Pauli Samosateni et Nepotis oppugnator, nuncupatur (atque ex parte haud iniuria) Arianismi pater et Anomoeorum auctor (Rufin. apol. pro Orig., Basil. M. ep. 141.; Gennad. de eccl. dogm. c. 14.; cf. Huetii Origenian. lib. II. cap. 2. quaest. 2. §. 10. 25.).

Multa Dionysius scripsit (vid. Hieronym. l. l.): De martyrio ad Origenem (Euseb. h. e. VI, 46), de promissionibus (περὶ ἐπαγγελιῶν) libros II adversus Nepotis ἔλεγχον Ἀλληγοριστῶν (Euseb. VII, 24. 25), quem librum iste regni millenarii fautor ac defensor accerrimus, opinionem suam ex apocalypsi stabilire se posse ratus, composuerat (Hieron. catal. l. l.), ad Dionysium Romanum adversus Sabellium libros IV (cf. Hieron. adv. Ruf. II. Opp. T. IV. P. II. p. 409), ad Timotheum de natura, de tentationibus ad Euphranorem (Euseb. VII, 26), commentarium in Ecclesiasten, alia nonnulla exegetica, et multas, praeter nominatas, epistolas (Hieron. l. l., Euseb. h. e. VI, 46.; VII, 20. 26.), cum absens ad suam ecclesiam, tum ad alios illius aevi homines, paschales quoque (vid. Schroeckh K. G. IV, 156). Supersunt praeter integras epistolas ad Novatum (Euseb. VI, 45) et ad Basilidem, episcopum Pentapolitanum, (in synodico, Oxon. 1672, Tom. II. p. 1 — 7 et apud Routh. reliq. sacr. II, 385 — 394) fragmenta nonnulla ex catenis patrum in Iobum, acta apostolorum, epistolas catho-

licas et epistolam ad Romanos (apud Routh. l. l. II, 395 — 410.), praeterea fragmenta librorum de promissionibus apud Eusebium h. e. III, 28.; VII, 24. 25, apologiae apud Athanasium de Dionysio Alex., libri de natura apud Eusebium praepar. evangel. XIV, 23 — 27. (vid. Routh. l. l. IV, 345 — 382.) et epistolarum apud Eusebium h. e. VI, 40 — 42. 44 — 46; VII, 1. 5 — 11. 23. 26. (paschalium ibid. VII, 20 — 22.). Multas Dionysii epistolas exhibent H. Olshausenii S. V. Hist. eccl. vet. monumenta praecipue Vol. I. P. I. p. 116 sqq. et Vol. I. P. II. p. 106 sqq., 143 sqq., 149 sqq. Epistola ad Paulum Samosatenum ea, quae invenitur Gr. et Lat. in auctario Ducaeano, Paris. 1624., Tom. I. et in Conciliis Labbei Tom. I. p. 849, Dionysio supposita videtur Tillemontio, Valesio ad Eusebium p. 155 sq., Du Pinio, Caveo, aliis, genuina vero Fabricio.

Iam Eusebius in tradenda scholae catecheticae praefectorum serie nos deserit, neque de hac schola inde a Dionysio, praeterquam quod Achillam commemorat praefectum h. e. VII, 32, quicquam enarravit. Satis autem constat, illo tempore scholam nondum interiisse, cum saltem Didymus illi sine dubitatione praefuerit; quare cum Philippus Sidetes pergat nomina catechetarum tradere, isque, ut videtur, abhinc fide eo dignior, quo propius ab ipsius aetate historia abest (omnino praefecturam alicuius fingere facile non potuit): singuli, quos nominat, viri in quaestionem sunt vocandi, utrum ex indiciis, quae reliqui historiae ecclesiasticae auctores (Eusebius, Hieronymus, ceteri) de ipsis reliquerint, scholae catecheticae ipsos praefuisse verisimile sit, necne. Quodsi id verisimile est, a Philippi partibus non stare non poterimus; sin minus, rem in dubio relinquemus. Omnino autem nihil, nisi quod veri videatur simillimum, de quaestione, quinam et quo ordine scholae cat. praefuerint (excepto Didymo), iam proferri licebit. Statim difficultas imminet haud facilis remotu. Supra vidimus, ab Heracla, simulatque episcopus creatus fuerit, scholam

nostram Dionysio fuisse commissam, unde, episcopos scholae muneribus praeesse solitos non esse, videtur proficisci. Neque tamen inde ab a. CCXLVIII. ad CCLXV., quibus Dionysius munere episcopali functus est, quisquam scholae catecheticae praefectus commemoratur. Quid? quod a Philippo Pierius Dionysii successor vocatur, qui de sententia Hieronymi catal. c. 76. sub Caro et Diocletiano floruit, „unde," ut Michaëlis l. l. §. 10. pergere festinat, „certum est, ipsum ante annum CCLXXXII. munus in schola non obivisse," et, ubi omnes consentiunt, ingens oritur lacuna (ad a. CCLXXXII. aut ab a. CCXLVIII. aut ab a. CCLXV.). Catechetas supplendi non desunt conatus; primum interponitur

Athenodorus, quem neque Eusebius, neque Hieronymus, nec denique Philippus catechetam commemorat. Unicus eorum, qui Athenodorum Dionysii successorem constituunt, auctor est Nicephorus (qualis iste sit auctor, constat), qui h. e. V, 18 a Pantaeno orsus Athenodorum catechetam sextum nominat. Nicephorum sequuntur Centur. Magd. centur. c. 7. p. 109. 110 ed. vet., Hospinianus de templ. III, 5. p. 352. b (apud Bingham. Origg. tom. II. p. 57 ed. Lat. Grischov.), Michaëlis l. l. §. 10. et Dieteimaierus l. l. Sed Nicephori auctoritas nihil aequat illorum silentium, cum praesertim Philippus taceat. Commemorant quidem Athenodorum (fratrem Theodori sive Gregorii Thaumaturgi) Eusebius h. e. VI, 30. et Hieronymus catal. c. 65. s. v. Theodorus, per quinque annos Origene magistro usum ad litteras et philosophicas et theologicas ediscendas, sed Origene non amplius Alexandriae, sed Caesareae versante. Praeterlapsis vero quinque illis annis Athenodorum (qui, antequam ad Origenem accessit, tanquam puer atque ineruditus scholae praeesse non potuit, cum praesertim ea tunc temporis praefectis non caruerit) Alexandriam non migrasse ibique non docuisse inde apparet, quod Hieronymus l. l.: „Quinquennio," inquit, „eruditi (Gregorius et Athenodorus) ab eo (Origene) remittuntur ad matrem," et Eusebius l. l. statim addit: Τοσαύτην ἀπηνέγ-

κάντο περὶ τὰ θεῖα βελτίωσιν, ὡς ἔτι νέους (igitur paulo poſtquam Origenem reliquiſſent) ἄμφω ἐπισκοπῆς τῶν κατὰ Πόντον ἐκκλησιῶν ἀξιωθῆναι. Quodſi Athenodorus ſcholae catecheticae rector fuiſſet, Euſebius id hoc loco ſine dubio adiecisſet. Epiſcopatum autem Athenodorus, ut Alexandriae doceret, certo non deſeruit. At, dixerit quispiam, Nicephori Athenodorus alius eſſe poteſt, quam Euſebii et Hieronymi. Verum Nicephorus is non eſt, in quo, patribus unum tantummodo illius aevi Athenodorum commemorantibus, ſatis praeſidii ſit, cur etiam alium Athenodorum in hiſtoria conſtituamus. Quae cum ita ſint, Athenodorus ſcholae catecheticae non praefuit.

Omnino nemine, ne Nicephoro quidem, comprobante, Euſebio potius h. e. VII, 29, Hieronymo catal. c. 71. et Nicephoro VI, 28. adverſantibus, ſolus (quantum equidem ſcio) Hoſpinianus l. l. Athenodori ſucceſſorem nominat Malchionem, Euſebio et Hieronymo ll. ll. teſtibus presbyterum et ſcholae ſophiſtarum antiſtitem Antiochenum.

Denique ſolus (niſi fallor) Arnoldius in libro, qui inſcribitur Kirchen- und Ketzerhiſtorie, 1729, Tom. I. p. 102 Dionyſii in ſchola catech. vocat ſucceſſorem Maximum. Qui, Dionyſii συμπρεσβύτερος (Euſeb. h. e. VII, 11 p. 497. 504), in epiſcopatu quidem illi ſucceſſit (ibid. p. 504 et VII, 28. cf. Hieron. catal. c. 71.) ideoque per ſe (praeſertim cum Euſebius hoc tempore catechetarum ſeriem non amplius perſequatur) poſt Dionyſium ſcholae praeeſſe forſan potuit; ſed cum neque Philippus, neque alius quisquam ex patribus tanquam ſcholae praefecti eius mentionem fecerit, cumque accedat, quod, ſi ab a. CCXLVIII. eum praefuiſſe ſumamus, per triginta quatuor annos (quamobrem fuerat commemorandus), ſin autem ab a. CCLXV., tanquam epiſcopum eum praefuiſſe appareat, ideoque ne removeantur quidem hac Arnoldii hypotheſi difficultates omnes: Maximus in ſeriem catechetarum non videtur recipiendus.

Quoniam igitur ſcholae catecheticae praefectorum ſeriem ſupplendi conatus irriti fuere, alio modo difficul-

tatem illam e medio tollere ausimus. Primum quidem censemus, Dionysium etiam episcopum scholae praefuisse, id quod audacter dicere licet, quia tum contrarium ostendi nequit, tum Philippus Sidetes Dionysii successorem appellat Pierium, qui quidem ab a. CCXVLIII. scholam regere non potuit, omnino vero potuit ab a. CCLXV, id quod alterum est, quod nobis persuademus et posthac demonstrabimus. Facile tamen largimur, sub Dionysii episcopatu et ob multa Dionysii aliena negotia, et ob complures ipsius fugas exiliaque, et denique ob magnas Alexandriae tunc temporis bello, peste, fame controversiisque theologicis excitatas turbas, scholam nostram nequaquam ita floruisse, ut antea. Dionysio igitur successit

Pierius[71]),

cuius quidem de praefectura Lardnerus de fide hist. evang. P. II. lib. 1. c. 24. dubitat, sed ut videtur iniuria. Primum enim Philippus Sidetes l. l. diserte dicit, eum scholae nostrae praefectum fuisse; dein Photius bibl. cod. 118. p. 300 haec habet: Ἦν δὲ Παμφίλου διδάσκαλος ὁ Πιέριος, τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ αὐτὸς προεστηκὼς διδασκαλείου, et cod. 119: καὶ (Πιέριόν φασι) τοῦ κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἡγήσασθαι παιδευτηρίου. Denique Eusebius et Hieronymus cum Nicephoro id significant, quippe qui diserte quidem catecheticae scholae praefectum Pierium non nominent, sed ei virtutes tribuant, scholae catecheticae praefecto post Origenis exemplum paene proprias. Dicit enim Eusebius h. e. VII, 32. p. 558: Ὁ μὲν (Pierius) ἄκρως ἀκτήμονι βίῳ καὶ μαθήμασι φιλοσόφοις δεδοκίμαστο· ταῖς περὶ τὰ θεῖα θεωρίαις καὶ ἐξηγήσεσι (quae vox fortasse ad munus catecheticum spectat), καὶ ταῖς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκκλησίας διαλέξεσιν ὑπερφυῶς ἐξησκημένος; Hieronymus catal. c. 76: „Pierius, Alexandrinae ecclesiae presbyter sub Caro et Diocletiano principibus, eo tempore, quo

---

71) Vid. Euseb. h. e. VII, 32.; Hieron. catal. c. 76.; Epiphan. haer. LXIX, 2.; Philipp. Sid. l. l.; Photii bibl. cod. 118. 119. p. 300; Niceph. VI, 35.

eam ecclesiam Theonas episcopus regebat, florentissime docuit populum, et in tantam sermonis diversorumque tractatuum, qui usque hodie exstant, venit elegantiam, ut Origenes iunior vocaretur. Constat, hunc mirae (fuisse) ἀσκήσεως et appetitorem voluntariae paupertatis, scientissimumque dialecticae et rhetoricae artis," et Nicephorus VI, 35: 'Ακτησίᾳ βίου καὶ τῇ καθ' Ἕλληνας παιδείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ δεδοκιμασμένος, ταῖς γε μὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδαῖς καὶ ταῖς ἐν κοινῷ διαλέξεσι καὶ ἐξηγήσεσιν ὑπερφυῶς θαυμαζόμενος. Hominem autem illius aevi atque Alexandriae doctissimum eumque Origenem iuniorem vocatum ne docuisse quidem in schola Origeniana, veri videtur dissimile. Iam vero quaeritur, quonam ex tempore Pierius in schola catechetica docuerit. Philippus appellat ipsum Dionysii proximum successorem, Hieronymus autem l. l. haec habet: „Pierius, Alexandrinae ecclesiae presbyter sub Caro et Diocletiano, eo tempore, quo eam ecclesiam Theonas regebat, florentissime docuit populum." Cum Hieronymo convenire videntur et Eusebius, qui l. l. de Pierio verba facit, ubi de rebus sub Diocletiano gestis agitur, et Photius, qui l. l. Pierium Pamphili Martyris praeceptorem fuisse arbitratur. Equidem censeo, Pierium statim post Dionysii mortem scholae nostrae praeesse coepisse; neque tamen a Dodwelli partibus sto, qui l. l. p. 511 audacius Hieronymo errorem opprobrat, quippe Caro imperante iam Theognostum, „ab Hieronymo cum Pierio commutatum," florere incepisse arbitratus. Errare quidem potuit Hieronymus eodem do, quo iam antea, ubi sub Severo et Antonino floruisse dixit Pantaenum, qui iam sub Commodo scholae praeesse coepit. Neque tamen Hieronymus erraverit necesse est; minime enim nostrae sententiae adversatur, cuius quidem verba „sub Caro — regebat" non ad vocabula „florentissime docuit populum," sed ad „Alexandrinae ecclesiae presbyter" videntur pertinere (quare comma pone „presbyter omisi), ita ut haec sit loci sententia: Pierius, qui sub Cari et Diocletiani imperio Theonaeque episcopatu presbyter fuit, florentissime docuit populum. Docendi

autem munere, ſaltem in ſchola catechetica (cuius diſcipulos Hieronymi „populus" una cum aliis Chriſtianis complecti poteſt), diu fungi potuit, antequam ad presbyteri dignitatem proveheretur, et quidem ſalva et Euſebii auctoritate (nihil enim differt, utrum iam in deſcribenda Gallieni aetate, an denique Diocletiani, qua etiam florebat, Pierii nomen commemoretur), et Photii (Pamphili enim praeceptor Pierius eſſe potuit, etiamſi iam ab a. CCLXV. floruerit). Huc tandem accedit, quod Origenes iunior vero Origeni etiam in eo aequalis fuerit, quod uterque ante ſusceptum presbyteri munus diu in ſchola catechetica docuerit.

Quamdiu Pierius Alexandriae verſatus ſit, perſpicuum fit ex Hieronymo catal. c. 76., qui: „Conſtat," ait, Pierium „poſt perſecutionem omne vitae ſuae tempus Romae fuiſſe verſatum," quod haud dubie de decennaria illa ſub Diocletiano ceterisque graſſata intelligendum eſt. Videtur autem Pierius non ab a. CCLXV. ad CCCXII. ſcholae praefuiſſe, quoniam ad illud usque tempus plures ipſius ſucceſſores a Philippo commemorantur, ſed potius inde ab a. CCLXXXII. totum eccleſiae ſeſe dediſſe, ex quo etiam intelligi debet, cur Euſebius in narratione de rebus ſub Diocletiano geſtis muneris Pierii catechetici mentionem non fecerit. Martyrium ſubiiſſe Pierium Photius putat, nam dicit cod. 118: Μάρτυς δὲ καὶ ὁ Πιέριος ἅμα τῷ ἀδελφῷ Ἰσιδώρῳ; ſed minus recte. Primum enim Euſebius de hoc martyrio tacet, dein Hieronymus l. l. ipſum Romae ſiccam mortem obiiſſe ſignificat, tum quoque Photio ipſius narratio poſtea videtur incerta, dum cod. 119.: Πιέριον, ait, σὺν τῷ ἀδελφῷ Ἰσιδώρῳ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγωνίσασθαί φασιν ἀγῶνα. Quodſi autem Photius cod. 118. Pierio templum a piis hominibus conſtructum ait (fama huius rei fortaſſe effecit, ut Photius vel alius quisquam in fabulam de martyrio Pierii inciderit), haud dubie intelligit eccleſiam illam, quam Epiphanius haereſ. LXIX, 2. p. 728 Pierii nomine Alexandriae eſſe appellatam memorat. Verum non omnes eccleſiae Alexandrinae martyrum nominibus fuere

appellatae, id quod inde apparet, quod eodem loco Epiphanius ecclesias Dionysii et Theonae non martyrum inter alias recensuit. Cf. Routh. rel. sacr. III, 208.

Scripsit Pierius libros duodecim (cf. Photii bibl. cod. 119, qui de hoc opere: Λόγους τὸ βιβλίον (Pierii), inquit, περιεῖχε δώδεκα· ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφής τε καὶ λαμπρὸς, ὥσπερ ῥέων τῷ λόγῳ, μηδὲν τε ἐπιμελὲς ἐνδεικνύμενος· ἀλλ' ὡς ἐξ αὐτοσχεδίου ὁμαλῶς τε καὶ λείως καὶ ἠρέμα φερόμενος. Τοῖς δὲ ἐνθυμήμασιν, εἴπερ τις ἄλλος, γονιμώτατος· πολλὰ δὲ ἔξω τῶν νῦν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καθεστηκότων, ἀρχαιοτρόπως ἴσως, ἀποφαίνεται), quibus inerat tractatus in pascha et Hoseam prophetam, ut nos docet Hieronymus Prolegom. in Hoseam et catal. c. 76. et Photius cod. 119. Hieronymo teste (epist. 31. ad Pammach. Opp. T. IV. P. II. p. 243) scripsit etiam commentarium in priorem ad Corinthios epistolam, qua de re vid. Routh. reliq. sacr. III, 213. Praeterea Pierius optime de critica N. T. meritus est, quatenus Origenis emendationem singulariter adiuvit, id quod Hieronymus Comm. in Matth. XXIV, 36 his verbis innuit: „In quibusdam codicibus additum est „„neque filius,““ cum in Graecis et maxime Adamantii et Pierii codicibus hoc non habeatur adscriptum.“ Ex scriptis Pierii nihil ad nos pervenit, nisi quod in Photii biblioth. cod. 119. reperitur, apud Routhium l. l. III, 211 sqq.

Videtur Pierius et post ipsum Theognostus socium habuisse et adiutorem

Achillam (quem, quippe ut videtur scholae catecheticae nunquam praefectum, sed primum Pierii, tum Theognosti adiutorem, Philippus Sidetes non commemorat), quod ex iis, quae narrat Eusebius h. e. VII, 32 p. 559 (καθ' ὃν — suo, Theonae quidem tempore, ab anno CCLXXXII episcopi — ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπὶ αὐτὸν τῷ Πιερίῳ πρεσβυτερίου ἠξιωμένος Ἀχιλλᾶς ἐγνωρίζετο, τῆς ἱερᾶς πίστεως τὸ διδασκαλεῖον ἐγκεχειρισμένος) cum Nicephoro VI, 35 (Κατὰ ταὐτὸν Πιερίῳ ἐν καθέδρᾳ πρεσβυτέρων καὶ Ἀχιλλᾶς γνωριζόμενος ἦν· τὴν δὲ τῆς διδασκαλίας ἔχων ἐπιτροπὴν τῆς ἱερᾶς ἐπιστήμης), colligi licet,

nisi vero id de Pierio Eusebius dicere voluerit, quod de Achilla vere dixit.

Theognostus.[72])

Theognostum post Pierium scholae catecheticae praefuisse, solus refert Philippus Sidetes. Quod verum esse videtur, etsi Eusebius nullus eius meminit, ita ut Baronius Annal. II ad a. Chr. 109 dolo malo eum ab Eusebio omissum esse dixerit. Etenim ut omittam, Origenis, licet forsan non ipsius, sed per ipsius aut discipulum aut scripta, quin discipulus fuerit, neminem posse dubitare, qui Theognosti librorum argumenta (apud Photium cod. 106) pertractaverit, ideoque nostrum Origenianae scholae praefuisse eo verisimilius reddi, ut hoc igitur omittam, primum certe Arianis temporibus vetustiorem et catechetae dignitate non indignum illum fuisse satis arguit, quod ab Athanasio (a quo in syn. Nic. decret. vocatur ἀνὴρ λόγιος) adversus Arianos testis adhibetur (Photii bibl. cod. 232. p. 904), quodque ab eodem (Quic. dix. p. 971.) proxime post Origenem inter viros παλαιοὺς, θαυμασίους καὶ σπουδαίους recensetur; deinde vero, quamvis peculiare nomen eis, qui scholae catecheticae praefuere, inditum a veteribus vix reperias, in uno Theognosto forte aliquid, quod huc referri possit, deprehendas, et retulit sane Dodwellus. Ipsius enim ὑποτυπώσεις (opus Theognosti praecipuum) ubi describit Photius cod. 106., dicit, se indicem libri reperisse: τοῦ μακαρίου Θεογνώστου Ἀλεξάνδρεως καὶ ἐξηγητοῦ ὑποτυπώσεις. Iam vero cum aliud hominum sacrorum genus ἐξηγητῶν nomine insignitum non occurrat, neque a scriptorum in sacrum codicem commentariorum multitudine id nomen Theognostus sortitus esse videatur, quale Clementi ex suis στρώμασιν adhaesit, nullis Theognosti exegeticis, quos dicimus, libris laudatis a veteri-

72) Vid. Athanas. Quicunque dix. p. 971 ed. Paris. 1627, Tom. I, et in synodi Nic. decretis; Phil. Sid. l. l., Photii bibl. cod. 106. (p. 280) 232. (p. 904), et cf. Heilmann. l. l. p. 224 sq.

bus: proximum ſane vero eſt, eum, quem Philippus illi tribuit catechetae locum indicari hoc vocabulo. Ceterum nominis eius iam inter paganos a religione ductam ſignificationem deprehendi, oſtendit Heilmannus l. l. p. 225. Quae cum ita ſint, Theognoſtum ſcholae noſtraė praeſuiſſe cenſeo, eumque ab anno CCLXXXII, quo quidem Pierius, cuius ſucceſſor a Philippo nominatur noſter, munus illud videtur abdicaſſe. Hypotypoſeon librorum VII et opuſculi de blasphemia in ſpiritum ſanctum fragmenta dedit Routhius rel. ſacr. III, 221 ſqq. De ſententia Photii cod. 106. Theognoſtus ἔστι τὴν φράσιν ἀπέριττος καὶ βαθὺς, καλλιλεξίᾳ τε ὡς ἐν Ἀττικῷ καὶ συνήθει χρώμενος λογίῳ, καὶ τοῦ συνήθους οὐδ' ἐν ταῖς συντάξεσιν ἀνακεχωρηκώς· τοῦ μέν τοι μεγέθους δι' ἐνάργειαν καὶ ἀκρίβειαν τῶν ῥημάτων οὐ καταφέρεται.

Theognoſto a Philippo dicitur ſucceſſiſſe

Serapio.

Quaeritur, qui is fuerit Serapio; multi enim huius nominis a patribus commemorantur. Quem Euſebius h. e. V, 19 (cum Nicephoro IV, 19), Hieronymus catal. c. 41 et Socrates h. e. III, 7 commemorant, is ſub Commodo vixit; quem Euſebius VI, 12, ſub Caracalla; quos idem VI, 41. 44 (Niceph. V, 30; VI, 6), horum Dionyſius mortem enarrat; hi igitur omnes prius vixerunt, quam quos Philippus intelligere potuiſſet. Si autem Serapio noſter Petri Martyris fuit anteceſſor, id quod Philippus vult, igitur ante initium ſeculi quarti munus ingreſſus ſit oportet, noſter neque is eſſe poteſt, quem Thmuitarum epiſcopum, eumque circa annum CCCLVIII mortuum (vide Cavei hiſt. litt. p. 114), Hieronymus catal. c. 99, Socrates h. e. IV, 23; Sozomenus h. e. III, 14. p. 522; IV, 9 et Nicephorus IX, 34 dicunt; neque is, cuius demum narrationi rerum ſeculo IV. exeunte geſtarum Sozomenus VI, 28 et Nicephorus IX, 14 mentionem iniecerunt; nec denique is, qui Iohannis Chryſoſtomi diaconus vocatur Socrati VI, 4. 11; Sozomeno VIII, 9 et Photio bibl. cod. 96. p. 256. Iam ex

omnibus illius aevi Serapionibus, quos quidem historiae ecclesiasticae auctores nominant (praetermittimus autem plures Serapiones monachos, quorum e numero unum tantummodo Sozomenus III, 14 p. 516 (cf. Niceph. IX, 14) nominat eumque in Aegypto seculo IV medio et exeunte philosophatum esse ait; reliquos videsis in Heriberti Rosweydi vit. patr. (Eremit.) in indicibus), unus tantummodo restat, cuius quidem nomine Epiphanius haer. LXIX, 2 ecclesiam Alexandriae appellatam esse dicit. Hic Epiphanii Serapio idem videtur esse, qui Philippi. Primum enim utrumque apparet Alexandriae vixisse; nam omnes reliquos, quorum nominibus Epiphanius l. l. ecclesias Alexandriae appellatas esse dicit, Alexandriae versatos fuisse satis constat. Huc accedit, quod Epiphanius non solius ait Serapionis, sed Pierii et Serapionis nomine appellatam esse ecclesiam (id quod eo manifestatur, quod ante Σεραπίωνος articulus ἡ omissus est; verba enim haec sunt: *Διονυσίου καλουμένη ἐκκλησία, καὶ ἡ τοῦ Θεωνᾶ, καὶ ἡ Πιερίου καὶ Σεραπίωνος, καὶ ἡ τῆς Περσαίας, καὶ ἡ Διζύας, καὶ ἡ τοῦ Μενδιδίου κ. τ. λ.*), ex quo fit perspicuum (quoniam Alexandrinae ecclesiae nomina gerebant eorum, si quidem ii celebritate gauderent, qui in eis conciones sacras habebant et habuerant, ita ut ecclesia Pierii et Serapionis esset ea, in qua hi ambo populum docerent vel docuissent), Serapionem illum et Pierium uno eodemque vixisse tempore. Pariter autem Philippi Serapio a Pierio abesse non videtur. Pierio enim mortuo post a. CCCXII. Serapio noster, qui exeunte seculo III. ad manus catecheticum accesserit, diu superstes esse non potuit. Quare Serapio scholam catecheticam regere potuit, quippe cuius mentio non apud solum Philippum fiat, sed etiam apud Epiphanium. Etiamsi vero eam non rexerit, Philippi quidem fides frangitur, sed tamen catechetarum series vix interrumpitur. Namque inde ab a. CCLXXXII. Theognostus scholae praefuit, post Serapionem vero a Philippo Petrus Martyr praefuisse dicitur, qui iam anno CCCXII. mortuus est, ita ut Petrus statim Theognosto succedere potuerit. Sin autem, id quod propter Philippi

aucto-

auctoritatem magis placet, Serapio noſtrae vere praefuit, Theognoſtus et Serapio aut uterque per paucos tantummodo annos in ſchola docuit, aut ambo ſimul docuerunt, ita tamen, ut ille prius inceperit, deſierit ſerius hic, cuius ſucceſſor

Petrus Martyr. [73])

Commemorantur ſeculo IV. tres Petri Alexandrini, unus ineunte, alter (vid. Socrat. IV, 20. 37; Sozomen. VI, 19; Theodoret. h. e. IV, 18. 19) Athanaſii ſucceſſor, tertius ſub Theophili epiſcopatu archipresbyter (Socrat. VI, 9). Tertium chronologiae cauſa eundem, quem Philippus tradit, eſſe non poſſe apparet; quaeritur, uter ex reliquis a Philippo ſit indicatus. [74]) Petrus Philippo eſt Πέτρος, ὁ μέγας ἐπίσκοπος, μάρτυς γενόμενος. Epitheta μέγας et μάρτυς (epiſcopus fuit uterque) ad ſecundum non quadrant. Is quidem defuncto Athanaſio epiſcopus Alexandriae a catholica parte factus eſt anno CCCLXXIII (Socrat. IV, 20; Sozom. l. l.); mox vero ab Arianis ſede ſua vi deturbatus et in vincula coniectus (Sozom. l. l.; Theodoret l. l.); quibus paulo poſt elapſus Romam ſeſe contulit, ubi benigne a Damaſo exceptus eiusque litteris munitus ſedem poſtea ſuam recuperavit et mox diem ſupremum obiit (Hieronym. epiſt. 96 ad Principiam Opp. T. IV, P. II, p. 780; Socrat. IV, 37; Sozom. et Theodoret. ll. ll.; cf. Cave. hiſt. litt. p. 144). Hicce Petrus nunquam magnus nuncupatur, neque martyrio eſt coronatus. Omnino quidem ii quoque, qui atrocia ſubierunt ſupplicia, ſed mortis periculum evaſe-

73) Vid. Euſeb. h. e. VII, 32 in fine; VIII, 13; IX, 6; Chronic. II, 305; Athanaſ. apolog. contra Arianos, Opp. T. I. vol. I. p. 177 ed. Benedict.; Epiphan. haer. LXVIII, 3; Philipp. Sid. l. l.; Socrat. h. e. I, 5. 6; Sozomen. h. e. I, 24; Phot. bibl. cod. 256. p. 1408; Bedae Ven. Martyrolog. ad Nov. 25. p. 449. ed. Smithi; Niceph. VI, 34; VII, 16. 27; VIII, 5.

74) Iſtam quaeſtionem ſupervacaneam ducerem, ſi Dietelmaierus l. l. et Hillcherus l. l. §. 10. poſteriorem Petrum Philippo non ſuppoſuiſſent.

runt, interdum in antiquis monumentis martyres nominantur (veluti in exilium acti Cypriano epift. 8. 10), fed loquendi ufu conftituto recentiores patres (iam fec. IV. et V.) plerumque tales vel femimartyres vel *ζῶντας μάρτυρας* appellant, veluti Gregorius Nazianz. orat. 20 p. 319, Chryfoftomus Pf. 96, nec nifi perraro martyres eos, qui miraculofe morti funt erepti (uti tres illi adolefcentuli in fornace babylonica *οἱ ἐν Βαβυλῶνι γενόμενοι μάρτυρες* Athanafio nominantur orat. III. contra Arianos). Prior contra Petrus et magnus fuit et martyr. Eft quidem hicce Petrus poft Theonam anno CCC epifcopatum Alexandriae fortitus (Eufeb. h. e. VII, 32 fin. p. 559; Socrat. I, 5; Niceph. VI, 34) et ob egregias fuas virtutes Magni agnomine digniffimus; nam dicitur Eufeb. VII, 32 fin. *τῆς κοινῆς τῶν ἐκκλησιῶν ὠφελείας οὐκ ἀφανῶς ἐπιμελέσθαι*, Eufeb. VIII, 13. p. 596 *θεῖόν τι χρῆμα διδασκάλων τῆς ἐν Χριστῷ θεοσεβείας*, Eufeb. IX, 6. *Πέτρος τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν παροικιῶν προστὰς ἐπιφανέστατα, θεῖον ἐπισκόπων χρῆμα, βίου ἀρετῆς τε ἕνεκα καὶ τῆς τῶν ἱερῶν λόγων συνασκήσεως*; Epiphan. haer. LXVIII, 3 *ὁ ἁγιώτατος Πέτρος, εὔσπλαγχνος καὶ ὡς πατὴρ πάντων ὑπάρχων*; Phot. cod. 256. *ὁ ἱερομάρτυς Πέτρος*, Niceph. VI, 34 *ἀρίστως διαπρέψας τῇ λειτουργίᾳ*, VII, 27 *ἐν ἐπισκόποις θεῖον ὄντως ἀρχέτυπον* et VIII, 5. denique *θεῖος Πέτρος*. Martyrio autem Petrus ille functus eft fplendidiffimo, id quod Eufebius teftatur tribus ll. ll. et Chron. II, 305, Epiphanius l. l., Socrates I, 5 et Sozemenus I, 24 (cfr. Beda Venerab. in martyrologio ad Novemb. XXV, p. 449 ed. Smithi et Niceph. VI, 34 et VII, 27). Hunc igitur fine dubio intellexit Philippus Petrum, quem etiam eximiae virtutes munere catechetico digniffimum effecerunt quique feriem catechetarum nequaquam turbat (quantopere autem alter Petrus feriem noftram turbaret cum traditam, dum ingentem efficeret lacunam, tum tradendam, dum Macarii praecipueque Didymi praefecturam perverteret, demonftratione non eget). Haud dubie antequam epifcopus factus eft, in fchola docere coepit, fortaffe ab anno inde CCXCV (quo Serapio defierit). Tanquam epi-

scopus, ne schola orba iaceret, munere isto fungi perrexerit. Elapso fere in episcopali munere triennio, exorta est persecutio Diocletiani anno CCCIII, ex quo per reliquum vitae tempus ob ingruentem tempestatem arctiore sese disciplina exercuit (Euseb. VII, 32). Sub hac persecutione diu in carcere detentus est, si modo vera sint, qualia de dissidio illum inter et Meletium, Lycopolitanum in Thebaide episcopum, ex incertis, si non fictis, Meletianorum actis Epiphanius refert haeres. LXVIII, 3 p. 718 sq. Athanasius apolog. contra Arian. Opp. T. I, vol. I, p. 177 ed. Bened., Theodoretus h. e. I, 8 p. 764 et Nicephorus VIII, 5 enarrant quidem hoc, quod negari nequit, dissidium, sed vincula Petri non commemorant. Et Epiphaniana illa dubiae esse fidei, iam ante docuerunt Baronius et Petavius, hic in annotationibus ad Epiphanium, ille in Annalibus. Certe Epiphanium hic quoque fide plena dignum non esse, ex eo fit perspicuum, quod l. l. p. 719. Alexandrum Petri successorem nominat, cum testibus Eusebio aliisque Achillas fuerit. „Mihi quidem", Caveus dicit in hist. litt. p. 80, „in re incerta divinanti probabile videtur, Petrum sub Diocletiano vel Galerio Maximiniano in custodiam traditum, postmodum vinculis absolutum, demum sub Maximino passum esse. Certe luculenter tradit Eusebius h. e. IX, 6, qui hac ipsa tempestate in Aegypto versabatur, ibi etiam in carcerem detrusus, Petrum nullum ob crimen comprehensum, praeter omnem exspectationem subito et absque ulla probabili causa solo Maximini iussu capite truncatum esse." Isti Eusebii sententiae repugnare videtur Socrates h. e. I, 5 et 6 p. 14, qui sub Diocletiano martyrium Petrum subiisse ait. Sed Socrates leviter tantummodo tangit Petri sortem ideoque singula non tractat, sed in universum dicit in persecutione Diocletiana nostrum esse mortuum. Dies fatalis ipsi accidit anno persecutionis nono, episcopatus duodecimo (Euseb. VII, 32), Christi CCCXII.

Scripsit Petrus librum de poenitentia, ex quo supersunt hodie canones XIV (canon XV. est e libro de pa-

schate), aliosque complures libellos (veluti de divinitate, de anima), quorum reliquias ac fragmenta invenire licet in Routhii reliq. sacr. III, 321 sqq.

Dietelmaierus dicit, Metrophanem et Alexandrum apud Photium cod. 256. p. 1407 censuisse, Petro Martyri Achillam (probe eum quidem discernendum ab Achilla, diacono Ariano, vid. Socrat. h. e. I, 6. p. 10 et Theodoret. h. e. I, 3. p. 748, qui etiam presbyteris accensetur apud Epiphanium haer. LXIX, 8, ubi tamen Ἀχιλλεὺς scribitur, quem illi ambo p. 1408 commemorare quidem videntur, sed nequaquam tanquam Petri successorem) in munere catechetico successisse; sed non modo nemo extra illos hanc huic Achillae (cave enim hunc Achillam eundem habeas, quem illum, qui cum Pierio et Theognosto in schola catechetica docuerit, qui non Petro, sed cui Petrus successisset) dignitatem tribuit, omnes potius nihil dicunt, nisi Petro per paucos menses in episcopatu (forsan igitur etiam in schola, sed nemo de hac re certiores nos reddit) successisse Achillam (vid. Euseb. Chron. II, 305.; Rufin. hist. eccl. I, 1.; Socrat. I, 5. 6. p. 14.; Theodoret. h. e. I, 1.; Niceph. VIII, 5. p. 538 et VIII, 6 initio); verum etiam ne Metrophanes quidem et Alexander apud Photium id dicunt, quod Dietelmaierus putat. Quod ex ipsorum verbis sponte sua apparet; sunt enim haec (p. 1408): Ὅτι τελευτᾷ μὲν ὁ ἱερομάρτυς Πέτρος· καὶ Ἀχιλλᾶς τὸν Ἀλεξανδρείας θρόνον καὶ τὸν ἅγιον διαδέχεται· τοῦτον δὲ Ἀλέξανδρος (quem nemo dicit scholae catecheticae praefuisse). Videtur Dietelmaierus ad errorem perductus hacce Andr. Schotti versione Latina: „Moritur sanctus martyr Petrus, et Achillas sanctum virum in dignitate Alexandriae consequutus est.“ Saltem Dietelmaierus Photianum locum laudat non ex pagina textus Graeci (1408), sed Latinae versionis (1407); attamen hic quoque adiecta verba: „et illum Alexander,“ errorem prohibere debuerant.

Philippus Sidetes Petri successorem appellat Macarium Politicum; ante vero quam de hoc disseramus,

Arius

paulisper nos remoratur. Quamquam neque Philippus, neque Socrates Sozomenusque, nec Photius Arium scholae catecheticae praefuisse dicunt, tamen hoc munus aliquandiu administrasse videtur (Cf. Thomassin. de vet. et. nov. eccl. discipl. II, 278). Dicit enim Theodoretus h. e. I, 1. p. 725: Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἄρειος[75]), τῷ μὲν καταλόγῳ τῶν πρεσβυτέρων ἐντεταγμένος, τὴν δὲ τῶν θείων γραφῶν πεπιστευμένος ἐξήγησιν κ. τ. λ., quae postrema verba catecheticum munus videntur indicare. Possunt quidem I. G. Michaëli iudice l. l. §. 10. p. 237 nil aliud sibi velle, quam illi in ecclesia divinorum oraculorum interpretationem creditam esse. Sed illam verborum interpretationem tum vetare videtur usus loquendi (etenim si presbyter dicitur ad sacrarum litterarum munus interpretandarum admotus, id non ita intelligi solet, quasi in concionibus sacris libros sacros interpretari suum esset, id quod per se notio presbyteri poscit et iam tunc temporis poscebat, sed singulare quoddam officium, praesertim voce ἐξήγησις, indicari nobis videtur) et locus quidam synodici infra excitandus, tum nequaquam defendit Michaëlis l. l., qui pergit: „Hoc ipsum ita esse, inde probari potest, quoniam is paulo post scribit, quod Alexander episcopus, ubi Arius perversi erroris sui semi-

75) Quaeritur, uter Arius hic intelligatur; commemorantur enim duo „acerrimi haereseos Arianae auctores" Sulpicio Severo hist. sacr. II, 49., nec non duo Arii sibi amici Alexandro Alexandrino apud Socrat. I, 6. p. 10 et Gelas. Cyzic. hist. synod. Nic. II, 3., et ipsi Theodoreto h. e. I, 3. p. 748. Haud dubie ille Arius intelligendus est, qui caput haereseos fuit atque praedicatur, id quod ex eo apertum est, quod Theodoretus, ubi sine additamento Arii meminit, haeresiarcham intelligit; cf. eiusdem capitis 3. p. 729. 740. 748; ubi alterum Arium intelligit, ipse, sicuti ceteri, Ἄρειος ἕτερος dicit. Huc accedit, quod hic alter Arius diaconis accensetur Theodoret. h. e. l. l. p. 748. Iam vero cum nostro loco de Ario presbytero sermo sit, haeresiarcha non intelligi non potest.

na ſpargere coeperat, ipſum ſacerdotum numero exturbarit, τῶν ἱερατικῶν ἐξήλασε καταλόγων" (apud Theodoretum l. l. p. 726). Equidem haud ſcio, an id falſo dixerit. Nempe putat Michaëlis, ſi τῶν θείων γραφῶν ἐξήγησις ſcholae catecheticae praefectura intelligenda fuiſſet, Theodoretum addere oportuiſſe, poſthac Arium etiam a munere catechetico eſſe remotum. Omnino ſic res ſeſe habet, ſed verba τῶν ἱερατικῶν ἐξήλασε καταλόγων iam complectuntur ſententiam, etiam ab ἐξηγήσει τῶν θείων γραφῶν Arium eſſe repulſum, quia nemo ad ſacrorum librorum interpretationem admittebatur, niſi clericorum ordini adſcriptus. Quare nihil eſſe video, cur in gratiam Philippi Theodoreti verba torqueam, praeſertim cum Patricius Ararſius in libro Oceano dicto, teſte auctore ſynodici Graeci a Pappo editi (ſynodic. tom. I. Concil, p. 1494; p. 14 ed. Argentorat. 1621, IV.; cf. Cave hiſt. litt. p. 90, Fabric. bibl. Gr. XI, 195 ſq. et Bingham. Origg. ed. Lat. vol. II. p. 57 not. m), Theodoreti ſententiam, qualem quidem nos intelligimus, non oppugnet, ſed confirmet hisque verbis compleat: Πέτρου ἐν Κυρίῳ τελειωθέντος Ἀχιλλᾶς διαδέχεται, καὶ Ἄρειον τῇ αἱρέσει καὶ φυλαρχίᾳ κρατούμενον, καὶ τοῖς Μελετίου τολμήμασιν ἀντιθέως συμπράττοντα, δελεασθεὶς χειροτονεῖ πρεσβύτερον καὶ τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διδασκαλείου προΐστησιν, nec Philippi auctoritas vehementius offendatur. Is enim ſtatim anno CCCXII. Macarium Petro ſucceſſiſſe nec dicit, nec dicere poteſt, quia Macarius demum ſeculo IV. exeunte eſt mortuus. Quare tacite tribuit, aliquamdiu neminem ſcholae noſtrae praefuiſſe. Ne autem omnino neminem per decennium, adeo bis decennium ſcholae praefuiſſe opinemur, impedit ſententia, ex qua Arius per breve tempus ſcholam gubernavit, per breve inquam tempus, ita ut Philippus iſtam haereſiarchae praefecturam penitus praetermittere non dubitaverit. Ab Achilla enim ſcholae praefectus anno CCCXIII., iam anno CCCXVII. in controverſias cum Alexandro epiſcopo incidit Arius, et ab hoc inde tempore munus catecheticum parum videtur curaſſe, usquedum tandem, ſi non

prius, anno CCCXX. de sacerdotali gradu deiiceretur (Theodoret. l. l.). Iam ob turbas Arianas certo schola catechetica aliquamdiu cessavit, ut eo libentius omissi Arii, haeretici potissimum, veniam Philippo daturi simus, quo is Philippi aetate detestabilior apparuerit [76]).

Scholae catecheticae post Petrum praefuit ex sententia Philippi

Macarius [77]),

ὃν πολιτικὸν ἐκάλουν οἱ ἐπιχώριοι.

Commemorantur plures illius aevi Macarii: unus diaconus, Arii sectator, cuius apud neminem gravioris auctoritatis scriptorem, sed apud Nicephorum VIII, 5. p. 539 (tom. I.) mentio fit, quem Philippus, qui de Ario tacet, certe non nominasset; secundus Hierosolymorum episcopus (Euseb. vit. Constantini III, 29. 30.; Sozomen. h. e.

76) Quamquam iste Arius in historia ecclesiae famosissimus est, tamen in serie scholae Alexandrinae praefectorum obscuris viris est annumerandus, quippe de quo ne certo quidem sciamus, utrum scholae praefuerit necne. Huc accedit, quod sua historia est notissima ipsamque hic in quaestionem vocare longius videtur atque alienum a consilio. Quare haec de Ario hactenus. Videsis de ipso innumerabiles patrum locos, ex quibus quae memoratu dignissima sunt tradidit C. W. F. Walchius Historie der Ketzereien, Tom. II. p. 385 sqq. et Schroeckhius l. l. V, 319 sqq. De Arii scriptis (epp. ad Euseb. Nicomed., Alexandrum Alex., Constantinum Imp., libello satisfactionis, canticis, quae ᾄσματα dicuntur, Thalia) cf. Fabricii bibl. Gr. VIII, 309 sqq.

77) Vid. Rufin. vit. patr. c. 29. apud Rosweydum p. 480 sqq.; ej. hist. eccl. II, 4. 8.; Palladii hist. Laus. cap. 20. p. 924; (cf. Pseudo-Heraclidis Paradis. cap. 6. ap. Rosweyd. p. 945 sqq., quae autem scriptio proprie nihil est, nisi antiqua Palladii libri versio, vid. Rosweydi praef. ad vit. patr. p. XXXVIII.); Cassian. de coenobior. institut. V, 41. et Collation. V, 12.; XV, 3.; XXIV. 13.; Philipp. Sid. l. l.; Socrat. h. e. IV, 23. p. 234 sqq.; Sozomen. h. e. III, 14. init.; Cassiodor. hist. tripart. VIII, 7. et Niceph. IX, 14. p. 703 sq., et cf. Belland. Acta sanct. mens. Ianuar. T. I. p. 1005 sq.; Coteler. monum. eccl. Graec. I, 524 sq. al.

I, 17.; Nicephor. VIII, 3. 46), in ſynodo Nicaena praeſens, quem Philippus intelligere non potuit; tertius monachus, exeunte ſeculo IV., quem ſeparatim commemorant Palladius hiſt. Lauſ. cap. 17. p. 918 et Sozomenus VI, 29. p. 681, quemque, quamvis de ſententia Sozomeni aeque ac Politicum presbyterum Cellarum, tamen a Politico diverſum eſſe apparet, quia Sozomenus iam ſupra libro quarto de Politico egerat, et Palladius, qui cap. 17. de hoc monacho (*νέῳ* vocato), capite 20. autem de Politico disſerit, diſerte ambos ſeparavit; quartus Romanus, ſeculi V. ineuntis homo (Gennad. catal. c. 28. cf. Cave hiſt. litt. p. 202). Reſtant duo celeberrimi monachi, alter Aegyptius dictus (Gennad. catal. c. 10.; Rufin. vit. patr. cap. 28. apud Rosweyd. p. 479; Pallad. hiſt. Lauſ. cap. 19.; Socrat. h. e. IV, 23. p. 234. 235; Sozomen. h. e. III, 14. initio; Caſſiodor. hiſtoria tripartita VIII, 7.; Niceph. IX, 14. p. 703. 704), alter Alexandrinus (Pallad. c. 20., Socrat., Sozom. et Niceph. ll. ll.), quem Philippus ſcholae catecheticae praefuiſſe dicit. Macarium enim Alexandrinum revera eundem eſſe, quem Philippus commemorat, perſpicuum fit e nomine *Πολιτικοῦ*, quod Philippus ſuo, itemque reliqui Alexandrino tribuunt (vid. Pallad. h. L. c. 20. p. 925), *ὡς ἀςτῷ*, ut Sozomenus l. l. ait; *ἦν γὰρ τῷ γένει Ἀλεξανδρεύς.* Aegyptius et Alexandrinus fere ab omnibus hiſtoriae eccleſiaſticae auctoribus ſimul tractantur (Rufinus ne cognominibus quidem eos diſtinguit, ſed Aegyptium ſimpliciter Macarium et noſtrum alium Macarium appellat h. e. II, 4. 8.), *ἄμφω δὲ,* Sozomenus l. l. p. 516 ait (cf. Socrat. IV, 23. et Niceph. l. l.), *ὅτι μάλιστα θεσπεσίω ἐγενέσθην, τὴν θείαν πρόγνωσιν καὶ φιλοσοφίαν· καὶ δαίμοσι φοβερώ· πολλῶν δὲ καὶ παραδόξων πραγμάτων καὶ ἰαμάτων δημιουργώ.* Iam vero ambo Macarii dicuntur (Sozom. III, 14. init.) *οἱ ἀοιδιμώτατοι ἡγεμόνες τῆς Σκήτεως καὶ τοῦ τῇδε ὄρους.* Quaeritur igitur, an Macarius Politicus Alexandriae vixerit ibique ſcholae catecheticae praefuerit. Philippus diſerte id dicit, et omnino eſt veriſimile. Etiamſi non iccirco *Πολιτικὸς* nominatus ſit, quod Alexandriae

verſatus fuerit (id quod Dodwellus vult l. l. p. 512), ſed teſte Sozomeno l. l., quia ἦν τὸ γένος Ἀλεξανδρεύς; tamen non ſolum haud dubie primum Alexandriae, urbe patria, vixit, ſed etiam presbyteri munere apud Alexandrinos videtur eſſe functus. Etenim Pſeudo-Heraclides Paradiſ. c. 6. diſerte eum nuncupat presbyterum Alexandrinum (cui non repugnat Palladius l. l. p. 924, de cuius ſententia presbyter fuit Cellarum [78]); non enim Cellis vixerit ſtatim ab initio, quod etiam Palladius ſignificare videtur, dum l. l. ſeſe novem annos Cellis verſatum, tres tantum cum Macario vixiſſe ait, ſed demum Alexandria relicta). Simpliciter presbyterum fuiſſe, teſtantur Sozomenus l. l. p. 516 et Nicephorus IX, 14 p. 703, et ipſum quidem de ſententia Sozomeni χρόνῳ ὕστερον, quam Aegyptium, de ſententia Nicephori vero ἐν ἐλάττονι χρόνῳ. Quam quae videtur diſcordiam in concordiam vocare poſſumus, ſi ponimus, verba χρόνῳ ὕστερον indicare quoad chronologiam ſerius, ἐν ἐλάττονι χρόνῳ autem non adeo aetate provectum. Aegyptius autem Macarius ad presbyteri dignitatem acceſſit quadraginta annos natus (Sozomen. et Niceph. ll. ll.), Politicus igitur ante ſuae aetatis annum quadrageſimum [79]) (neque tamen ante tri-

---

78) Quod Sozomenus VI, 29. Macario illi νέῳ, idem noſtro Politico Cellis accidiſſe Palladius cap. 20. ſine dicit, quod quidem Macarius narraverit, ſeſe Marco cuidam in euchariſtia oblationem non dediſſe, ſed pro ipſo angelum. Uterque Macarius Cellis presbyter fuit, quare ſi accidit, utrique ea res accidere potuit, niſi vero aut Palladium, aut, quod veri eſt ſimilius, Sozomenum Macarios confudiſſe ponere malimus, ex quo quidem ſequeretur; Macarius ὁ νέος Cellis presbyter fuerit necne, id in incerto eſſe derelinquendum.

79) Quod quidem Caveus p. 145 Politicum ait anno aetatis quadrageſimo baptismum ſuscepiſſe, dein factum presbyterum, unde hoc compertum habuerit, neſcio, quia non dicit; neque ullus, quo niti potuerit cum ulla veri ſpecie, mihi patet locus, niſi interpretis Latini Palladii l. l. p. 932. Ille enim de Macario interpretatus eſt, quod diſertiſſime ad Marcum retulit ipſe Palladius, qui

gesimum, ante quem nemo illo tempore ad presbyterium pervenire solebat), Aegyptius quo anno Christi nescimus, sine dubio circiter a. CCCXXX., Politicus post hunc quemcunque annum. Iam vero sub Athanasii episcopatu presbyter Alexandriae obviam nobis fit Macarius (Socrat. I, 24. p. 63 sqq.; Sozomen. II, 22. p. 476 et Niceph. VIII, 28. p. 647) et quidem anno Constantini Magni tricesimo, quo synodus Tyri habita est (Phot. cod. 258. p. 1432); et hunc quidem ne eundem habeamus, quem Politicum, ipsum vero tunc temporis ita nondum nominatum, quia, quamdiu presbyter fuerit Alexandriae, ipse et Aegyptius confundi facile non potuerint, nihil nos prohibet. Si autem noster presbyter fuit Alexandriae, scholae etiam catecheticae praeesse potuit, cum praesertim omnino valuerit. Fuit enim, ut Sozomenus l. l. ait, θεσπέσιος τὴν θείαν πρόγνωσιν καὶ τὴν φιλοσοφίαν, et cum Aegyptius (Socrat. IV, 23. l. l.) ἦν πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας αὐστηρὸς, noster κατὰ πάντα παραπλήσιος ὢν τῷ Αἰγυπτίῳ, ἐν τούτῳ διήλλασσεν, ὅτι πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἱλαρός τε ἦν καὶ τῷ χαριεντίζεσθαι τοὺς νέους ἦγεν πρὸς ἄσκησιν. Itaque a scholae praefecti virtutibus non alienus, inter a. CCCXXX et CCCXL videtur nostrae praefuisse (quae sententia praeterea eo adiuvatur, quod alioqui isto tempore schola prorsus sine praefecto fuisset). Diutius enim vix catechetico muneri satisfecit, qui (Sozomen. l. l. p. 516 cf. Pallad. l. l.) παντοδαπῆς σχέδον ἀσκήσεως ἐπειράσθη· τὰ μὲν αὐτὸς περινοῶν· ἃ δὲ παρ' ἄλλεις ἤκουσεν, ἐκ παντὸς τρόπου κατορθῶν, monasticis studiis

---

haec habet: Ἐλέγετο δὲ περὶ τούτου τοῦ ἁγίου Μάρκου, ὅτι ἀφ' οὗ ἐβαπτίσθη, οὐκ ἔπτυσεν χαμαί· ἑξηκοστὸν ἔτος ἔχων, ἀφ' οὗ ἐβαπτίσθη· τεσσαράκοντα γὰρ ἐτῶν ἐτύγχανεν, ἅτε ἐβαπτίσθη ὁ γνήσιος τοῦ Χριστοῦ δοῦλος καὶ ἀθάνατος Μάρκος. Interpres nomen nihil reddidit; quare, qui sola versione nititur, eum, qui proxime antecessit, i. e. Macarium, intelligat necesse est. Atque in istum errorem non Caveus solus, sed ipse Fabricius in bibl. eccl. ad marginem huius loci Palladii delapsus est.

adeo deditus, ὡς ὑπὸ τοῦ ἄγαν κατεσκληκέναι μὴ φύειν τοῦ γενείου τὰς τρίχας. Potius ubi primum ſibi licuerit, catechetico munere ſeſe abdicaverit totumque tanquam Cellarum presbyter vitae contemplativae ſeſe dederit (cf. Hilſcher. l. l. §. 10. et Ditelmaier. l. l.). Tamen vix ante annum CCCXL hoc factum ſit, quoniam primus, teſte Caſſiano Collat. XV, 3, qui in diſertis locis Scetiois vitae ſuae tabernaculum collocavit, fuit Macarius Aegyptius circiter a. CCCXXX.

Quae cum ita ſint, Philippi ſententia de Macario Politico ſcholae catecheticae praefecto recta omnino eſſe poteſt; nec tamen, quae ſumſi, adeo mihi ſeſe commendarunt, quin, ſi quis oſtenderet, Philippum non Politicum intellexiſſe, ſed alium quemquam Alexandrinum Macarium, haud invitus largirer. Sed de Macario ſat. De univerſa Politici Macarii vita aſcetica, et de ſingulis eius factis dictisque, ſicuti de intima ipſius cum Aegyptio familiaritate vide imprimis Palladium l. l., nec non Rufinum l. l. Mortuus eſt de ſententia Cavei centenarius, certo ſub finem ſeculi IV. Scripſit regulam monaſticam (in Holſten. Cod. regular. P. I. p. 43 ſqq. ed. Rom.) et ſermonem de exitu ſtatuque animarum poſt mortem (vid. Cave l. l.); cetera, quae Macarii nomine apud nos circumferuntur, ſcripta quonam a Macario confecta ſint, non ſatis conſtat. Certe noſter auctor non eſt, veriſimillime Aegyptius. Vid Cave hiſt. litt. p. 148; Schroeckh K. G. VIII, 315. 337.

Iam vero antequam ad Didymum convertimur, Hoſpinianus eſt fugandus. Dicere enim is ſuſtinet de templ. III, 5. p. 352. b. (apud Binghamum II, 57), hoc ab Origene ordine catechetas ſucceſſiſſe: Heraclam, Dionyſium, Athenodorum, Malchionem, Didymum, Athanaſium; ſed poſt Didymum (mortuum a. CCCXCV.) Athanaſius (mortuus CCCLXXIII.) ſcholam regere non potuit, imo, ſi rexit, veriſimillime ante a. CCCXXVI, quoad epiſcopatum acceſſit; ſed ipſum nunquam ſcholae praefuiſſe cenſere nos oportet, quia nemo patrum Athanaſii praefecturam laudat.

Didymus[80]).

Didymus (noster probe quidem separandus ab eiusdem aevi monacho Didymo, quem, quamvis nonaginta vixisset annos, tamen ad extremum usque diem nulli cohabitasse homini dicunt Socrates IV, 23. p. 233, Nicephorus XI, 37 alii) sine dubitatione scholae catecheticae praefuit. Quamquam, ubi de Didymo disserunt Hieronymus catal. c. 109., Palladius hist. Laus. cap. 4. p. 904 sq., Socrates IV, 25 et Theodoretus h. e. IV, 26, hoc ipsi munus haud tribuunt diserte, tamen hi omnes Alexandriae cum summa ipsum doctrinae laude floruisse dicunt, nec quisquam alii ipsum muneri ecclesiastico vacasse ait, unde concludere licet, ad certum tale munus Didymum non incubuisse, sed scholae catecheticae sese devovisse, quod etiam Socrates IV, 23. p. 237 significat, dum Didymum τὸν μέγαν καὶ γνωστικὸν διδάσκαλον nuncupat. Huc accedit, quod plures catecheticae scholae praefectum diserte nostrum appellant. Primum enim Rufinus h. e. II, 7: „In tantam," ait, (Didymus) „divinarum humanarumque rerum eruditionem ac scientiam venit, ut scholae ecclesiasticae doctor existeret;" dein a Philippo Sidete Macarii in schola catechetica successor Didymus appellatur; tum Sozomeno III, 15 vocatur προϊστάμενος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοῦ ἱεροῦ διδασκαλείου τῶν ἱερῶν μαθημάτων, qualia Nicephorus IX, 17 testimonia retractat.

Iam vero quaeritur, quo anno Didymus illud suum

---

80) Vid. Hieronymi catal. c. 109, al. loc. v. c. epist. 100 (33) ad Castrutium Opp. tom. IV. P. II. p. 801 sq.; Rufini h. e. II, 7.; Palladii hist. Laus. cap. 4. p. 904 sq. (cf. Pseudo-Heraclidis Paradis. cap. I. apud Rosweydum p. 938); Socratis h. e. IV, 23. p. 237 et praecipue IV, 25; Sozomen. h. e. III, 15. p. 523; Theodoret. h. e. IV, 26; Cassiodor. hist. trip. VIII, 8. et de instit. divin. script. c. 5. p. 316.; Photii bibl. cod. 279. p. 1580; Niceph. IX, 17. init.; X, 35.; XI, 42., et cf. Basnagii animadverss. in Didymum eiusque opera in Canisii lectt. antiq. I, 197 sqq. et Ferd. Mingarelli Veterum testimonia de Didymo, quibus tres libri de trinitate nuper detecti eidem asseruntur, Romae 1764.

munus fuerit auſpicatus. Quod quamquam certo definiri nequit, tamen veriſimillimum poteſt indagari. Mortuus eſt natus annos LXXXV teſte Palladio l. l. Hieronymus autem catal. c. 109: „Vivit,“ ait „usque hodie et octogeſimum tertium aetatis exceſſit annum.“ Scripſit autem is anno CCCXCII (id quod ex eo perſpicuum ſit, quod in catalogi praefatione, quae eſt ad Dextrum, apud Fabricium p. 13, haec habet: „Hortaris, Dexter, ut... eccleſiaſticos ſcriptores in ordinem digeram..., ut a paſſione Chriſti usque ad decimum quartum Theodoſii Imperatoris annum“ (i. e. a. CCCXCII, quia Theodoſius a. CCCLXXIX ad imperium acceſſit) „omnes, qui de ſcripturis ſanctis memoriae aliquid prodiderunt, tibi breviter exponam“); ergo natus eſt Didymus a. Chr. CCCIX, mortuus a. CCCXCV. Vir autem tam doctus atque laborioſus (qualis infra apparebit), nullo alio munere eccleſiaſtico distractus ad tantumque ſenectutis Alexandriae (nam alia Didymi ſedes nusquam commemoratur) provectus, quin (ad mortem usque) per quinquaginta annos docendo profuerit, vix eſt quod dubitemus, praeſertim cum omnes hiſtoriae eccleſiaſticae ſcriptores ubi de rebus ſeculo IV medio geſtis diſſerunt, Didymi hiſtoriam iniecerint (Rufinus l. l. nihil dicit, niſi ſub Athanaſii epiſcopatu Didymum ſcholae praefectum fuiſſe), Socrates l. l. ſeparatim iam diu (ut Valeſius vertit) ante Valentis tempora (*πρότερον κατὰ τὸν Οὐάλεντος χρόνον*) ipſum floruiſſe dixerit, et Ferd. Mingarellius (l. in annot. l.) ipſum ab a. CCCXXXV ad CCCXCV per ſexaginta annos ſcholae praefuiſſe demonſtraverit (vid. Schroeckh. K. G. VII, 86).

Omnes uno ore a pueritia Didymum caecum (unde cognomen Caeci) fuiſſe dicunt: Hieronymus catal l. l. („captus a parva aetate oculis“), idem in Chronico ad a. Chr. 376. (ed. Baſil. 1629. p. 87. C) („poſt quintum nativitatis ſuae annum luminibus orbatus“), Palladius l. l. (*οὗτος ἀπ' ὀμμάτων ὑπῆρχεν, ὡς αὐτός μοι διηγήσατο, τετραέτης τὰς ὄψεις ἀποβαλών*), Rufinus l. l. („in parva aetate luminibus orbatus“), Socrates l. l. (*κομιδῇ νέος τὸ ὁρατικὸν ἀπέβαλεν*), Sozomenus l. l. (*νέος γὰρ ἔτι τυφλὸς ἐγένετο*) et Theodoretus l. l. (*παιδόθεν τῆς ὀπτικῆς ἐστε-*

ρημένος) (cf. Caſſiodor. h. trip. VIII, 8: „parvus adhuc oculorum perdidit viſum“ et Niceph. l. l.: νήπιος πάμπαν τυφλὸς γενόμενος); in eo autem diſſentiunt, primum quod Hieronymus quinto, Palladius quarto aetatis anno iſtam calamitatem dederint, ubi autem ſine dubio Palladius fide dignior eſt, qui adiecit: ὥς αὐτός μοι διηγήσατο; dein quod caecum illum factum eſſe Socrates l. l. dicit τὰ πρῶτα τῶν γραμμάτων στοχεῖα μαθόντα, Hieronymus contra ll. ll. „elementorum quoque ignarum,“ cui adſtipulantur Rufinus l. l. („cum adhuc etiam prima litterarum ignoraret elementa“) et Palladius l. l. (μήτε γραμμάτων μεμαθηκώς, μήτε παρὰ διδασκάλοις φοιτήσας). Horum auctoritate graviore, quam Socratis, niſus, eo ipſo tempore, quo ſive parentes ſive cognati ad litteras ut accederet voluerint, viſu ipſum eſſe privatum putarim, haud inconvenienter ſententiae Sozomeni l. l. (ἐν τῇ πρώτῃ πείρᾳ τῆς μαθήσεως τῶν στοιχείων), Caſſiodori l. l. („cum … prima litterarum elementa doceretur“) et Nicephori l. l. (εἰς πεῖραν μόνην τῶν στοιχείων ἐλθεῖν).

Quamquam caecus, tamen ingentem divinae humanaeque doctrinae copiam ſibi comparavit (Rufinus l. l.), „miraculum omnibus“ (Hieron. catal. l. l.; cf. ej. ep. 100. ad Caſtrutium Opp. IV, II, 802). Egregia indole et eximio ingenio praeditus, aequales, qui oculorum acie pollebant, longe ſuperavit (Socrat. l. l.); fertur enim (Sozomen. l. l.) litterarum formas in tabula altius inciſas digitis ſolum pertractando didiciſſe, ſyllabas item et nomina, ac reliqua deinceps ſola mentis comprehenſione et aſſidua auditione percepiſſe. „Miſcebat,“ Rufinus l. l. ait, „precibus ſtudia ad laborem et iuges continuatasque vigilias non ad legendum, ſed ad audiendum adhibebat, ut quod aliis viſus, hoc illi conferret auditus. Cum vero poſt lucubrationis laborem ſomnus, ut fieri ſolet, legentibus advenifſet, Didymus ſilentium illud non ad quietem vel otium datum ducens, tanquam mundum animal ruminans cibum, quem ceperat, ex integro revocabat, et ea, quae dudum percurrentibus aliis ex librorum lectione cognoverat, memoria et animo retexe-

bat, ut non tam audiisse, quae lecta fuerant, quam descripsisse ea mentis suae paginis videretur." Ita factum est, ut non solum vetus novumque testamentum ad verbum (κατὰ λέξιν, ut Palladius ait) interpretaretur (cf. Socrat. l. l.), τῶν δὲ δογμάτων (Pallad. l. l., cf. Hieronym. epist. 32. ad Domnionem Opp. T. IV. P. II. p. 245) οὕτως ἐπεμελήθη, λεπτῶς καὶ πάνυ ἰσχυρῶς ἐκθέμενος τὸν περὶ αὐτῶν λόγον, ὡς πάντας ὑπερβεβηκέναι τοὺς ἀρχαίους ἐν γνώσει; sed etiam dialecticam, grammaticam, rhetoricam, artem poëticam, arithmeticam, geometriam, astronomiam et musicam eximie calleret (Hieron., Rufin., Socrat., Sozom., Theodoret., Cassiodor. ll. ll.), summo igitur iure Socrati ἀνὴρ θαυμάσιος, καὶ ἐλλόγιμος, πάσῃ διαπρέψας παιδεύσει. Enimvero non doctrinae sola laude Didymus celebratur, sed quoque pietatis (vid. Theodoret. l. l.: ἐν μὲν οὖν ἀσκηταῖς καὶ τῆς ἀρετῆς φροντισταῖς οὗτοι — Didymus et Ephraemus Syrus — κατ' ἐκεῖνον διέλαμπον τὸν καιρόν. Cf. Niceph. XI, 42), eiusque tantae, ut teste Palladio l. l. (cf. Niceph. X, 35) mors Iuliani apostatae ipsi sit divinitus revelata, et iam diu ante Valentem Imperatorem (Socrat. l. l.) Antonius ille monachus et asceta celeberrimus ipsum viserit (Rufin. l. l., Pallad. l. l., Socrat., Sozom., Cassiodor., Niceph. ll. ll.) et haec ad ipsum verba fecerit (vid. Rufin. l. l., cf. Socrat. et Sozom. ll. ll. et Cassiodor. de instit. div. script. c. 5): „Nihil te offendat, o Didyme, quod carnalibus oculis videris orbatus. Desunt enim tibi oculi illi, quos mures et muscae et lacertae habent; sed laetare, quia habes oculos, quos angeli habent, quibus Deus videtur, per quos tibi magnum scientiae lumen accenditur." Quibus ex rebus intelligitur, quae Didymi et scholae ipsius fuerit gloria; Sozomenus l. l.: Πολλοί, ait, κατὰ κλέος τοῦ ἀνδρὸς εἰς Ἀλεξάνδρειαν παρεγένοντο, οἱ μὲν αὐτοῦ ἀκουσόμενοι, οἱ δὲ ἱστορήσαντες μόνον (ut ipsum viserent). Inter discipulos celebritate nominis inclytos habuit Hieronymum (Rufin. adv. Hieron. II. in Hieron. Opp. IV, II. p. 422; Hieron. praef. ad ep. ad Ephes. Opp. IV, I. p. 320; epist. 41. ad Pammach. Opp. IV, II. p. 342),

Rufinum (Rufin. l. l.), Palladium (Pallad. l. l.), Ambrosium Alexandrinum (Hieron. catal. c. 126), Evagrium, Isidorum, alios (Cf. Michaelis exerc. l. l. §. 10. p. 239). Contra Arianos fortiter pugnavit (cf. Hieron. adv. Ruf. II. Opp. IV, II, 407: „Didymus in trinitate catholicus est;" ibid. III. Opp. l. l. p. 493: „In Didymo praedicamus super trinitate fidei puritatem;" Socrat. l. l.: Τότε δὲ μέγιστος συνήγορος τῆς οἰκείας πίστεως ἐφαίνετο Δίδυμος, πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς ἀπαντῶν, καὶ σοφίσματα ἀναλύων αὐτῶν, καὶ τοὺς κιβδήλους καὶ δολεροὺς αὐτῶν λόγους ἐξελέγχων, et cap. 26: Δίδυμον μὴν τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀρειανίζουσιν ἡ τοῦ θεοῦ ἀντέταξε πρόνοια; Sozom. et Niceph. ll. ll.); nec tamen ipse Origenianae haereseos suspicionem effugere potuit (cf. Hieron. adv. Ruf. lib. II. Opp. T. IV. P. II. p. 409 et lib. III. p. 463), ita ut primum a synodo quinta oecumenica (cf. Tharasii episc. Constant. confess. fidei, quae habetur in septima synodo actione 3; Niceph. XVII, 27; Basnag. in Canis. lectt. antiqu. I, 198) et denuo a Martino Papa Martyre in concilio Lateranensi secretario V. can. 18 diu post mortem haereticus sit damnatus.

Quae Didymus scripserit, vide apud Hieronymum catal. l. l. (cf. ej. Opp. T. IV. P. I. p. 221. 312; T. IV. P. II. p. 243. 373. 433. 464. 465. 619. 627 cet.), Socratem et Cassiodorum ll. ll., Photium cod. 279 et Nicephorum l. l., et cf. Caveum p. 144, Fabricium bibl. Gr. VIII, 352 sqq. et Schroeckhium VII, 77 sqq. Deperditi sunt commentarii (Hieronymus Chron. l. l.: „Didymus," ait, „multa de nostro dogmate per notarios commentatur") in plerosque codicis sacri libros, in libros Origenis περὶ ἀρχῶν, de dogmatibus et contra Arianos libri II, alii; supersunt: Liber de spiritu sancto, interprete Hieronymo (cf. Hieron. catal. c. 135, adv. Ruf. II. Opp. T. IV. P. II. p. 407 [81])), breves quaedam enarrationes

81) Exstat in Hieron. Opp. ed. Martianaei Tom IV. P. I. p. 494 sqq. (Prodiit separatim primum Coloniae 1531, dein Ioanne a Fuchtio curante Helmstadii 1614).

iones in epistolas canonicas (Iacobi, Iudae, 1. 2 Petri, 2. 3 Iohannis) ex interpretatione Lat.[84]), liber adver- Manichaeos[85]) et libri III de trinitate (a Socrate l. l. mmemorati), quos Aloys Mingarellius ante sexaginta fere annos invenit, et Ferd. Mingarellius Didymo idicavit in libro, qui inscribitur: Veterum testimonia Didymo Alexandrino Caeco cet., Romae 1764, IV.

Ultimus e serie scholae catecheticae praefectorum, os Philippus Sidetes memoriae tradidit, est

Rhodo[84]),

ius Philippi praeceptor. Etsi hunc Rhodonem praeter ilippum, quantum equidem scio, nemo diserte commorat (nisi fortasse is est, quem Theodoretus, dum ularum de antiquis haeresibus auctores recenset, in er. fab. prooemio p. 282 nominat tantum hoc ordi- : ... καὶ Κλήμεντος, καὶ Ὠριγένους, καὶ Εὐσεβίου, τοῦ Παλαιστινοῦ, καὶ τοῦ Φοίνικος, καὶ Ἀδαμαντίου, καὶ δωνός, καὶ Τίτου, καὶ Διοδώρου, καὶ Γεωργίου cet., amquam haud scio an chronologiae convenientius idem er. fab. I, 25 eundem Marcionitarum oppugnatorem minet statim post Origenem ante Hippolytum et Emium Eusebium), iam Philippi auctoritas hic mihi suft. Discipulo enim (leguntur autem in Philippi fragnto p. 488 haecce: Τούτῳ Ῥόδωνι λέγει μαθητεῦσαι ὁ ιπος, ᾧτινι καὶ πλεῖστα μαρτυρεῖ περὶ εἰδήσεως λόγων, τε καθ' ἡμᾶς καὶ τῶν ἔξωθεν) magistri historiam enarti si ulli, fides est habenda. Praeterea facile intellie videmur, cur ceteri historiae ecclesiasticae auctores Rhodone taceant, quippe qui tum nemini, nisi disci-

82) Enarrationes istae, quas Latine vertendas curavit Cassiodorus ab Epiphanio Scholastico, ut ipse narrat de instit. div. scr. cap. 8., inveniuntur in Biblioth. patr. max. Lugd. (1677) Tom. IV. p. 319 sqq.

83) In Combefisii auctar. Graeco P.P. P.II. p.21 et apud Basnagium animadverss. in Did. eiusque opp. in Canisii lectt. antiqu. vol. I. p. 204 sqq.

84) Vid. Philipp. Sid. l. l.

pulo, qui celebrraretur, dignus apparuerit, tum diu apud Alexandrinos non degerit. Ait enim Philippus: *Μετὰ Δίδυμον Ῥόδων· ὅς καὶ μετήγαγε κατὰ Φίλιππον τὴν διατριβὴν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει τῇ Σίδῃ, κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου.* Schola autem Sidae condita nunquam ad celebritatem aliquam pervenit, nedum is, qui prima ipfius fundamenta pofuit, apparuerit vir illuftris. Ex Philippi verbis excitatis praeterea fit perfpicuum, quonam tempore Rhodo Alexandriae fuerit, fcilicet inter a. CCCLXXXIX (quo ad Augufti dignitatem acceffit Theodofius) et a. CCCXCV (quo mortuus eft). Videtur autem non diu uno cum Didymo fcholae praefuiffe, quia fi Alexandrino mori affueviffet, hanc urbem vix reliquiffet. Quoquo autem anno catechetae munus aufpicatus eft, certo ante Didymi mortem Siden non transiit, quia alioqui Didymi fucceffor Philippo iniuria effet nuncupatus, neque tamen poft a. CCCXCV, quia alioqui fub Theodofio non transiiffet, itaque ipfo a. CCCXCV.

Hic feriem fcholae noftrae praefectorum concludere cogimur; quae de interitu ipfius fint verifimilia, capite quarto exponere conabimur. Hoc loco infuper feriem illam brevi in confpectu ponere licuerit; qua in tabula ubi certos annos tradere non licuit, ibi numeros verifimillimos et rotundos afterifco (*) fignavimus.

Singuli catechetae scholae praefuere		Nomina eorum, quorum schola cat. praefectura est				
inde ab anno	usque ad annum	certa.	verisimilis.	dubia quidem, neque tamen improbabilis.	probabiliter falsa.	certo falsa.
160.*	181.*	— — —	— — —	Athenagoras.		
181.*	211.*	Pantaenus.	— — —	— — —		
190.*	213.*	Clemens.	— — —	— — —		
						Ammonius.
203.	232.	Origenes.	— — —	— — —		
213.*	233.	Heraclas.	— — —	— — —		
233.	265.*	Dionysius.	— — —	— — —		Ath. Malchio.
					Maximus.	
265.*	282.*	— — —	Pierius.	— — —		
				Achillas.		
282.*	290.*	— — —	Theognostus.	— — —		
290.*	295.*	— — —	— — —	Serapio.		
295.*	312.*	— — —	Petrus Martyr.	— — —		
					Achillas.	
313.	320.*	— — —	Arius.	— — —		
330.*	340.*	— — —	— — —	Macarius Politicus		
					Athanasius.	
340.*	395.	Didymus.	— — —	— — —		
390.*	305.	— — —	Rhodo.	— — —		

miam, quaeritur, schola, in qua hi tales viri docuerint, qualis fuerit.

CAPUT TERTIUM,

DE SCHOLAE CATECHETICAE FINIBUS ET CONSTITUTIONE [85]).

Si de scholae catecheticae finibus et constitutior disserere volumus, nostrum est, ex eis, quae de singul ipsius praefectis relata habemus, ea eligere, quibus un versalis illius, qualis fuerit, postquam ex inferioribu scholis profecta erat et firme per se stare coeperat, imag depingatur. Quaerimus primum, qui fuerint fine quae indoles et ratio scholae nostrae.

Eximiis, id quod ex superioribus constat, plurir nostrae praefecti a patribus celebrantur doctrinae laudi bus. Verum etiamsi historiarum auctores ecclesiastici rum nostrorum partes praeconium non egissent, tame catecheticae scholae praefecti praedicatoribus doctrini non carerent; loquuntur enim ipsorum scripta, quae su persunt. Praeterea si deperditorum operum memoria revocamus, profecto non possumus, quin scholae, cuiu paucis exceptis, omnes, quorum quidem ad nos nomi pervenere, doctores doctrinae laude coronati sunt, fl rem gratulemur. Atque illa doctrinae copia non fortu to ad nostram scholam confluxit (quam in sententia quispiam forsan interpretari possit verba Eusebii h. e. V, ἐξ ἀρχαίου ἔθους διδασκαλείου τῶν ἱερῶν λόγων παρ' αὐτο συνεστῶτος· ὃ καὶ εἰς ἡμᾶς παρατείνεται· καὶ πρὸς τῶν λόγῳ καὶ τῇ περὶ τὰ θεῖα σπουδῇ δυνατῶν συγκροτεῖσθ παρειλήφαμεν), sed nemo ei praeficiebatur, nisi doctri excellens, id quod Rufinus, ubi de Didymo agit, h. II, 7 his exprimit verbis: „In tantam divinarum huma narumque rerum eruditionem ac scientiam venit,

85) Quoniam capita commentatiunculae nostrae tertium quartum proprie nihil sunt, nisi, quae dicitur, concl sio ex propositionibus, quae capite primo et maxime s cundo continentur: non est, quod porro ipsorum fo tium locos excitemus ubique, sed nostro iure ad sup riora videmur delegare.

ſcholae eccleſiaſticae doctor exiſteret." Quae cum ita ſint, per ſe intelligitur, qualis noſtra ſchola fuerit, ſcilicet non ea, quae religionis chriſtianae prima elementa traderet, cuius doctores doctrina excellere neque utique debent neque ſolent, ſed potius ea, quae eorum, qui accuratius in ſacras litteras inquirere vellent, curaret utilitatem, et maxime quae adoleſcentes ingenioſos ſolertesque magiſtrorum provinciis chriſtianorum ſuſcipiendis efficeret aptos. Id quod nomina τῆς τῶν πιστῶν διατριβῆς, τοῦ διδασκαλείου τῶν ἱερῶν λόγων, eccleſiaſticae ſcholae, χριστιανικῆς διατριβῆς, τοῦ ἱεροῦ διδασκαλείου τῶν ἱερῶν μαθημάτων, alia (vide cap. I. init.), luculenter comprobant. Quem ad finem in ſchola catechetica primum univerſa theologia erat exponenda, deinde vero etiam litteratura humana minime negligenda[86]). Rationem catechetarum doctrinae fuſius parte altera exponemus; hic nihil niſi revera utrumque doctrinae ac docendi genus in catechetis cerni, paucis demonſtrabimus.

Sub theologia non comprehendo rudimenta religionis chriſtianae, quibus, ſi quis ad ſcholam catecheticam accederet, ut iam antea eſſet imbutus, ſcholae praefectis poſcere licuerit. Neque tamen prima religionis chriſtianae elementa illuſtrare catechetis vetitum videtur fuiſſe; id quod Origenis exemplum confirmat, qui multas τῇ θείᾳ διδασκαλίᾳ adduxit (Euſeb. h. e. VI, 3), cuius diſcipulis ab Euſebio h. e. VI, 4 etiam κατηχούμενοι et νεοφώτιστοι annumerantur, quique (Euſeb. h. e. VI, 15) τὴν πρώτην τῶν ἄρτι στοιχειουμένων εἰσαγωγὴν (primum ipſe curavit dein) Heraclae demandavit. Verum primarium catechetis (quorum ſcilicet ipſorum eccleſiaſtica munera, presbyterium et epiſcopatum, omitto) munus erat ex ipſorum doctrinae copia promendi et communicandi, quaecunque ad libros ſacros theologicasque litteras accuratius perſpiciendum atque intelligendum conferrent. In hanc ſententiam conveniunt, quae de ſcholae catecheticae praefectis enarrantur. Pantaenus (Hieronymo teſte

86) Cf. Michaëlis l. l. §. 8. et Hilſcher. §. 7.

„egregiae eruditionis in ſcripturis divinis“) dicitur (Euſeb. h. e. V, 10) *ζώσῃ φωνῇ* (et teſte Hieronymo catal. c. 36. magis viva voce, quam ſcriptis) *τοὺς τῶν θείων δογμάτων θησαυροὺς ὑπομνηματίσασθαι*, Clemens (Euſeb. V, 11) *ταῖς θείαις γραφαῖς συνασκούμενος*; Origenes (Euſeb. VI, 8 p. 401, cf. VI, 15) *τὸ τῆς θείας διδασκαλίας ἔργον εἰς ἅπαντας ἀφυλάκτως τοὺς προσιόντας νύκτωρ καὶ μεθημέραν ἐπετέλει· τοῖς θείοις ἀόκνως μαθήμασι, καὶ τοῖς ὡς αὐτὸν φοιτῶσι τὴν πᾶσαν ἀνατιθεὶς σχολήν*; Heraclas fuit (Euſeb. VI, 15) *ἐν τοῖς θείοις σπουδαῖος*. Dionyſius fortiter cum ſchiſmaticis haereticisque hominibus conflixit, Pierius alter Origenes, Theognoſtus dicitur Exegeta, Petrus (Euſeb. IX, 6) *θεῖον ἐπισκόπων χρῆμα... τῆς τῶν ἱερῶν λόγων συνασκήσεως ἕνεκα*, Didymus vetus novumque T. ad verbum interpretatus (Socrat. IV, 25; Pallad. c. 4.) in dogmatis ſubtiliter et ſtrenue exponendis omnes veteres ſuperavit (Pallad. l. l.). Hoc catechetarum theologiae illuſtrandae ſtudium maxime etiam cernitur ipſorum ſcriptis. Criticum Origenes [87]) ſeſe probavit atque Pierius, ille hexaplis et forſan illo opere, quod ad N. T. ſpectavit, hic eo, quod Origenis emendationem ſingulariter adiuvit; de theologia exegetica meritos ſeſe praebuere opera ad verſiones codicis ſacri collata Origenes per hexapla, commentariis, partim ſuperſtitibus, partim deperditis, Pantaenus, Origenes, Dionyſius, Pierius et Didymus, praeterea epiſtola ad Africanum Origenes, adumbrationibus et enarrationibus in epiſtolas canonicas Clemens et Didymus, et libris de promiſſionibus Dionyſius; de theologia dogmatica (Athenagoras libris de reſurrectione) Pantaenus (qui etiam *διὰ συγγραμμάτων* divinorum dogmatum theſauros expoſuit), Clemens Hypotypoſibus, Stromatis, aliis libris, Origenes

---

87) Quamquam neque Origenes, neque ceteri omnia (etſi putaverim plurima) tanquam ſcholae cat. praefecti ſcripſerint, tamen non ſingula, ſed omnia demum univerſaque ipſorum ſcripta demonſtrant, quid ſcholae praefecti in ipſa et praeſtare potuerint et vere praeſtiterint.

praecipue libris de principiis, Theognostus Hypotyposibus, Arius (quodammodo), Didymus libris de trinitate et de spiritu sancto; de apologetica (Athenagoras legatione pro Christianis) Clemens adhortatione ad gentes, Origenes libris contra Celsum; de polemica Clemens Stromatis (Pseudo-Origenes adversus Marcionitas), Dionysius epistolis adversus Novatum, libris adversus Nepotem, Sabellium (Paulum Samos.), Didymus libris de trinitate, de spiritu sancto (adversus Macedonium) et adversus Manichaeos; de theologia morali Clemens Paedagogo, Origenes homiliis, libro de oratione, de martyrio, aliis; denique Dionysius, Pierius, Petrus (Macarius) et Didymus varia praeterea theologice scripserunt, quae omnia repetere longum est. De historia ecclesiastica singulares quidem libros nostri non scripserunt, sed universae illius aevi theologiae praecipuum fundamentum erat historia, id quod etiam nostrorum scriptis confirmatur. Theologia autem catechetarum, saltem plerorumque, certo non solum fuit, quam dicunt, theoretica, sed etiam, qualis vera theologia esse debet, ascetica. Talis erat haud dubie Pantaeni, olim profecti ad doctrinam christianam propagandam, nec non, ut videtur, Clementis, quippe qui in Pantaeno sese acquievisse dixerit. Origenes hac de re dubitationi nulli obnoxius est, qui iam a pueritia martyrium desideravit. Et si Eusebius VI, 3 enarrat, gentiles Alexandrinos tanto in Origenem incensos fuisse furore, ut militibus domum ipsius cinxissent διὰ τὸ πλῆθος τῶν τὰ τῆς ἱερᾶς πίστεως κατηχουμένων παρ' αὐτῷ, iis quoque verbis indicasse videtur, Origenem non theoreticam solam theologiam exposuisse, quo facto neque plebem gentilem adeo exacerbasset, neque tantam audientium multitudinem attraxisset, sed potius religionis christianae veritatem et docendo cum aestu quodam divino demonstrasse et fortiter agendo confirmavisse. Hac tali doctrina allectae etiam mulieres Origeni auscultarunt (teste Eusebio h. e. VI, 8: μὴ ἀνδράσι μόνον, καὶ γυναιξὶ δὲ τὰ θεῖα προσομιλεῖν [88])) atque concitati gen-

88) Quo minus arbitremur, verisimile vix esse, Origenem,

tiles complures, οἱ καὶ αὐτοὶ (Euſeb. VI, 3. p. 394) γνησίως ἐν βάθει ψυχῆς τὴν εἰς τὸν θεῖον λόγον πίστιν δι' αὐτοῦ παραδεχόμενοι, martyrium lubenter ſubierunt (cf. Euſeb. VI, 4). Pariter Petrus Martyr fuit (Euſeb. VIII, 13. p. 590) θεῖόν τι χρῆμα διδασκάλων τῆς ἐν Χριστῷ θεοσεβείας, (Macarius vita aſcetica excelluit) et Didymus a Theodoreto h. e. IV, 26. ἀσκηταῖς καὶ τῆς ἀρετῆς φροντισταῖς annumeratur.

Sed ut proſpere ſchola catechetica ſuccederet, doctores non theologiae ſolum, ſed etiam humanarum gnaros litterarum ſeſe praeberent neceſſe fuit[89]. Et ſeſe praebuere: (Athenagoras, ἀκαδημαϊκῆς σχολῆς προϊστάμενος, doctrinae humanae ſpecimina egregia in apologetico nobis reliquit); Pantaenus teſte Origene apud Euſebium VI, 19 οὐκ ὀλίγην ἐν ἐκείνοις παρασκευὴν habuit, et ſecundum Hieronymum catal. c. 36 egregiae eruditionis tam in ſcripturis divinis, quam in ſaeculari litteratura fuit. Quanta doctrina externa floruerit Clemens, ſcripta ipſius loquuntur, ut dubium ſit, num quis doctorum chriſtianorum illius aevi paria cum ipſo facere poſſit. Hinc Hieronymus epiſt. 83. ad Magnum (Opp. T. IV. P. II. p. 656): „Quid in illis"

---

duplici munere non obſtrictum, et adoleſcentibus theologiae ſtudioſis et mulieribus docendo vacaſſe, prohibent complura tum ex praeterito tum ex praeſenti tempore, veluti quod S. V. De Wettius noſtris hominibus Baſileae proponit, repetenda exempla.

89) Abstinemus ſcilicet a praedicandis ſcholae catecheticae praefectis tanquam medicis. Etſi Baronius (Annal. eccleſ. Tom. II. p. 405) et diſertius Hoornbeckius (miſcell. ſacr. T. II. p. 565) medicinae ſtudium in ſchola catechetica floruiſſe affirmant, tamen locus illorum primarius Gregorii Nyſſeni (de vita Gregorii Th. Opp. III, 540.), ubi de Gregorio Thaumaturgo ait: οὔσης αὐτῷ τῆς διαγωγῆς ἐν Αἰγύπτῳ παρὰ τὴν μεγάλην τοῦ Ἀλεξάνδρου πόλιν, εἰς ἣν καὶ ἡ πανταχόθεν συνέῤῥει νεότης τῶν παρὰ φιλοσοφίαν καὶ ἰατρικὴν ἐσπουδακότων κ. τ. λ., non ſeparatim ad ſcholam catecheticam, ſed univerſe ad urbem Alexandriam, ubi haud dubie etiam medicinae ſtudium non iacuit, manifeſto pertinet.

(Clementis ſcriptis) „indoctum, imo quid non e media philoſophia eſt?“ Ipſe Clemens philoſophiam commendat compluribus locis, veluti Stromatum I. p. 309. D. ed. Sylburg. Col.: Προκατασκευάζει (illa) τὴν ὁδὸν τῇ βασιλικωτάτῃ διδασκαλίᾳ; Stromat. VII, 710. A: Φιλοσοφία ἡ ἑλληνικὴ οἷον προκαθαίρει καὶ προεθίζει τὴν ψυχὴν εἰς παραδοχὴν πίστεως; Strom. IV, 501: Καλῶς οὖν Ἐπίκουρος Μενοικεῖ γράφων· Μήτε νέος τις ὢν μελλέτω φιλοσοφεῖν· μήτε γέρων ὑπάρχων κοπιάτω φιλοσοφεῖν· οὔτε γὰρ ἄωρος οὐδείς ἐστιν, οὔτε πάρωρος πρὸς τὸ κατὰ ψυχὴν ὑγιαίνειν. Ὁ δὲ λέγων, μήπω τοῦ φιλοσοφεῖν ὑπάρχειν ὥραν, ἢ παρεληλυθέναι τὴν ὥραν, ὅμοιός ἐστι τῷ λέγοντι, πρὸς εὐδαιμονίαν ἢ μήπω παρεῖναι τὴν ὥραν, ἢ μηκέτ' εἶναι τὴν ὥραν. Ὥστε φιλοσοφητέον, καὶ νεωτέρῳ, καὶ γέροντι· τῷ μὲν, ὅπως γεράσκων νεάζῃ τοῖς ἀγαθοῖς, διὰ τὴν χάριν τῶν γεγονότων· τῷ δὲ, ὅπως νέος ἅμα καὶ παλαιὸς ῇ, διὰ τὴν ἀφοβίαν τῶν μελλόντων. Cf. Strom. I, 272. 284; IV, 499. A. 500. C. Nec non Origenes (Epiphanio haer. LXIV, 1. ἀνὴρ ὢν κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων παιδείαν λόγιος) humanarum litterarum ſcientia excelluit, quem Photius cod. 118. p. 297 πάντος ait μαθήματος ἰδέαν καὶ μετελθεῖν καὶ διδάσκειν. Euſebius quidem VI, 3. dicit, Origenem grammaticam profeſſionem abieciſſe; ſed id, ſive de noſtra grammatica praecipueque ea ipſius parte, quae in argutiis et nugis verſatur, ſive (id quod ſupra neglectum hic ſupplemus), ex uſu loquendi, qui apud patres obtinet (cf. v. c. Auguſtini Confeſſ. lib. I. c. 13 ſqq. III, 6) potius de fervidiori ſcriptorum profanorum ſtudio atque lectione accipiendum eſt, nihil aliud oſtendit, quam deſiiſſe Origenem grammaticae profeſſioni lectiones dicare ſingulares atque integras. Haudquaquam enim ipſam, quam dicimus, philologiam, vel in diſcendo, vel in docendo, neglexit, ad quam potius, ut ipſe docet in epiſtola apud Ruaeum I, 3. 4, ſtudioſiſſime incubuit. Accedit, quod Euſebius h. e. VI, 8. Origenem narrat philoſophicas diſciplinas auditoribus impertiviſſe, hac ratione habita, ut per gradus ipſos, prouti illorum ingenium ferebat, ad eruditionis arcem promoveret. Qui

ſermone adhuc rudes erant et ab ingenuis artibus deſerti, eos ad humanitatem formabat (πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἰδιωτικωτέρων ἐνῆγεν ἐπὶ τὰ ἐγκύκλια γράμματα). Commendabat haec ſtudia ab eximia utilitate (οὐ σμικρὰν αὐτοῖς ἔσεσθαι φάσκων ἐξ ἐκείνων ἐπιτηδειότητα, εἰς τὴν θείων γραφῶν θεωρίαν τε καὶ παρασκευήν). Qui autem illis artibus animum iam inſtructum habebant, εἰςῆγεν, ὅσους εὐφυῶς ἔχοντας ἑώρα καὶ ἐπὶ τὰ φιλόσοφα μαθήματα, γεωμετρίαν καὶ ἀριθμητικὴν, καὶ τὰ ἄλλα προπαιδεύματα παραδιδούς· εἴς τε τὰς αἱρέσεις τὰς παρὰ τοῖς φιλοσόφοις προάγων· καὶ τὰ παρὰ τούτοις συγγράμματα διηγούμενος, ὑπομνηματιζόμενός τε καὶ θεωρῶν εἰς ἕκαστα· ὥστε μέγαν καὶ παρ᾽ αὐτοῖς Ἕλλησι φιλόσοφον τὸν ἄνδρα κηρύττεσθαι (Cf. Hieron. catal. c. 54. p. 115). Philoſophiam Origenes praeludium ad chriſtianam doctrinam vocat (epiſt. ad Gregor. Thaum. ap. Ruaeum I, p. 30. E.), ἵνα ὅπερ φασὶ φιλοσόφων παῖδες περὶ γεωμετρίας καὶ μουσικῆς, γραμματικῆς τε καὶ ῥητορικῆς καὶ ἀστρονομίας, ὡς συνεριθων φιλοσοφίᾳ, τοῦθ᾽ ἡμεῖς εἴπωμεν καὶ περὶ αὐτῆς φιλοσοφίας πρὸς χριστιανισμόν, et contra Celſ. I, 9 dicit, ſi fieri poſſet, omnes homines debere καταλιπόντας τὰ τοῦ βίου πράγματα σχολάζειν τῷ φιλοσοφεῖν. Omnino quanta Origenes, cuius homiliae artem rhetoricam oſtendunt eximiam quique hebraeae linguae notitiam, quantulamcunque (qua de re in part. II. diſſerendi opportunitas erit; vid. Huet. Origen. lib. II. cap. 1. §. 2. p. 26 ſq.), illius aevi egregiam habuit, excelluerit philoſophica doctrina, libri contra Celſum ſatis ſuperque demonſtrant. Item Heraclas Euſebio (VI, 15. 31) ipſique Origeni (apud Euſebium VI, 19.) philoſophus probatur, neque Origenes ipſum ſibi adiunxiſſet, hac in re a ſemetipſo discrepantem. Dionyſius Origenis „valde inſignis auditor“ nominari vix potuiſſet, externa doctrina deſtitutus. Pierius alter Origenes nuncupatus non eſſet, ſi ab exemplo Origenis procul abfuiſſet, idemque ab Hieronymo catal. c. 75. „ſcientiſſimus dialecticae et rhetoricae artis“ diſerte vocatur. Arius nimium apparuerit (humano more) philoſophus et Didymi doctrinae humanae ingentem copiam ſupra fuſius expoſuimus. Qua-

lis reliquorum ſcholae catecheticae praefectorum huiusmodi doctrina fuerit, teſtimonia quidem veterum nobis diſerte non tradiderunt (quo Macarium Sozomenus III, 14 θεσπέσιον τὴν φιλοσοφίαν nuncupat, cognomen non ad humanarum, ſed ad divinarum rerum ſcientiam pertinet), ſed ex plurimorum doctrina eorum, quorum hiſtoriam cognitam habemus, reliquorum eodem functorum munere doctrinam licebit metiri.

Quae cum ita ſint, ſcholae catecheticae praefectos plurimos facultatibus ad illud tale munus pertinentibus egregie ornatos fuiſſe patet. Neque vero operam perdidere, nam uti Hoſpinianus de templ. p. 419 ait, ex ſchola catechetica tanquam ex equo Troiano prodierunt plurimi, eruditione, doctrina, pietate praeſtantiſſimi viri, qui hinc inde in orientis eccleſiis Chriſto domino praeclaram operam navarunt. Sic Alexander, primo apud Cappadoces, deinde Hieroſolymitanos ſacrorum antiſtes, Pantaenum ac Clementem patres ſuos agnoſcit (Euſeb. VI, 14). Praeterea, ut alios miſſos faciam, Iulius Africanus Heraclam audierat (Euſeb. VI, 31), Pamphilus diſcipulus fuit Pierii (Phot. cod. 119), Didymi Hieronymus, Rufinus, Palladius, alii, Rhodonis Philippus Sidetes. Sed praecipue Alexandrinae eccleſiae ſchola catechetica epiſcopos, presbyteros atque catechetas dedit celeberrimi nominis, Clementem Pantaeni diſcipulum, Origenem Clementis, Origenis Heraclam, Dionyſium, qui non ſolum eccleſiae Alexandrinae gloriam ſuapte doctrina non mediocriter auxerunt, ſed etiam de univerſa eccleſia chriſtiana et, quod multas haereſes quodque chiliaſmi et gnoſticiſmi ſibi oppoſita dogmata fortiſſime oppugnarunt, immortaliter meriti ſunt. Praeterea quin Pierius, Theognoſtus, atque Macarius et Didymus, uterque Alexandrinus, catecheticae ſcholae doctrinam debuerint, nullus dubito, neque omnino ſeculi III. et IV. fere omnes eccleſiae Alexandrinae antiſtites et doctores ex iſto ſeminario prodiiſſe credere nequeo. Summa igitur iſtius de finibus ſcholae catecheticae disquiſitionis haec eſt: Quod ipſius rectores omnes doctrina excel-

luere, fequitur, fcholam noftram non fuiffe eam, quae primis chriftianae religionis elementis difcipulorum animos imbueret, fed eam, quae ecclefiae doctores erudiret, id quod multis nominibus confirmatur. Itaque munus praefectis fuit litteris divinis, quae quidem fine artium humanarum ftudio profpere fuccedere nequeunt, adolefcentes inftituendi, idque muneris fructus tulit haud exiguos neque paucos.

Iamiam pergamus ad conftitutionem fcholae catecheticae exponendam. Supremum fcholae regimen erat penes epifcopum Alexandrinum (cf. Michaëlis l. l. §. 5.). Epifcoporum enim curae, quaecunque ad ecclefiam fuae dioecefeos pertinerent, iam tunc temporis fubdita fuiffe, iam e nominibus perfpicuum fit, quibus afficiuntur, ét fatis conftat. Vid. Binghami Origines e verf. Grifchov. I, 69 fqq. Ex quo iam per fe intelligitur, fcholae catecheticae, tanquam inftituti ecclefiaftici, fupremum regimen verifimillime penes epifcopum Alexandrinum fuiffe, id quod praeterea multis patrum locis confirmatur. Primum enim dicit Eufebius h. e. VI, 3. p. 392, Origenem a Demetrio epifcopo fcholae catecheticae fuiffe praefectum (αὐτῷ μόνῳ τῆς τοῦ κατηχεῖν διατριβῆς ὑπὸ Δημητρίου τοῦ τῆς ἐκκλησίας προεστῶτος ἐπιτετραμμένης) et Hieronymus catal. c. 54. p. 127: „(Origenes) decimo octavo aetatis fuae anno κατηχήσεων opus aggreffus, poftea a Demetrio, eius urbis epifcopo, in locum Clementis presbyteri confirmatus.“ Dein cum ab Origene admiffum effet aliquid, propter quod in aliorum calumnias incidere poterat, γνοὺς ὕστερον, inquit Eufebius h. e. VI, 8, ὁ Δημήτριος, ἅτε τῆς αὐτόθι παροικίας προεστὼς, εὖ μάλα μὲν αὐτὸν ἀποθαυμάζει τοῦ τολμήματος. τὴν δέ γε προθυμίαν καὶ τὸ γνήσιον αὐτοῦ τῆς πίστεως ἀποδεξάμενος, θαῤῥεῖν αὐτίκα παρακελεύεται· καὶ νῦν μᾶλλον ἔχεσθαι αὐτὸν τοῦ τῆς κατηχήσεως ἔργου παρορμᾷ. Tum reducem Origenem ex ecclefia Romana (Eufeb. VI, 14) Demetrius adhortatus eft, ut ne fratrum utilitati deeffet (Δημητρίου ... ἔτι τότε παρορμῶντος αὐτὸν καὶ μονονουχὶ ἀντιβολοῦντος, ἀόκνως τὴν

εἰς

εἰς τοὺς ἀδελφοὺς ὠφέλειαν ποιεῖσθαι). Porro Eusebius VI, 19. p. 424 enarrat, ducem Arabiae a Demetrio episcopo petiisse, ut Origeni ipsum visere liceret. Praeterea cum Origenes aliquamdiu abesset et apud Alexandrum Hierosolymis et Theoctistum Caesareae moram traheret, litteris Demetrii, ut ad munus suum rediret, est revocatus (Euseb. VI, 19. p. 425). Tandem Origenes catecheta ab episcopo Alexandria est expulsus munereque deiectus (Euseb. VI, 26; Hieron. ep. 29 ad Paul. et cet. loc.). Praeter historiam Origenis accedit, quod Hieronymus catal. c. 69: „Dionysius," ait, „sub Heracla schola κατηχήσεων presbyter tenuit," Ararsius loco supra laudato dixit: Ἀχιλλᾶς... Ἄρειον... τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διδασκαλείου προϊστῆσιν, quodque denique Rufinus h. e. II, 7 haec verba facit: „(Didymus) in tantam... eruditionem... venit, ut scholae ecclesiasticae doctor existeret, Athanasio episcopo ceterisque sapientibus in ecclesia viris Dei admodum probatus." Ex cunctis istis locis, id quod nemo unquam negabit, sequitur, supremum scholae catecheticae regimen fuisse penes episcopum Alexandrinum, qui salutem scholae in universum curaret. Singula vero constituere, atque ordinare, quicquid e re scholae esse iudicaret, id in potestate κατηχήσεων magistri cuiusque erat positum.

Verum antequam de auctoritate catechetarum paucis disseramus, liceat nobis hoc loco duas quaestiones instituere, alteram, utrum unus an plures simul scholae catecheticae praefuerint; alteram, quibus ex legibus singuli catechetae sibi successerint. Neque Eusebius, neque Hieronymus, nec denique Philippus Sidetes plures simul scholae catecheticae rectores fuisse unquam dicunt, sed e contrario singuli significant, semper unum ei praefuisse. Hinc Eusebianum (h. e. VI, 6): Πάνταινον Κλήμης διαδεξάμενος, (VI, 26) μετανάστασιν ἐπὶ τὴν Καισάρειαν ὁ Ὠριγένης ποιησάμενος (tum demum) Ἡρακλᾷ τὸ τῆς κατηχήσεως τῶν αὐτόθι διδασκαλεῖον καταλείπει (ex quo sequitur, antea Heraclam scholae praefectum minime fuisse), et (VI, 29) ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ Δημήτριον... Ἡρακλᾶς τὴν

λειτουργίαν παρείληφεν· τῆς δὲ τῶν αὐτόθι κατηχήσεως τὴν διατριβὴν διαδέχεται Διονύσιος. In eandem sententiam redeunt, quae Hieronymus refert catal. c. 38: „Clemens ... post Pantaeni mortem Alexandriae ecclesiasticam scholam tenuit et κατηχήσεων magister fuit," et cap. 54: „Origenes in locum Clementis confirmatus." Denique comparato Philippi Sidetae usu loquendi (τέταρτος[90]) προέστη τῆς χριστιανῶν διατριβῆς Ὠριγένης, μετὰ Ὠριγένην Ἡρακλᾶς, μετὰ τοῦτον Διονύσιος, μετὰ τοῦτον Πιέριος, μετὰ Πιέριον Θεόγνωστος, μετὰ τοῦτον Σεραπίων, μετὰ τοῦτον Πέτρος ..., μετὰ Πέτρον Μακάριος ..., μετὰ τοῦτον Δίδυμος, μετὰ Δίδυμον Ῥόδων), quin tantummodo unicus scholae catecheticae praefuerit, non est dubitandum. Nec tamen arbitror, non plures interdum in schola catechetica docuisse. Potius Clemens, uti iam supra vidimus, ubi de singulis catechetis disputatum est, per plures annos Pantaenum adiuvit; Origenes aliquamdiu supremo duce Pantaeno, secundo Clemente, deinceps Clemente duce in schola catechetica docuit. Heraclas Origeni scholae praefecto fuit adiunctus; Achillas prior forsan uno eodemque tempore et cum Pierio et cum Theognosto catechetico munere functus est; Rhodo denique etiam vivo Didymo κατηχήσεων sese gessit magistrum. Itaque interdum duo scholae catecheticae doctores fuisse videntur, imo Origenis tempore tres, nisi vero, id quod probabilius videtur, Pantaenum aetate provectiorem Clementi scholam putemus tradidisse. Tametsi haec maximam partem nonnisi coniectura assequi potuerimus, tamen Eusebii auctoritate ea non sunt destituta. Primum enim Eusebius ipse enarrat, ab Origene Heraclam socium esse assumptum; deinde vero, ne tunc temporis primum id ita factum esse opinemur, prohibet idem Eusebius h. e. VI, 3. p. 392, ubi Origeni μόνῳ τὴν τοῦ κατηχεῖν διατριβὴν a Demetrio esse dicit mandatam. Quae

90) Pariter Philippus Athenagorae Clementem, huic Pantaenum successisse dicit, quorum nomina praetermisimus, ne singulares Philippi opiniones denuo excitaremus.

verba videntur significare, antea plures isti muneri simul operam navasse, id quod historiae maxime convenit, cum antea Pantaenum atque Clementem Alexandriae aliquamdiu uno eodemque tempore versatos esse sciamus, eosdem vero tunc temporis persecutioni cedentes in fugam coniectos. Post ipsorum reditum Pantaenus tranquille degisse, Clemens autem una cum Origene porro videtur scholae praefuisse. Quocirca haec res quaesita sic sese habuerit: Praefectus sive rector scholae semper fuit unicus (id quod Eusebius, Hieronymus et Philippus Sidetes significant), quem haud raro alter dignitate inferior, neque catecheticae scholae praefectus nuncupandus, in munere catechetico adiuvit. Quo magis hoc fiat perspicuum, adiungimus, secundum catechetarum seriem supra brevi in conspectu positam, scholae catecheticae, uti nostra fert sententia, praefectorum et ipsorum et adiunctorum (eorum quidem, quorum memoria est servata) tabulam. Quia certos annos non ubique tradere possumus, et ad rotundos et ad verisimiles saepissime confugimus numeros, quos asterisco (*) notavimus. Nomina virorum, quorum praefectura verisimilis, nota parentheseos (—), quorum dubia, uncinis [—] inclusimus, quorum denique insuper aliqua ratione insignis (quamobrem, ex superioribus sponte constabit) crucis nota † signavimus.

Anni.	Scholae cat. praefecti.	Praefector. socii.
160*—181*.	[Athenagoras]	— — —
181*—190*.	Pantaenus.	— — —
190*—203*.	Pantaenus.	Clemens.
203.	Pantaenus †. Clemens.	— — —
203 — 206*.	Origenes †.	— — —
206*—211*.	Pantaenus †. Clemens.	Origenes.
211*—213*.	Clemens.	Origenes.
213*.	Origenes.	— — —
213*—232.	Origenes.	Heraclas.
232.	Heraclas.	— — —
233 —265*.	Dionysius.	— — —
265*—280*.	(Pierius).	— — —
280*—282*.	(Pierius)	[Achillas]
282*—290*.	(Theognostus)	[Achillas]
290*.	(Theognostus)	— — —
290*—295*.	[Serapio]	— — —
295*—312.	(Petrus Martyr)	— — —
313 —320*.	(Arius)	— — —
320*—330*.	— — —	— — —
330*—340*.	[Macarius]	— — —
340*—390*.	Didymus	— — —
390*—395.	Didymus	(Rhodo)
395.	(Rhodo)	— — —

Iam quaeritur, quibus ex legibus singuli scholae cat. praefecti sibi successerint. Ad hanc quaestionem nonnisi hoc breviter responderi potest: Solebat episcopus (ab episcopo enim id factum esse, ostendunt exempla Origenis, Arii et Didymi) in locum superioris catechetae confirmare candidatum in ipsa schola catechetica eruditum (contrarium de nullo ipsi praefecto demonstrari potest), et, si minus familiaritatis vinculo cum superiore catecheta coniunctum (quales fuere Clemens, Origenes, Heraclas), certe aliqua ratione ecclesiae Alexandrinae probatum (cf. Rufin. l. l. de Didymo).

De auctoritate scholae catecheticae praefectorum (socii muneris ex praefectorem pependisse

videntur voluntate, excepto haud dubie Origene, qui saltem pari cum Clemente auctoritate fruebatur) historiarum scriptores ecclesiasticarum perpauca nobis tradiderunt. Cfr. Michaëlis l. l. §. 5. Ipsorum in potestate fuisse constituere atque ordinare, quicquid e re scholae esse iudicarent, inde quoque manifestum fit, quod nullus, quantum equidem scio, apud patres invenitur locus, quo episcopi de scholae instituendae ratione praecepta dederint. Nonnisi in universum salutem eius curarunt, singula praefectis singulis fuerunt demandata, ita ut Origenes, episcopo ne in consilium quidem adhibito, Heraclam sibi socium assumpserit (Euseb. h. e. VI, 15; Hieron. catal. c. 54). Propter doctrinam, qua scholae catecheticae praefecti excellebant, honoratissimi erant; tanta autem auctoritas, quantam in haereticis oppugnandis Origenes, in eadem re atque in conciliorum consessibus Dionysius habuit, non tam dignitatis catecheticae fuit, quam inclyti nominis. Singulare vero ipsorum auctoritatis testimonium est, quod plurimi (Clemens, Origenes, Heraclas, Dionysius, Pierius, Petrus [91]), Arius, Macarius) ecclesiae Alexandrinae presbyteri fuerint, atque tales presbyteri, quorum nonnulli (Heraclas, Dionysius, Petrus, ex quibus Dionysius et Petrus tanquam episcopi etiam catecheticum munus obtinuerint) ad ipsum provecti sint episcopatum, reliqui eximia auctoritate, etiam externa, ornati fuerint. (Athenagoram) Pantaenum, Clementem et Heraclam, antea gentiles quidem, schola nostra habuit doctores celeberrimos; Origenem contra, Dionysium et Didymum, scholae splendidissima lumina, ecclesia catholica tenet haeretica nota insignitos.

Iam vero disquirendum est, **mercede aliqua, an suo ipsorum sumtu scholae catecheticae praefecti alti fuerint.** Nemo hanc rem tetigit, nisi I. G. Michaëlis l. l. p. 207, qui nullis praefectos huic scho-

---

92) Quamvis Heraclas et Petrus presbyteri diserte non dicantur, tamen haud dubie fuerunt, prius quam episcopi sunt creati.

lae ſtipendiis fruitos exiſtimat, et Heilmannus l. l. p. 225 ſqq., qui id negat. Non addit Michaëlis, quid eum moverit, ut ita iudicaret, neque video, quid id ſit, ex quo illud ſtatim appareat. Equidem magis ab Heilmanni partibus ſtare vix dubito, nec tamen ante Origenem arbitror, ex aerario publico ſcholae catecheticae praefectis ſtipendia eſſe data, ſed tantummodo a diſcipulis dona eſſe collata. Poſterius perſpicuum fit ex Euſebio h. e. VI, 3 p. 393, ubi Origenem oblatum a diſcipulis pretium accipere noluiſſe narrat (*εἰς ἄκρον τε ὑπερβαλλούσης ἀκτημοσύνης ἐλαύνων, τοὺς ἀμφ' αὐτὸν εἰς τὰ μάλιστα κατέπληττε· μυρίους μὲν ὅσους λυπῶν εὐχομένους αὐτῷ κοινωνεῖν τῶν ὑπαρχόντων, δι' οὓς ἑώρων αὐτὸν εἰσφέροντα περὶ τὴν θείαν διδασκαλίαν καμάτους· οὐ μὴν αὐτός γε ἐνδιδοὺς ταῖς καρτερίαις*). Pariter autem ex aerario publico mercedem non eſſe datam, conſtat ex Euſebii eodem loco p. 392, ſecundum quem Origenes, *ὡς ἂν μὴ γένοιτο τῆς παρ' ἑτέρων ἐπικουρίας ἐνδεὴς* (i. e. ne diſcipulorum ſubſidio opus haberet), quatuor obolis, indies pro venditis priſtinae doctrinae voluminibus acceptis, vitam degit. Stipendiorum publicorum hic mentio nulla fit. Origenes igitur neque ex aerario publico, neque e diſcipulorum bonis quicquam accepit. Suo igitur ſumtu vixit (niſi forſan in poſterum mercedem a diſcipulis aſſumpſerit). Pantaenus et Clemens a diſcipulis quidem mercedem acceperint, ſed nihilomagis, quam Origenes, ex aerario publico alti fuerint; et ſic ante Origenem ſcholae catecheticae externa conditio longe a muſeo diſtulit, ubi doctores, ut capite I. vidimus, regia munificentia adiuvabantur. Utrum poſt Origenem catechetae conſtituta mercede ſuſtentati fuerint necne, id non liquet. Pierius quidem, teſte Hieronymo catal. c. 76. „appetitor voluntariae paupertatis fuit;“ ſed catechetas in univerſum non ſolo ſuo ſumtu vixiſſe et diſcipulorum donis, ſed ſuſtentatos eſſe ex aerario publico aut eccleſiaſtico veriſimillimum eſt, propterea quod mirum eſſet, ſi ſcholae magiſtri, luculento multumque profuturo labore paene oppreſſi, ſtipendiis caruiſſent, cum homines cultui publico haud maximo

labore vacantes ſtipendiis fruerentur. Sacerdotum enim generi, maxime apud Africanos (vid. Heilmann. l. l. p. 226), [92]) ſedulo proviſum erat in vitam victumque multis immunitatibus, id quod Binghamus Origin. II, 226 — 283 fuſius expoſuit. Quare etiam ſcholae catecheticae praefectis aliquamdiu et quidem poſt Origenem potiſſimumque inde a Conſtantino M. publicam mercedem eſſe tributam eſt veriſimillimum, praeſertim cum Caſſiodorus [93]) id diſerte videatur confirmare. Dicit enim is in praefat. inſtit. divin. ſcript. p. 307: „Niſus ſum cum beatiſſimo Agapeto urbis Romae, ut, ſicut apud Alexandriam multo tempore fuiſſe traditur inſtitutum, nunc etiam in Niſibi civitate Syrorum Hebraeis ſedulo fertur exponi, collatis expenſis in urbe Romana profeſſos doctores ſcholae potius acciperent chriſtianae, unde anima ſuſciperet aeternam ſalutem, et caſto atque puriſſimo eloquio fidelium lingua comeretur,“ [94]) qui non temere videtur inſcitiae accuſandus eſſe in re, quam in exemplum trahere recentis inſtituti decreverat.

Reſtat, ut quaeramus, ubi catechetae docuerint. Hac de re paene nihil patres tradiderunt, ideo-

92) In Romano coetu eundem iam priſco aevo obtinuiſſe morem, probat Ad. Tribbechovius in Exercitt. ad Baron. Ann. p. 154.

93) Locus Iunilii Africani, qui in praefat. de leg. divin. part. (in biblioth. patrum T. I. p. 2) de Niſibena ſchola haec dicit: „In illa divina lex per magiſtros publicos, ſicut apud nos in mundanis ſtudiis grammatica et rhetorica, ordine ac regulariter traditur,“ huc non pertinet, ſed ad eos, quorum fuit grammaticam profiteri et rhetoricam (easque h. l. divinae legi oppoſitas) i. e. ad doctores in muſeo.

94) Sententia Caſſiodori eſt: Sicut Alexandriae et Niſibi collatis expenſis a profeſſis doctoribus ſcholae chriſtianae habitae ſunt et habentur, ſic etiam Romae ut fiat optandum eſt. (Vox „potius“ ſpectat ad priorem Romanorum conſuetudinem.) Per ſe apparet, Caſſiodorum ſcholam Alexandriae catecheticam, non muſeum ſignificare.

que quod verisimile est, breviter exponemus. In aedibus publicis ante Constantinum M. catechetae sine dubio non docuerunt, quia tale aedificium imperatores gentiles Christianis minime permiserint; neque igitur in regia, philosophorum gentilium habitaculo, scholas habuerunt; id quod insuper comprobari videtur ab Eusebio, qui h. e. VI, 3. enarrat, Origenem christianae religionis doctrinam permultis, qui ipsum adirent atque docentem audire cuperent, tradidisse ἐν οἴκῳ, ἔνθα κατέμενεν (quae verba palatium regium parum indicant). Itaque ad Constantinum usque docuerunt catechetae aut in suis aedibus privatis aut in ecclesiasticis. An post Constantinum alibi scholas habuerint, id non liquet; certe non habuerunt in regia; quod inde a Constantini demum temporibus fieri potuerit quidem, sed revera factum non est, quia Constantinus museum a Caracalla rescissum restituit, et Iulianus, uti supra vidimus, Zenonem doctorem eo misit; Christiani autem atque gentiles in uno eodemque aedificio docuisse non videntur.

CAPUT QUARTUM.

DE INTERITU SCHOLAE CATECHETICAE.

Schola catechetica postquam seculo II. orta erat, mox plerasque illius aevi scholas gloria superavit, ita ut Clemens (Strom. I. p. 274 ed. Sylb. Col.), paene toto orbe peragrato auditisque celeberrimis litterarum doctoribus, tandem Alexandriae apud Pantaenum acquiesceret. Istius gloriae primarius auctor fuit Pantaenus, amplificator Clemens, Pantaeni discipulus, collega, successor. Usque ad a. CCIII, quo Severi persecutio saeviit, tranquille schola floruit; tunc autem ambo in fugam conversi scholam orbam reliquerunt. Haud dubie tanto in discrimine rerum illa stare non potuisset, si Origenes ipsam non fulsisset. Quamquam adolescens nemine adiuvante labori vix par fuerit, tamen prohibuit, ne ad pristinam ob-

securitatem iam rediret schola, quae quidem adeo non interiit, ut, primum Origene et reverso Clemente praefectis, dein solo Origene, ad supremum gloriae fastigium perveniret. Sed pulcherrimo in flore Origenes Alexandria depulsus est, qui discipulorum multitudinem secum traxit haud exiguam, quae Caesareae indies crescebat. Neque tamen Alexandriae iam tunc temporis schola catechetica ex historia evanuit. Omnino quidem ab isto inde tempore pontificum superbia de doctrinae modestia coepit triumphare, sed nihilominus catecheticae scholae inclytum fuit nomen, quamdiu Origenis discipuli atque amici (Heraclas, Dionysius, Pierius, Theognostus) ipsi praefuerunt, quamquam persecutiones Decii et Valeriani, quas Dionysius pertulit, magno ei fuerint detrimento. Ab ineunte seculo IV. autem Alexandria palaestra fuit theologorum non tam doctrinae, quam studii concertationis. Petrus Martyr cum Meletio acerrime pugnavit (in hoc enim consentiunt, quamvis alioqui dissentientes, Athanasius, Theodoretus et Epiphanius), id quod scholae salutare haudquaquam fuit. Sed haec tantummodo leviora sunt; nam posthac controversiae Arianae Alexandrinorum theologorum animos ita ceperunt, ut scholam catecheticam fere nihil curarent. Ipse quidem Arius scholae praefectus a nonnullis nominatur; sed iste si revera eam rexit, per paucos tantummodo annos rexit, quibus praeterlapsis ab a. CCCXX. ad CCCXXX. nemo scholae praefectus commemoratur, sine dubio quia ob turbas theologicas neque episcopus, neque Arius, neque presbyterorum alius quisquam scholam curavit. Itaque tunc temporis tertium schola catechetica ab interitu proxime abfuit, sed nondum interiit. Verum Macarius is non fuit, qui recenti gloria eam ornasset, quae morbo mortifero oppressa fato succubuisset, si Didymus non succurrisset. Iamiam repente denuo effloreſcit pristina gloria pristinaque doctrina; sed flos ille mox marcescebat. Rhodo desperavit de restituenda per semetipsum schola catechetica, cuius una cum Didymo gloria in sempiternum cecidit.

De interitu scholae catecheticae haecce perpauca

colligere possumus, quorum maximam partem solus auctor est Philippus Sidetes. Qui quidem haec habet: Μετὰ Δίδυμον Ῥόδων, ὅς καὶ μετήγαγε κατὰ Φίλιππον τὴν διατριβὴν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει τῇ Σίδῃ κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου. Huius Philippi testimonii veritas in dubitationem vocari minime potest, qui ipse Sidetes et Rhodonis discipulus fuit, quoque vivente res contigit. Rhodo igitur Alexandria relicta talem scholam catecheticam, qualis Alexandrina fuerat, apud Sidenses condidit, et Alexandriae nihil reliquit, quam scholam pristinae gloriae specie sustentatam. Minime enim Philippi verba in hanc interpretari possum sententiam, ipsam scholam Alexandrinam a Rhodone Siden esse translatam, ita ut Alexandriae statim penitus finem habuisset, quod quidem neque necessario Philippi verbis inest, quae id potissimum sibi volunt, pro vetere Alexandrina languescente novam Sidensem effloruisse per illum catechetam, qui Alexandria Siden migrasset (eumque igitur haud iniuria dictum scholam Alexandrinam Siden transtulisse), neque per se credibile est. Debemus enim esse non immemores constitutionis scholae nostrae, ex qua supremum eius regimen fuit apud episcopum Alexandrinum, qui scholae Alexandria removendae nunquam catechetae potestatem dederit. Praeterea autem institutum, quod amplius duo secula exstitit, nisi auctoritate magistratus dissolutum est, quamvis languidissimum, tamen uno temporis momento prorsus interire haudquaquam solet. Quare etiam seculo V. scholam catecheticam quandam Alexandriae exstitisse puto, cuius doctorum ne nomina quidem supersunt [95]), do-

95) De sententia Centur. Magd. (ea vero rationibus idoneis destituta) cent. V. p. 4 inter eos, qui illi scholae catecheticae posthumae praefuerunt, referendus est τὶς ἀνὴρ ὀνόματι Ἱέραξ, ὅς γραμμάτων μὲν τῶν πεζῶν διδάσκαλος ἦν· διάπυρος δὲ ἀκροατὴς τοῦ ἐπισκόπου Κυρίλλου καθεστὼς, καὶ περὶ τὸ κρότους ἐν ταῖς διδασκαλίαις αὐτοῦ ἐγείρειν ἦν σπουδαιότατος (Socrat. h. e. VII, 13 p. 349, cf. Nicephor. XIV, 14 p. 466), atque is quidem publice in theatro tormentis subiectus.

nec eodem feculo [96]) fenfim fenfimque ea prorfus interierit, et poftremo nihil reftiterit, nifi catechumenorum fchola; ut, unde profecta fit, feculo V. noftra eodem redierit. Neque id mirum eft. Primum enim turbae Origenifticae, Alexandriae fub Theophili epifcopatu excitatae (cf. Schroeckh. K. G. X, 240 fqq.), deinde controverfiae Neftorianae, a Cyrillo accenfae (cf. Schroeckh. l. l. XVIII, 176 fqq.), denique omnium maxime bellum Monophyfiticum, quod Alexandriae praecipue faeviit (cf. Schroeckh. l. l. XVIII, 433 et potiffimum 493 fqq.), ne Alexandrina efflorefceret doctrina, prohibebant.

96) Certe Caffiodori tempore fcholam catecheticam nihil amplius exftitiffe, ex ipfius verbis (inftit. div. fcript. praefat. p. 307), iam fupra laudatis, maxime fit perfpicuum. Ait enim: „Nifus fum cum ... Agapeto ..., ut, ficut apud Alexandriam multo tempore fuiffe traditur inftitutum" cet., quae verba ad fcholam catecheticam aperte fpectant. Itaque exeunte feculo V. fchola, quae Alexandriae floruit, catechetica fuerat.

Corrigenda.

P. 2 lin. 14 pro ſoras lege foras, et adde: ſi per Deum id licebit.
— 16 — 3 dele interpunctionem (;).
— 20 — 27 pro cf. leg. cfr.
— 27 — 22 — ſchola — ſcholae.
— 28 — 29 — aſſecta — aſſecla.
— 29 — 32 — ἐκείναις — ἐκείνοις.
— 35 — 31 — τηρατολογίας — τερατολογίας.
— 40 — 15 — panderabimus — ponderabimus.
— 41 — 1 — gloria — gloriae.
— 52 — 1 et 2 divide dem-pta.
— 53 — 19. 20 — epi-ſcopus.
— 66 — 6. 7 ſit ſcriptio continua.
— 67 — 22 pone „fuit" ſit finis parentheſeos.
— 68 — 5 pro de leg. ab.
— 74 — 5 — CCXVLIII — CCXLVIII.
— 75 — 29 — do — modo.
— 91 — antepenult. — quoad — quo ad.
— 99 in extr. tab. hic conſtituatur ordo:

— — — —	Maximus.	Athenodorus. Malchio.

P. 101 lin. 24 pro multas leg. multos.
— 104 — 14 dele interpunctionem (;).
— 107 — 29 pro et leg. eo.

Quae, rariſſime tamen, in accentibus et in nomine Origenis, qui ter Origines exſcriptus eſt, peccata ſunt, lecturi facillime emendabunt.

Halis Saxonum. Typis Grunerti patris filiique.

DE
SCHOLA
QUAE ALEXANDRIAE FLORUIT
CATECHETICA
COMMENTATIO HISTORICA ET THEOLOGICA.

PARS POSTERIOR
(DE INTERNA SCHOLAE HISTORIA).

SCRIPSIT

HENR. ERN. FERDINANDUS GUERIKE

PHIL. DOCT. THEOL. LICENT. SEM. REG. THEOL. SENIOR.

HALIS SAXONUM.

E LIBRARIA GEBAUERIA.

MDCCCXXV.

DE

SCHOLAE
LEXANDRINAE CATECHETICAE
THEOLOGIA.

SCRIPSIT

[ENR. ERN. FERDINANDUS GUERIKE
PHIL. DOCT. THEOL. LICENT. SEM. REG. THEOL. SENIOR.

HALIS SAXONUM.
E LIBRARIA GEBAUERIA.
MDCCCXXV.

PARENTI DILECTISSIMO

GEORGIO CHRISTIANO GUERIKE

APUD HALENSES
AD AEDEM S. MAURITII PASTORI
SECUNDAE DIOECESEOS SALANAE
SUPERINTENDENTI

HANC

DE SCHOLAE ALEX. CAT. THEOLOGIA
COMMENTATIONEM
EXIGUUM PIETATIS DOCUMENTUM

DICAVIT

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Juvenile hoc opusculum, de ſcholae Alexandrinae catecheticae theologia conſcriptum, abhinc quinque menſes venerando academiae Fridericianae theologorum ordini tradidi, ut theologiae Licentiati gradum obtinerem, ad eundemque finem ejus caput primum (omiſſa Didymearum variarum N. T. lectionum tabula) et ſecundum ante tres menſes foras dedi ac publice defendi.

Eſt quidem haec ſcriptio pars poſterior commentationis de ſchola Alexandrina catechetica (cujus pars prior, qua de externa ſcholae illius hiſtoria egi, e libraria Antoniana anno MDCCCXXIV in lucem edita, nunc emptionis jure in Gebaueriam transiit); tamen altera pars ad alteram non neceſſario pertinet; id quod argumenti in titulo indicati diverſitas ſatis declarat.

Hacce in commentationis parte imprimis ſingulorum Alexandrinorum graviſſima dicta ſententiasque praecipue memorabiles ſedulo collegi, et hic mihi quidem primo contigit, — poſt curas J. A. Mingarellii, qui Didymi libros de trinitate a. MDCCLXIX princeps edidit, — ut Didymi Alexandrini theologiam in disceptationem vocaverim. — In ſumma Alexandrinorum theologiae dogmaticae enucleanda ac comparanda cum occidentalium patrum et gnoſticorum dogmatibus apprime Au-

gusti **Neandri** S. V. doctrina nisus sum, — il Viri, qui **Calixtum** et **Spenerum**, utrumque i seculo nostro repraesentat.

Quae plura de instituti ratione aliisque rebu praefatione dici solent, omitto, quia, quae necess sunt, ea ipsius commentationis initio inveniun Tantummodo, ut ne praetermittant, quae addend corrigenda adjunxi, benevolos lectores qua par est servantia rogo.

Scribebam Halae, mense Augusto, a. C. MDCCCX

Apte dividi posse hancce de scholae Alexandrinae theologia (interna quasi historia) commentationem quatuor in capita arbitramur. Primum agemus, ut id semper brevissime dicamus, de Alexandrinorum critica (quod quidem caput quasi praeparatorium putamus haud absurde praemitti), dein de eorum hermeneutica, tum de dogmatica, postremo de ethica. Quovis in capite primum singulorum sententias catechetarum (imprimis scilicet Clementis et Origenis, necnon Didymi) enucleabimus, et tum demum, ne intulisse potius nostras, quam ipsorum sententias extulisse videamur, in universum de omnium proprietatibus verba faciemus. Criticae duas tribuemus partes, alteram Alexandrinorum de librorum sacrorum canone, authentia hujusque modi sententias exploraturam, alteram, quali iidem textu sacro usi quoque modo de eo meriti sint, significaturam. De hermeneutica, arcte ea quidem cum Alexandrinorum dogmatica cohaerente, nihil est quod praemoneamus. Dogmaticam patrum singulorum, magis ad perspicuitatis, quam ad logicae praecepta nos fingentes, partiemur — praemissuri ea, quae sunt necessaria ad cognoscendum eorum systema in universum — (sit venia verborum) in bibliologiam, theologiam sensu strictiori (i. e. doctrinam de Deo in universum, de creatione mundi (et de ipso mundo), de providentia et de trinitate), angelologiam et daemonologiam, anthropologiam, christologiam (doctrinam de persona et opere Christi doctrinasque propinquas de conditionibus assequendae salutis, de gratiae divinae efficacitate — imprimis per spiritum sanctum, — et de sacramentorum ecclesiaeque institutis) et eschatologiam, praetermissuri semper

eam disciplinam, quae a catecheta eo, de quo illo loco agitur, non exponitur. Simul Athenagorae, Clementis et Origenis apologeticam paucis adumbrabimus. Quo facto in universum ostendere conabimur, quid sit Alexandrinorum dogmatum proprium, quibusque rebus, quae quidem alicujus momenti sint, cum inter se, tum a gnosticorum et occidentalis ecclesiae doctrina differant. — Ethico in capite tractando, cujus intimus cum dogmatico nexus elucet, breviores esse poterimus.

Fontes,

unde, quod ad nostram rem pertinet, hauriatur, sunt catechetarum Alexandrinorum scripta. De scriptis Pantaeni, Dionysii, Pierii, Theognosti, Petri Martyris et Arii *) perpauca tantum, quae minoris sunt ducenda, aut fragmenta (et plurima quidem de Dionysii scriptis) supersunt, quae ubi invenire liceat, tum commentationis istius parte priore indicavimus, tum infra indicabimus. Reliquorum his utimur editionibus: Athenagorae — editione Ed. Dechairi, Oxonii 1706; Clementis — Joh. Potteri, Oxonii 1715; Origenis — editionis Ruaeorum (Paris. 1733 sqq.) tribus prioribus voluminibus; carentes quarto, quae ex commentariis Origenis in Johannem desumenda sunt, ea ex editione Huetii (vol. II. Colon. 1685) citare ibi cogimur, ubi ejusdem dicti locus in editione Ruaei e libris subsidiariis suppleri non potest. (Ceterorum — levioris tamen momenti — Origenis scriptorum volumine IV. editionis Ruaei contentorum locos a nobis non nisi ex auctoritate librorum subsidiariorum laudari posse, vehementissime dolemus.) Semper vero, ubi aliud non diserte inducimus, intelligatur exemplar Ruaeorum. Didymi scripta, quae supersunt, notiora non sunt uno in volumine edita. Quare infra eorum loca notabimus. Libros tres de trinitate (revera a Didymo conscriptos, id quod auctor editionis laudabilis in commentario praemisso uberrime demonstravit), ante hos sexaginta fere annos inventos et nimis, ne dicam prorsus adhuc

*) Scriptum ab Heracla, Achilla, Serapione et Rhodone nihil superest; de Macario vide caput hujus lib. dogmaticum.

tum quoad criticam et hermeneuticam, tum dogmaticam et ethicam neglectos (ficuti omnino etiam reliqui Didymi libri parum exhausti funt), citabimus ex unica editione Joh. Aloyf. Mingatellii, quae prodiit Bononiae 1769, fol. *).

Neque tamen omnium, quae in Clementinorum et Origenianorum operum editionibus inveniri folent, fcriptorum promifcue auctoritate uti licet. Ex Clementis operibus (ut librum VIII. Stromatum taceam, ut qui nihil faciat ad noftram tractationem) praetereunda videntur Excerpta ex Theodoto, quibus quidem pleraque de Theodoti fententia relata effe apparet. Animadverfiones ab ipfo Clemente interjectae non ita funt a Theodoti doctrina feparatae, ut illius difciplinae finiendae infervire queant. Origenes autem dialogum de recta in Deum fide et Philofophumena certo non fcripfit, id quod Ruaeus in Prolegomenis ad haec fcripta oftendit. Atque (quod jam hoc loco praemonere liceat) etiam in ceteris ipfius, quae fuperfunt, fcriptis ad enucleanda dogmata ufurpandis cautio quaedam erit adhibenda. Quamquam non habeantur adulterata ab haereticis (de quibus ipfe Origenes jam queftus est **)), multa tamen Origenis

*) Multa quoque hac editione continentur (1. Commentarius de Didymo p. IX—LXII; 2. Sopra un' opera inedita di un antico teologo lettera etc. p. 453—472, et 3. Veterum de Didymo teftimonia (101) p. 473—498), quae ad vitam Didymi accuratius defcribendam haud parum faciunt, a nobis in parte priore hujus commentationis neglecta, quia editionem iftam, quae in bibliothecis Halenfibus non invenitur, tunc temporis nondum poffidebamus.

**) Dicit enim in epiftola ad amicos quosdam Alex. (quae graece non amplius fupereft) Opp. vol. I. p. 5. 6 haecce: „Nihil mirum mihi videtur, fi adulteretur doctrina mea ab inimicis meis, et tali adulterio corrumpatur, quali adulterio corrupta eft epiftola Pauli apoftoli... Talia ergo qnaedam video etiam nobis accidere. Nam quidam auctor haerefeos cum fub praefentia multorum habita inter nos fuiffet disputatio, et defcriptum accipiens ab his, qui defcripferant codicem, quae voluit, addidit, et quae noluit, abstulit, et quod ei vifum eft, permutavit, circumferens tanquam ex nomine noftro, infultans et oftendens ea, quae ipfe confcripfit. Pro quibus indignantes fratres, qui

scripta, imprimis maximam partem libri περὶ ἀρχῶν, supersunt tantum in Latina versione Rufini, cui Hieronymus (vid. commentat. istius P. I. p. 64. not. 62) malam fidem opprobrat. Potuerunt igitur alia genuina a Rufino omitti, alia adulterina adjici. Gravissima librorum de princ., quae adulterata esse videtur, doctrina est de trinitate. Etenim quod ibi hoc de dogmate e versione Rufini invenitur, pluribus aperte differt ab iis, quae libris Origenis graece adhuc exstantibus proferuntur, ideoque versione illa Rufiniana ad constituen-

in Palaestina sunt, miserunt ad me in Athenas hominem, qui acciperet a me ipsum authenticum exemplar, quod ne relectum quidem vel recensitum a me antea fuerat, sed ita neglectum jacebat, ut vix inveniri potuerit. Misi tamen, et sub Deo teste loquor, quoniam cum convenissem illum ipsum, qui adulteraverat librum, quare hoc fecisset, velut satisfaciens mihi respondit, quoniam magis ornare volui disputationem illam atque purgare. Videte, quali purgatione disputationem nostram purgavit; tali nempe, quali purgatione Marcion evangelia purgavit vel apostolum, vel quali successor ejus post ipsum Apelles. Nam sicut illi subverterunt scripturarum veritatem, sic et iste sublatis, quae vere dicta sunt, ob nostri criminationem inseruit, quae falsa sunt. Sed licet homines haeretici et impii sint, qui haec facere ausi sunt, tamen habebunt et illi judicem Deum, qui talibus adversum nos criminationibus accommodant fidem. Fecerunt autem hoc et alii nonnulli, conturbare volentes ecclesias. Denique in Epheso cum vidisset me quidam haereticus et congredi noluisset, neque omnino os suum aperuisset apud me, sed nescio qua ex causa id facere vitasset, postea ex nomine meo et suo conscripsit qualem voluit disputationem, et misit ad discipulos suos, ut ego quidem cognovi, ad eos qui Romae erant; sed non dubito, quin et ad alios, qui per diversa sunt. Insultabat autem et apud Antiochiam, priusquam ego illuc venirem, ita ut et ad quamplurimos nostrorum perveniret ipsa disputatio, quam portabat. Sed ubi affui, multis eum praesentibus argui, cumque jam sine ullo pudore pertenderet impudenter asserere falsitatem, poposci ut liber deferretur in medium, et stylus meus agnosceretur a fratribus, qui utique cognoscunt, quae soleo disputare, vel quali soleo uti doctrina. Qui cum ausus non esset proferre librum, convictus ab omnibus et confutatus est falsitatis, et ita persuasum est fratribus, ne aurem criminationibus praeberent."

das Origenis de trinitate sententias non nisi quam cautissime uti licebit, sicuti ubique et observandum erit, ut ne singula Origenis dicta alicubi graece (vel ex Hieronymi librorum de princ. versione) asservata negligamus, et cavendum, ne solius versionis Rufinianae locis nimium demonstrasse videamur. Omnino nihil erit aliud tam securum verae Origenis sententiae signum, quam consensus complurium ipsius dictorum e variis ejus (praecipue graecis) libris depromendorum. Quod reliquum est, ita semper versabimur, ut, quantum id fieri poterit, ipsa Alexandrinorum verba, saepissime tamen, ubi vocabulum graecum non agitur, ne graece commentari videamur, in latinum versa sermonem *) praebeamus.

Libri subsidiarii

de cunctis nostrae commentationis partibus non adsunt. Singula ad capita universe multum faciunt libri (historico-critico-) isagogici in scripturam sacram atque tum hermeneuticae sacrae tum religionis christianae dogmatum praeceptorumque historiam, vel integram, vel eam ejus partem, ad quam schola nostra pertinet, tractantes. Eorum (si qui adsint) scriptorum, qui nostrorum patrum separatam rationem habent, si ipsorum disputatio totam spectat rem, quam singulis capitibus de singulis catechetis exponendam habemus, nostrae singulorum catechetarum tractationi quovis in capite nomina praemittemus.

*) Ut apud Origenem versio ista nova a vetere (vel Rufini vel aliorum), quam iis locis dare nos oportet, qui latine tantummodo supersunt, accurate distinguatur, veterem non inducemus usitatis signis „....", sed conversis "....„. Idem dicendum est de Didymo, cujus Enarrationum et Librorum de spiritu sancto nihil nisi versionem veterem latinam habemus, et de Clemente Adumbrationum causa.

CAPUT PRIMUM.
C R I T I C A.

ATHENAGORAS.

Neque de Veteris, neque de Novi Teſtamenti canone Athenagoras ſeparatim verba fecit, ſicuti etiam de ſingulorum fide librorum nihil retulit; et ſi V. T. libros in citandis dictis nominat, ne id quidem in N. T. agit, praeterquam quod duo epiſtolarum ad Corinthios dicta apoſtolica appellat de reſurr. c. 16. p. 202 (ubi, allegato loco 1 Cor. XV, 53 ſub formula *κατὰ τὸν ἀπόστολον*, pergit ex 2 Cor. V, 10: *ἕκαστος κομίσεται δικαίως, ἃ διὰ τοῦ σώματος ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθά, εἴτε κακά*). Ceteros, quos tangit, N. T. locos (veluti Joh. X, 30. 38 apolog. cap. 9. p. 38; Matth. V, 44 apol. c. 11; Matth. XIX, 9 et V, 27. apol. c. 27) nec laudat ut Novi Teſtamenti, nec probandi conſilio affert; vid. Lardneri libr. celeberrimum de fide hiſt. ev. ſcript. (Credibility of the goſpel-hiſtory) P. II. lib. 16. cap. 17.

Ad criticam ad ſingula N. T. verba pertinentem Griesbachius in editione ſua N. T. Athenagorae ſcriptis uſus eſt.

PANTAENUS.

Tantummodo de epiſtola ad Hebraeos Pantaeni judicium ad nos delatum eſt (quanquam et in hiſtoria evangelii Matthaei nomen ejus memorandum; inveniſſe enim apud „Indos" Pantaenus dicitur ab Euſebio hiſt. eccl. V, 10 evangelium Matthaei hebraice conſcriptum, a Bartholomaeo apoſtolo in regione illa relictum). Epiſtolam ad Hebraeos aperte Paulinam habuit eamque, inſcriptione (ad Hebraeos) praeditam, ſine Pauli nomine Chriſtianis Hieroſolymitanis et Palaeſtinis hebraice loquentibus miſſam, id quod ex his Clementi Alex. verbis, quae apud Euſebium hiſt. eccl. VI, 14 de beat

fene facit, quem a Clemente Pantaenum intellectum esse inter omnes constat, ex hisce igitur verbis dilucide apparet: *Ἤδη δὲ ὡς ο μακάριος ἔλεγε πρεσβύτερος, ἐπεὶ ὁ κύριος, ἀπόστολος ὢν τοῦ παντοκράτορος, ἀπεστάλη πρὸς Ἑβραίους, διὰ μετριότητα ὁ Παῦλος, ὡς ἂν εἰς τὰ ἔθνη ἀπεσταλμένος, οὐκ ἐγγράφει ἑαυτὸν Ἑβραίων ἀπόστολον· διά τε τὴν πρὸς τὸν κύριον τιμήν, διά τε τὸ ἐκ περιουσίας καὶ τοῖς Ἑβραίοις ἐπιστέλλειν ἐθνῶν κήρυκα ὄντα καὶ ἀπόστολον.*

CLEMENS.

Critice, quae de canone librorum sacrorum et rebus huc spectantibus agit, multum Clementis testimoniis debet. Quod ad Vetus Test. pertinet (de versione LXX interprr. cf. Strom. lib. I. cap. 22. p. 409 sq.), repetit Clemens Strom. lib. I. cap. 21. p. 392 narrationem de Esdra, librorum V. T. restitutore (*Ἔσδρα . ., δι' ὃν . . . ὁ τῶν θεοπνεύστων ἀναγνωρισμὸς καὶ ἀνακαινισμὸς λογίων*). Memoratu autem dignius est, a Clemente apocryphos V. T. libros haud minoris aestimari videri, quam canonicos, id quod jam Eusebius notavit hist. eccl. VI, 13 ipsiusque Clementis scripta confirmant. Liber Tobiae Clementi est *τῆς γραφῆς* (Strom. II, 23, 503; VI, 12, 791); promiscue cum pluribus V. T. locis allegatur Judith. VIII, 27 Strom. II, 7, 447; liber sapientiae, *ἡ θεία σοφία* (Strom. IV, 16, 609), tribuitur Salomoni (Strom. VI, 14, 795) annumeraturque libris *τῆς γραφῆς* (Str. V, 14, 714), sicuti etiam liber Siracidae (Paedagog. lib. I. cap. 8. p. 139) isque saepissime laudatus (veluti l. l. p. 135. 137. 138. 139 bis, 140. 141 cet.). Libri Baruci locus inducitur his verbis: (*ὁ κύριος*) *διὰ Ἱερεμίου τὴν φρόνησιν ἐξηγεῖται* (Paed. I, 10, 152); alius hisce: (*Ὁ Παιδαγωγὸς*) *παρακαλεῖ διὰ τοῦ Ἱερεμίου* (ibidem), idemque liber *θεία γραφὴ* nominatur (Paed. II, 3, 189). In eclogis ex scripturis propheticis etiam trium adolescentium doxologia in fornace igneo *γραφὴ* vocatur (cap. 1. p. 989). Quin imo ex quarto libro Esrae, qui est ex pseudepigraphis V. T., laudat Clemens caput V, 35 verbis: *Ἔσδρας ὁ προφήτης λέγει* (Strom. III, 16. p. 556). Ceterum Vetus T. eodem, quo Novum, loco a Clemente habetur, qui Strom. III, 10, 543 *νόμος τε*, ait, *ὁμοῦ καὶ προφῆται, σὺν*

καὶ τῷ εὐαγγελίῳ, ἐν ὀνόματι Χριστοῦ εἰς μίαν συνάγοντας γνῶσιν.

Novum Teftamentum Clemens in duas dividit partes: εὐαγγέλιον et ἀπόστολος five ἀπόστολοι (Str. V. 5, 664; VI, 11, 784; VII, 3, 836). Singula evangelia vel potius quatuor illas partes unius εὐαγγελίου (fcilicet τοῦ Χριστοῦ, minime apoftolorum) ita citat, uti antiquiffimi patres ea citare folent, nempe εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον (Strom. I, 21, 409), κατὰ Λουκᾶν (ib. p. 407) cet. Quatuor noftra agnofcit evangelia canonica, quorum quidem de auctoritate nihil dicit, quippe quam fui homines perfuafam fibi habuerint, fed de origine, confequentia et nexu nonnulla tradit in Hypotypofibus (unde Eufebius ea nobiscum communicavit) ex traditionibus, ἃς ἔτυχε παρὰ τῶν ἀρχαίων πρεσβυτέρων ἀκηκοὼς παραδόσεις (Eufeb. h. e. VI, 13. p. 412 ed. Zimmermann., cf. c. 14. p. 413). „Dicebat (vid. Eufeb. l. l. c. 14), ex evangeliis prius fcripta effe illa, quae feriem generis dominici continent. Marci autem evangelium ex hujusmodi occafione fcriptum fuiffe. Cum Petrus in urbe Roma verbum Dei publice praedicaffet, et fpiritu fancto afflatus evangelium promulgaffet, multi, qui aderant, Marcum cohortati funt, utpote qui Petrum jamdudum fectatus fuiffet, et dicta ejus memoria teneret, ut, quae ab apoftolo praedicata erant, confcriberet. Marcus igitur evangelium compofuit, iisque, qui illud ab ipfo rogabant, impertiit. Quod cum Petrus compeтiffet, nec prohibuit omnino rem fieri, nec ut fieret incitavit *). At Johannes omnium poftremus, cum videret in aliorum evangeliis ea, quae ad corpus pertinent (τὰ σωματικά), tradita effe, ipfe divino fpiritu afflatus fpiritale evangelium (πνευματικὸν εὐ.) familiarium fuorum rogatu con-

*) Eadem de Marci evangelio narrantur a Clemente in Adumbrationibus in 1 Petri V, 14. (quas partem fuiffe Potterus p. 1006 autumat ὑποτυπώσεων Clementinarum, e verfione et cenfura Caffiodori) p. 1007 hisce verbis: "Marcus, Petri fectator, palam praedicante Petro evangelium Romae coram quibusdam Caefareanis equitibus, et multa Chrifti teftimonia proferente, penitus ab eis ut poffent quae dicebantur memoriae commendare (!), fcripfit ex his, quae Petro dicta funt, evangelium quod fecundum Marcum vocitatur.„

ſcripſit." (Commemorat quoque Clemens **evangelium Hebraeorum.** Dicit enim Strom. II, 9, 453: ἡ κἂν τῷ καθ' Ἑβραίους εὐαγγελίῳ, Ὁ θαυμάσας βασιλεύσει, γέγραπται, καὶ ὁ βασιλεύσας ἀναπαυθήσεται, quod neque in Matthaeo noſtro, neque in alio noſtrorum evangeliorum dictum reperitur. Diſtinguit a noſtris evangeliis etiam **evangelium Aegyptiorum** (Str. III, 13, 553: πρῶτον μὲν οὖν ἐν τοῖς παραδεδομένοις ἡμῖν τέτταρσιν εὐαγγελίοις οὐκ ἔχομεν τὸ ῥητὸν, ἀλλ' ἐν τῷ κατ' Αἰγυπτίους), de quo conf. quoque H. Olshauſenii V. V. Echtheit der vier canon. Evv. etc. p. 98 ſq.)

Acta apoſtolorum a Clemente Lucae tribuuntur (Strom. V, 12, 696; Adumbratt. in 1 Petri V, 14. p. 1007; apud Euſeb. h. e. VI, 14). Pariter pro omnibus fere **Pauli epiſtolis** teſtimonia apud Clementem inveniuntur. Ita epiſtolam ad Romanos Paulo apoſtolo dat Paed. I, 8, 140; Strom. III, 11, 544; priorem ad Corinthios Paed. I, 6, 117; poſteriorem Str. III, 11, 544; IV, 16, 607. 8; ep. ad Galatas Str. III, 15, 556; ad Coloſſenſes Str. VI, 8, 771; ad Philippenſes Paed. I, 6, 129; priorem ad Theſſalon. Paed. I, 5, 109; priorem ad Timotheum Cohortat. cap. 9. p. 71; Strom. I, 27, 424; II, 6, 444; III, 6, 534 al.; poſteriorem Str. I, 1, 317; 11, 346; V, 1, 646, et ep. ad Titum Str. I, 14, 350. Epiſtolam ad Epheſios et poſteriorem ad Theſſ. nominatim quidem Paulo non tribuit, verumtamen apoſtolo illam Cohort. 9, 69; Str. I, 28, 425; III, 4, 524; hanc Str. V, 6, 655, illamque eidem apoſtolo, cui poſteriorem ad Cor. Paed. I, 5, 108. Epiſtolam ad Philemonem nusquam commemorat, **epiſtolam ad Hebraeos** vero in Hypotypoſibus (Euſeb. h. e. VI, 14) „Pauli quidem eſſe affirmat, ſed hebraico ſermone utpote ad Hebraeos primum ſcriptum fuiſſe; Lucam vero eandem Graeco ſermone ſtudioſe interpretatum, graecis hominibus edidiſſe. Quare in epiſtola et in actibus apoſtolorum eundem dictionis colorem reperiri. Hanc autem inſcriptionem „„Paulus apoſtolus"" recte atque ordine omiſſam fuiſſe obſervat. Cum enim Hebraeis ſcriberet, qui ſiniſtram de ipſo opinionem multo ante combiberant ipſumque ſuſpectum habebant: prudenti conſilio uſus, illos absterrere ſtatim ab initio appoſita

nominis sui inscriptione noluit." Cf. Adumbratt. in 1 Petri V, 14. p. 1007. Quare laudat etiam hanc epistolam tanquam Paulinam Str. VI, 8, 771. Aliquod nobis quidem ignotum Pauli dictum commemorat Clemens Str. VI, 5, 761, vel ex traditione vel e libro quodam apocrypho. Haec enim esse ait Pauli verba: *Λάβετε καὶ τὰς ἑλληνικὰς βίβλους· ἐπίγνωτε Σίβυλλαν, ὡς δηλοῖ ἕνα θεὸν καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι· καὶ τὸν Ὑστάσπην λαβόντες ἀνάγνωτε, καὶ εὑρήσετε πολλῷ τηλαυγέστερον καὶ σαφέστερον γεγραμμένον τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ καθὼς παράταξιν ποιήσουσι τῷ Χριστῷ πολλοὶ βασιλεῖς, μισοῦντες αὐτὸν καὶ τοὺς φοροῦντας τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τοὺς πιστοὺς αὐτοῦ, καὶ τὴν ὑπομονὴν, καὶ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ.* „Deinde," Clemens pergit, „uno verbo nos interrogat": *Ὅλος δὲ ὁ κόσμος καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ τίνος, οὐχὶ τοῦ θεοῦ;*

Nomen epistolarum catholicarum (quod nostris Clemens non indit epistolis catholicis, — de quibus quid statuat jam paucis inquiremus) Clemens videtur interpretari tanquam epistolarum omnium apostolorum, qui epistolas reliquerunt, id quod ex eo perspicuum fit, quod epistolam illam a concilio apostolorum conscriptam (Act. XV, 23) *τὴν ἐπιστολὴν καθολικὴν τῶν ἀποστόλων ἁπάντων* appellat Str. IV, 15, 606. Omnes f. f. libros interpretatus esse dicitur ab Euseb. h. e. VI, 14 in Hypotyposibus, *μηδὲ* — Eusebius ait — *τὰς ἀντιλεγομένας παρελθών· τὴν Ἰούδα λέγω καὶ τὰς λοιπὰς καθολικὰς ἐπιστολάς κ. τ. λ.* Superest interpretatio prioris Petri epistolae (Adumbratt. p. 1006. 7) hancque diserte Petro tribuit Str. III, 11, 544; idem dicendnm est de prima et secunda epistola Johannis (Adumbratt. p. 1009—11; cf. Str. II, 15, 464). An tertiam quoque Johannis epistolam sumpserit, ex his verbis Str. II, 15: *φαίνεται δὲ καὶ Ἰωάννης ἐν τῇ μείζονι ἐπιστολῇ κ. τ. λ.* colligi nequit. De epistola Jacobi et posteriore Petri nihil certi constat, quanquam Str. VI, 18, 825 Clemens locum Jacobi II, 8, et Cohort. 10, 83. 2 Petri II, 2 et Paed. III, 12, 806. 2 Petri IV, 8 intellexisse videatur. Superest denique interpretatio epistolae Judae (Adumbr. p. 1007. 8), Judae quoque diserte datae Paed. III, 8, 280; Strom. III, 2, 515; Adumbr. p. 1007 (cf. Euseb. h. e. VI, 14).

Apocalypſin noſtram Clemens Johanni tribuit Str. VI, 13, 793 eique apoſtolo Paed. II, 12, 242. Cf. Eichhornii V. Cel. Einleit. ins N. T. vol. II. p. 399 ſq.

Eodem fere loco, quo hi N. T. libri canonici, ſunt etiam nonnulli apocryphi a Clemente habiti, v. c. τὸ κήρυγμα Πέτρου Str. VI, 5, 750. 61; 6, 764; 15, 804, Hermae Paſtor Str. I, 29, 426, epiſtola Barnabae („apoſtoli" Str. II, 7, 447, „apoſtolici" Str. II, 20, 489) Str. II, 7, 447; V, 10, 683 al. — Memoratu denique haud prorſus indignum videtur, a Clemente non modo dicta ex prophetis excerpta (cf. Str. III, 4, 528), verum etiam majores evangeliorum epiſtolarumque lectiones (Str. IV, 9, 596; VII, 14, 883) περικοπὰς vocitari.

Quod attinet ad criticam ſingula ad librorum ſacrorum verba ſpectantem, Clemens minime quidem textum receptum ſecundum regulas criticas examinavit atque emendavit; tamen opera ſua utiliſſima nobis ſunt, quippe quae (ut quam V. T. Alexandrina verſio inde capere poſſit utilitatem praetereamus) multorum N. T. locorum verba ita nobis tradant, uti ea ſecundo et tertio p. Chr. ſeculo Alexandriae haberentur, quae igitur partem τῆς κοινῆς ἐκδόσεως vel (judice Scholzio) corruptae editionis Alexandrinae (queſtus autem ipſe eſt Clemens de corruptione textus N. T. eo, quo hominum τῶν μετατιθέντων τὰ εὐαγγέλια mentionem facit loco, Str. IV, 6. p. 582) nobis praebeant gratiſſimam. Neque vero eſt, quod intercedentem noſtras inter N. T. editiones et Clementem lectionum varietatem h. l. accuratius exponamus, cum Griesbachius eam tum in editione N. T., tum in ſymbolis criticis Tom. II. („Novi Teſt. loci ab Origene et Clemente Alex. in ſcriptis eorum, quae graece ſuperſunt, allegati, cum textu vulgari collati") p. 227—620, jam tradiderit maximeque perſpicua hujus rei exempla congeſſerit Hugius V. V. Einleit. ins N. T. P. I. p. 128. 132 ſqq. 144. 164 ſq. 171 ſqq. 180.

ORIGENES.

Ordimur ab ea critices parte, quae in disquirendo de canone et authentia (cet.) librorum ſacrorum verſatur. Diſerte Origenes inter canonicos et apocry-

phos libros diftinguit; cfr. Prolog. in Cant. Cant. Opp. vol. III. p. 36 ("quae fcripturis, quas canonicas habemus, nusquam legimus; in apocryphis tamen inveniuntur„) et Commentarior. feries in Matth. §. 117. Opp. III. p. 916 ("in nullo regulari libro hoc pofitum invenitur, nifi in fecretis Eliae„). Canonicos etiam nominat publicas fcripturas (in Matth. l. l.), *κοινὰ καὶ δεδημοσιευμένα* (quibus opponit *ἀπόκρυφα*) *βιβλία* (Comm. in Matth. Tom. X. Opp. vol. III. p. 465).

Veteris Teft. canonicos libros Origenes ftatuit, in expofitione primi pfalmi, effe XXII, — uti Eufebius narrat h. e. VI, 25, — nempe V libros Mofis, VI. Jofuam, VII. Judices et Ruth., VIII. 1. 2 Regum, IX. 3. 4 Regum, X. 1. 2 Chronic., XI. 1. 2 Esdrae (lib. II. Efrae eft nofter Nehemiae liber), XII. Pfalmos, XIII. Proverbia, XIV. Ecclefiaft., XV. Canticum Canticorum, XVI. Jefaiam, XVII. Jeremiam cum lamentationibus et epiftola, XVIII. Daniel., XIX. Ezechiel., XX. Iobum, XXI. Efther. Quod hic viginti tantummodo libri et unus nominantur, omiffo minorum prophetarum libro, error verifimiliter is eft eorum, qui Eufebii fcripta calamo exceperunt. Ex fcriptis V. T. apocryphis nullum hoc loco Origenes libris canonicis annumeravit praeter librum Baruci fub nomine epiftolae Jeremiae. Neque tamen noftros libros apocryphos rejicit, fed fi minus a Judaeis, certe a Chriftianis honorandos eos effe dicit. "Illud enim„, inquit prolog. in Cant. Cant. vol. III. p. 36, "palam eft, multa vel ab apoftolis, vel ab evangeliftis exempla effe prolata et Novo Teft. inferta, quae in his fcripturis, quas canonicas habemus, numquam legimus, in apocryphis tamen inveniuntur, et evidenter ex ipfis oftenduntur affumpta.„ Dubitare quidem videtur de authentia libri fapientiae tanquam Salomonis (Prolog. in Cant. Cant. Opp. vol. III. p. 19), tamen *θεῖον λόγον* eum nominat contra Celfum lib. III. §. 72. vol. I. p. 494. Judithae et Tobiae libris Chriftianos uti ait (epiftola ad Africanum vol. I. p. 26), etfi hi libri neque in canone Hebraeorum, neque inter apocryphos hebraice exftent. Siracidae librum inducit ut *θεῖον λόγον* (c. Celfum VIII, 50. vol. I, 778), defendit fidem hiftoriae de Sufanna (ep. ad Africanum vol. I. p. 7 fqq., ubi hiftoriam Sufannae veram cenfet et genuinam libri Danielis

esse partem, et suspicatur, eam olim in hebraicis exemplaribus exstitisse, sed ab Judaeis ex scripturis esse subtractam, argumenta vero interna, ab Africano isti sententiae opposita, conatur refutare), et statim post traditos canonicos libros Maccabaeorum commendat (apud Eusebium l. l.) verbis: *ἔξω δὲ τούτων ἐστὶ τὰ Μακκαβαϊκὰ, ἅπερ ἐπιγέγραπται Σαρβὴθ Σαρβανὲ ἔλ*, quorum auctoritatem etiam haec verba confirmant (de principiis lib. II. cap. 1. §. 5. vol. I. p. 79): "Ut ex scripturarum auctoritate hoc ita se habere credamus, audi quoque in Maccabaeorum libris.„ Henoci vero librum dubiae esse fidei dicit (Commentar. in Joh. vol. IV. p. 142), atque aperte rejicit c. Cels. V, 54. vol. I, 619.

Veteris autem Test. libris auctoritate haud minora esse dicit Novi Test. scripta Comm. in Joh. T. 1. §. 4. vol. IV, 4 (apud Huetium II, 4) (*τῶν φερομένων γραφῶν καὶ ἐν πάσαις ἐκκλησίαις θεοῦ πεπιστευμένων εἶναι θείων, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις λέγων πρωτογέννημα μὲν τὸν Μωϋσέως νόμον, ἀπαρχὴν δὲ τὸ εὐαγγέλιον· μετὰ γὰρ τοὺς πάντας τῶν προφητῶν καρποὺς, τῶν μέχρι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, ὁ τέλειος ἐβλάστησε λόγος*) et c. Cels. III, 45. vol. I, 476 (*ὅτι βούλεται ἡμᾶς εἶναι σοφοὺς ὁ λόγος, δεικτέον καὶ ἀπὸ τῶν παλαιῶν καὶ Ἰουδαϊκῶν γραμμάτων, ἢ οἷς καὶ ἡμεῖς χρώμεθα, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν μετὰ τὸν Ἰησοῦν γραφέντων καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις θείων εἶναι πεπιστευμένων*). Quare utrumque uno vocabulo *διαθήκης* nominat, et novum quidem *τῆς καινῆς διαθήκης* (de princ. IV, 1. vol. I, 156), cujus partes esse dicit *εὐαγγέλιον* et *ἀπόστολον* (homilia XIX. in Jerem. vol. III. p. 264). Jam vero cum librorum sacrorum tres distinxerit classes Commentar. in Joh. T. XIII. vol. IV, 226, ubi de praedicatione Petri loquitur: *πολύ ἐστι νῦν ἐξετάζοντας καὶ περὶ τοῦ βιβλίου, πότερόν ποτε γνήσιόν ἐστιν, ἢ νόθον, ἢ μικτόν*: videamus, quid de singulis N. T. libris statuerit.

Quatuor nostra evangelia non modo Origenem, quod nemo dubitat, sed jam Celsum habuisse, satis apparet e libris Origenis contra Celsum et demonstravit H. Olshausenius Echth. der Evv. etc. p. 341—355. Praeterea de evangeliis apud Eusebium h. e. VI, 25 in primo libro expositionum in Matthaeum haec noster dicit: „Sicut ex traditione accepi de quatuor

evangeliis, quae ſola in univerſa Dei eccleſia; quae ſub coelo eſt, citra controverſiam admittuntur: primum ſcilicet evangelium ſcriptum eſſe a Matthaeo, prius quidem publicano, poſtea vero apoſtolo Jeſu Chriſti, qui illud hebraico ſermone conſcriptum Judaeis ad fidem converſis publicavit. Secundum fuiſſe accepimus evangelium Marci, qui, prout Petrus ipſi expoſuerat, in literas retulit. Atque iccirco Petrus in epiſtola catholica eum filium ſuum agnoſcit. . . Tertium evangelium Lucae, quod a Paulo commendatur, in gratiam gentilium conſcriptum. Poſtremum vero evangelium Johannis "(de quo apud Euſebium l. l. in libro V. expoſitionum in Joh. „Jam vero," ait, „quid dicendum eſt de eo, qui in ſinu Chriſti recubuit, Johanne? Qui quidem unum reliquit evangelium, tametſi fateatur (Joh. XXI, 25), tot ſe libros ſcribere potuiſſe, quot nec orbis ipſe terrarum poſſet continere."). Conſtat igitur de ordine, quo de Origenis ſententia evangelia noſtra ſcripta ſint, praeſertim cum eadem fere inveniantur in Origenis homil. VII. in Joſuam vol. II. p. 412: "Sacerdotali tuba primus in evangelio ſuo Matthaeus increpuit, Marcus quoque, Lucas et Johannes ſuis ſingulis tubis ſacerdotalibus cecinerunt.„ Pariter apparet, evangelium Matthaei Origene judice hebraice ſcriptum eſſe, quam eandem ſententiam retractare noſter videtur, ubi Hebraeis id ſcriptum eſſe dicit, Comm. in Joh. Tom. VI. §. 17. vol. IV, 132 (*ἀρξάμενοι ἀπὸ τοῦ Ματθαίου, ὃς καὶ παραδέδοται πρῶτος τῶν λοιπῶν τοῖς ἑβραίοις ἐκδεδωκέναι εὐαγγέλιον, τοῖς ἐκ περιτομῆς πιστεύουσιν*) et Comm. in Joh. praef. ap. Huetium vol. II. p. 5. D. Neque vero ipſe hebraicum illum Matthaeum videtur poſſediſſe; ubi enim de integritate loci Matth. XIX, 19 dubitat (in Matthaeum Comm. vol. III, 671), non in mentem ſibi venit, textum hebraicum conſulere. Plurimi autem omnium duxit Origenes evangelium Johannis. „Majores," inquit praef. in Joh. ap. Huet. II. p. 5. E, „perfectioresque de Jeſu ſermones reſervat. Nullus enim illorum adeo pure manifeſtavit illius divinitatem, ut Johannes, quippe qui inducat illum dicentem: Ego ſum lux mundi; ego ſum via, veritas et vita; ego ſum reſurrectio, ego ſum oſtium, ego ſum paſtor bonus." Praeter haec evangelia canonica commemorat quoque Orige-

nes evangelium Hebraeorum, *καθ' Ἑβραίους*. Omnino quidem distinguit id ab evangelio Matthaei minorisque illud aestimat (Tom. XV. §. 14. Comm. in Matth. vol. III, 671: "Scriptum est in evangelio quodam, quod dicitur secundum Hebraeos, si tamen placet alicui suscipere illud non ad autoritatem, sed ad manifestationem propositae quaestionis. Dixit, inquit, ad eum alter divitum: magister quid bonum faciens vivam? Dixit ei: homo leges et prophetas fac. Respondet ad eum: feci. Dixit ei: vade, vende omnia quae possides et divide pauperibus et veni, sequere me. Coepit autem dives scalpere caput suum et non placuit ei, et dixit ad eum dominus: Quomodo dicis legem feci et prophetas, quoniam scriptum est in lege: diliges proximum tuum sicut te ipsum, et ecce multi fratres tui, filii Abrahae, amicti sunt stercore, morientes prae fame, et domus tua plena est multis bonis, et non egreditur omnino aliquid ex ea ad eos? Et conversus dixit Simoni discipulo suo, sedenti apud se: Simon, fili Joanne, facilius est camelum intrare per foramen acus, quam divitem in regnum coelorum „; Tom. II. in Joh. vol. IV, 63 — ap. Huet. II, 58 —: *ἐὰν δὲ προςίεταί τις τὸ καθ' ἑβραίους εὐαγγέλιον, ἔνθα αὐτὸς ὁ σωτήρ φησιν· ἄρτι ἔλαβέ με ἡ μήτηρ μου, τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἐν μιᾷ τῶν τριχῶν μου, καὶ ἀπένεγκέ με εἰς τὸ ὄρος τὸ μέγα Θαβώρ.* Cf. homil. XV in Jerem. vol. III, 224); neque tamen inde concludi licet, evangelium Hebraeorum esse non posse corruptum Matthaeum (cf. Olshausen. Echth. d. Evv. p. 76 sq. 85), nec satis constat, Origenes ipse possederit evangelium Hebraeorum necne (ibid. p. 87 sq.). De evangelio *τῶν* XII nihil diserte dicit vol. III, 932; clare autem rejicit *διδαχὴν* (verisimillime i. q. *κήρυγμα*) *Πέτρου* de princ. prooem. vol. I, 49 atque evangelia Thomae, Matthiae, Aegyptiorum et Basilidis (homil. I in Luc. vol. III, 933).

Acta apostolorum Lucae Origenes dat apud Eusebium h. e. VI, 25 et homil. VII in Jos. vol. II, 412, eodemque loco posteriori XIV epistolas Paulo apostolo ("et Lucas apostolorum gesta describens „ — scil. addit tuba canere —. "Novissime autem ille veniens, qui dixit, puto aut nos Deus novissimos apostolos ostendit, et in quatuordecim epistolarum suarum fulminans tubis muros Hiericho et omnes idololatriae

machinas et philofophorum dogmata usque ad fundamenta dejecit.„). De XII epiftolis Paulinis (omnibus praeter epp. ad Philem. et Hebr.) tot Origenis dicta teftantur, ut fingula enumerare fupervacuum fit (cf. Tom. V. in Joh. apud Eufeb. h. e. VI, 25: „Is, quem Deus idoneum reddidit, qui novi teftamenti minifter effet, non litera et verbis tenus, fed fpiritus ipfius, — *οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος,* — Paulus fcilicet, qui ab Hierofolymis et finitimis locis usque ad Illyricum evangelium adimplevit, non omnibus ecclefiis, quas docuerat, fcripfit, fed et iis, quibus fcripfit, paucas admodum lineas exaravit"); praeterea etiam ad Philemonem epiftola Paulo adfcribitur homil. XIX in Jerem. §. 2. vol. III, 263. Reftat, ut Origenis de epiftola ad Hebraeos fententiam paucis exponamus. In homilia in ep. ad Hebr. Origenes fecundum Eufebium l. l. haec dixit: „Stylus epiftolae, quae infcribitur ad Hebraeos, caret illa fermonis rufticitate, quae propria eft apoftoli, quippe qui rudem atque imperitum fefe confiteatur in fermone, id eft in forma ac ratione dicendi. Verum epiftola illa in verborum compofitione majorem praefert graeci fermonis elegantiam, ut fatebitur quisquis de ftyli differentia perite judicare poteft; et praeterea fententias continet admirabiles, nec fcriptis apoftolicis inferiores; atque id veriffimum effe affentientur, quicunque apoftolorum fcripta attente perlegerint... Ego vero ita cenfeo: fententias quidem ipfas apoftoli effe, dictionem autem et compofitionem verborum effe alterius cujusdam, qui dicta apoftoli commemorare, et quafi in commentarios redigere voluerit ea, quae a magiftro audiverat. Proinde fi quae ecclefia hanc epiftolam pro Paulina habet, eo nomine laudetur. Neque enim temere majores eam Pauli effe tradiderunt. Quis autem revera illam fcripferit, foli Deo notum effe opinor; fed fcriptores, quorum monumenta ad nos usque pervenerunt, partim Clementi Romanae urbis epifcopo eam adfcribunt, partim Lucae, qui evangelium et actus apoftolorum literis prodidit." Attamen, priva opinione miffa, in fcriptis Paulinam hanc epiftolam nominare non dubitat, v. c. Comm. in Joh. T. I. praefat. ed. Huet. II, 5. E; Comm. in Joh. Tom. II. vol. IV, 60 (ap. Huet. II, 57). 174; epiftola ad Africanum vol. I, 19. 20 originem

Paulinam contendit commemorata dissentientium opinione; et alibi, uti diximus, XIV epistolas Paulinas agnoscit.

Ex epistolis catholicis, quas dicimus (nomen autem istud, quod, — sicut Clemens, — imponere videtur omnium apostolorum epistolis — cf. c. Cels. I, 63: *γέγραπται δὲ ἐν τῇ Βαρνάβα* (qui illo tempore apostolus haberi solebat) *καθολικῇ ἐπιστολῇ*, — Origenes diserte non omnibus nostris catholicis epistolis, sed priori tantum Petri et primae Johannis (necnon semel Judae) indit T. XVII. in Matth. v. III, 797; T. IX. in Jerem. ib., 181; T. II. in Joh. vol. IV, 76; ib. T. XX. p. 323; cf. in Joh. p. 135), apud Eusebium h. e. VI, 25, ubi epistolarum Jacobi et Judae immemor est, posteriorem Petri et alteram et tertiam Johannis dubitationibus nonnullorum obnoxias esse dicit his verbis: „Petrus .. unam duntaxat omnium consensu receptam reliquit epistolam; *ἔστω δὲ καὶ δευτέραν· ἀμφιβάλλεται γάρ*. .. Johannes .. scripsit epistolam admodum brevem: *ἔστω δὲ καὶ δευτέραν καὶ τρίτην· ἐπεὶ οὐ πάντες φασὶ γνησίους εἶναι ταύτας· πλὴν οὐκ εἰσὶ στίχων ἀμφότεραι ἑκατόν.*" Neque tamen ipse his verbis diserte dubitat, et praeterea posterioris Petri epistolae interdum mentionem facit in homiliis (veluti in Levitic. hom. IV. vol. II, 200; in Num. hom. XIII. ib. 321). Neque epistolis Jacobi et Judae canonicam auctoritatem detraxit. Dubitat quidem de epistola Jacobi Com. in Joh. T. XIX. vol. IV, 306 (ap. Huet. II, 284) verbis: *ἐὰν δὲ λέγηται μὲν πίστις, χωρὶς δὲ ἔργων τυγχάνῃ, νεκρά ἐστιν ἡ τοιαύτη, ὡς ἐν τῇ φερομένῃ Ἰακώβου ἐπιστολῇ ἀνέγνωμεν·* sed homil. XIII. in Genes., III. et VIII. in Exod., II. in Levit., Comm. in ep. ad Rom. cap. 5 e versione Rufini divina Jacobi apostoli epistola nominatur. Similiter de epistola Judae Comm. in Matth. XXII, 23. vol. III, 814 ait quidem: *εἰ δὲ καὶ τὴν Ἰούδα πρόςοιτό τις ἐπιστολὴν, ὁράτω τί ἕπεται τῷ λόγῳ·* at de princ. I, 2. vol. I, 138 ascensionis Mosis dicit meminisse in ipsius epistola apostolum Judam; in Comm. in ep. ad Rom. vol. IV, 549 habet: "Judas apostolus in epistola catholica dicit„, et Comm. in Matth. XIII, 55. vol. III, 463 diserte: *Ἰούδας*, inquit, *ἔγραψεν ἐπιστολὴν, ὀλιγόστιχον μὲν, πεπληρωμένην δὲ τῶν τῆς οὐρανίου χάριτος ἐῤῥωμένων λόγων.* Et ita quidem non est quod magnopere mireris, omnes nostras epistolas catholi-

cas Origeni probari homil. VII. in Jos. §. 1. vol. II, 412 haec verba facienti: "Petrus etiam duabus epistolarum suarum personat tubis: Jacobus quoque et Judas. Addit nihilominus adhuc et Johannes tuba canere per epistolas suas„ etc. Omnes igitur nostras catholicas epistolas canonicas Origenes habere videtur; praeterea vero etiam de aliis epistolis verecunde loquitur. Barnabae epistolam nominat catholicam c. Cels. I, 63. vol. I, 378, Clementisque haud mediocriter laudat Comm. in Joh. vol. IV, 153; de princ. II, 3, 6. vol. I, 82.

Apocalypsin Johannis illo homiliae VII. in Josuam loco (verbis: "Addit .. Johannes tuba canere per epp. suas et apocalypsin„) et permultis praeterea aliis locis vere canonicam noster praedicat. Ita apud Eusebium h. e. VI, 25: *ἔγραψε δὲ καὶ* (*Ἰωάννης*), ait, *τὴν ἀποκάλυψιν, κελευσθεὶς σιωπῆσαι καὶ μὴ γράψαι τὰς τῶν ἑπτὰ βροντῶν φωνάς·* Comm. in Matth. T. XVI. vol. III, 719. 720: *Ἰωάννης .. φάσκων ἐν τῇ ἀποκαλύψει ταῦτα .. καὶ ἔοικε τὴν ἀποκάλυψιν ἐν τῇ νήσῳ* (*Πάτμῳ*) *τεθεωρηκέναι·* Comm. in Joh. T. I. vol. IV, 16 (Huet. II, 14): *φησὶν οὖν ἐν τῇ ἀποκαλύψει ὁ τοῦ Ζεβεδαίου Ἰωάννης·* ib. T. II. ed. Huet. p. 50: *ὁ αὐτὸς δὲ Ἰωάννης ἐν τῇ ἀποκαλύψει,* alibi.

Restat, ut de Hermae Pastore pauca adjungamus. Hunc librum, quem eidem tribuit, cujus Rom. XVI, 13 mentio fit, divinitus inspiratum esse Origenes censet Comm. in ep. ad Rom. lib. X. vol. IV, 683, et usitatum eum quidem dicit, neque tamen omnibus ut divinum probatum Comm. T. XIV. in Matth. vol. III, 644; homil. VIII. in Numer. vol. II, 294.

Jamjam convertamur ad eam criticae partem, quae in singulis verbis versatur. Quod ad Vetus Test. pertinet, criticum opus confecit Origenes immortalis nominis, biblia hexaplaria. (Tetrapla, id quod satis constat, ab hexaplis re non differunt; erant enim ita disposita, ut prima columna exhiberet versionem Aquilae, altera Symmachi, tertia LXX interpretum, quarta denique Theodotionis. Nimirum versionem *τῶν ό* tertio loco posuit Origenes, ut ad eam, quam omnium existimabat esse accuratissimam (licet,

multis locis corruptam, Comm. in Matth. T. XV. vol. III, 671), reliquae facilius exigi et examinari possent. In hexaplis eaedem versiones eodem ordine erant collocatae, sed ita, ut prima columna textum hebraicum hebraicis literis sine punctis vocalibus, secunda eundem textum hebraicum literis graecis descriptum exhiberet. Aliquando adjecit quintam et sextam versionem seu editionem Hierichuntinam et Nicopolitanam in iis libris, quorum hae versiones exstabant, unde Octapla exorta sunt, quae neutiquam peculiare aliquod et ab hexaplis distinctum opus constituebant. Imo et aliquando septima editio graeca addita fuit, quae nonam occuparet columnam, quamvis nomen Enneaplorum non inveniatur.) Critica Origenis opera haec fuit: „Textui τῶν ὁ (utor verbis Morini in exercitt. bibl. ed. Paris. 1669, fol., exerc. IV. cap. 1. p. 87 sqq.) sub asterisco (※) inseruit, quae textus hebraeus addebat; additamentorum autem istorum interpretationem a Theodotionis versione mutuatus est, eo quod verba versionisque stylus ad LXX interpretum ceteris propius accedant. At obelo (÷) notavit, quae LXX textui hebraeo addebant." (Praeterea etiam judice Epiphanio de ponderibus et mensur. c. 17 lemniscis (—:—) et hypolemniscis (—.—) Origenes usus est. Quae his de rebus ille exponit, valde sunt confusa. „Id sibi tamen," Huetius ait Origenianorum (editorum ante Origenis Commentaria, Coloniae 1685) lib. III. p. 260, „videtur velle, lemniscos adscripsisse Origenem, quotiescunque duo plurave paria interpretum (hos enim in XXXVI paria fuisse discretos et in omnibus fere consensisse autumat, cum scripturam sacram in Aegypto interpretarentur) vocem aliquam usurpassent, ab ea diversam (ejusdem licet significationis), qua usi fuissent reliqui interpretes (quod ipsum fere habent Hesychius in Ps. XII, 4 et Isidorus Origin. I, 20); hypolemniscos vero adnotasse, si quando vocem hujusmodi par unicum adhibuisset."). Dissentiunt autem viri docti, quidnam consilii in conscribendo illo opere Origenes sequutus sit. J. A. Ernestius de Origene interpr. gramm. auctore in opuscul. phil. crit., p. 300 sqq. §. 12 sqq. in hoc opere Origenem duas res spectasse putat, primum ut exemplar librorum divinorum in utroque sermone esset emendatissimum, ex quo exempla describi bona

et incorrupta possent; deinde ut hebraicorum fontium intelligentia per versionum varietatem adjuvaretur. Sed aliud fuisse consilium Origenis in conficiendo illo opere, ostendit Joh. Morinus l. l., ubi statim post verba laudata pergit: „non quod illa deesse, haec vero superesse existimaret, sed ostenderet, quae Judaei in Christianorum textu deficere aut abundare dicerent, quae adderent, quae resecarent, quo ad concertationem cum Judaeis instructiores Christiani prodirent, propriisque ipsorum armis, alienis desertis, illos confoderent, necnon argumenta explicandae et illustrandae LXX interpretum translationi depromerent." Etenim cum in disputationibus et congressibus sive privatis sive publicis Christianorum cum Judaeis hi illis de translatione graeca testimonia mutuantibus exprobrarent, illa modo non haberi in hebraeo fonte, modo aliter explicanda esse, saepe etiam ex Hebraeo quaedam objicerent, quae in Graeco non deprehenderentur; Origenes, ut hoc incommodum curaret, textum Alexandrinae versionis fonti hebraeo conformem reddere ac talem recensionem exhibere voluit, qua Christiani in controversiis cum Judaeis uti possent. Aliud accedebat commodum, ecclesiasticae scilicet translationis elucidatio, quae his varietatibus et novarum ex Hebraeo translationum collatione non parum juvabatur et illustrabatur. (Eadem fere Huetius statuit Origenianorum lib. III. p. 260. ed. Col. 1685.) Res si ita sese habet, opus quidem criticum confecit Origenes, consilium vero ejus conficiendi non fuit criticum, sed exegetico-polemicum. Et id ita esse, ipse dicit in ep. ad African. Suspicatus enim, historiam Susannae olim in hebraicis exemplaribus exstitisse, sed ab Judaeis inde subtractam esse, multis exemplis docet, in sacris libris alicubi plura esse in versione Alexandrina, quam apud Hebraeos, alicubi vero pauciora, et indignabundus dicit Africano (vol. I. p. 16. §. 4): Ὥρα [ὅρα] *τοίνυν, εἰ μὴ λανθάνει ἡμᾶς τὰ τοιαῦτα, ἀθετεῖν τὰ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις φερόμενα ἀντίγραφα, καὶ νομοτεθῆσαι τῇ ἀδελφότητι, ἀποθέσθαι μὲν τὰς παρ' αὐτοῖς ἐπιφερομένας ἱερὰς βίβλους, κολακεύειν δὲ Ἰουδαίοις καὶ πείθειν, ἵνα μεταδῶσιν ἡμῖν τῶν καθαρῶν, καὶ μηδὲν πλάσμα ἐχόντων. ἆρα τε καὶ ἡ πρόνοια ἐν ἁγίαις γραφαῖς δεδωκυῖα πάσαις ταῖς Χριστοῦ*

ἐκκλησίαις οἰκοδομὴν, οὐκ ἐφρόντισε τῶν τιμῆς ἀγορασθέντων, ὑπὲρ ὧν Χριστὸς ἀπέθανεν κ. τ. λ. Jam vero consilium suum in conferendo textu hebraeo cum graecis versionibus l. l. p. 16. 17 diserte exponit: Ταῦτα δέ φημι, οὐχὶ ὄκνῳ τοῦ ἐρευνᾶν καὶ τὰς κατὰ Ἰουδαίους γραφὰς, καὶ πάσας τὰς ἡμετέρας ταῖς ἐκείνων συγκρίνειν, καὶ ὁρᾶν τὰς ἐν αὐταῖς διαφοράς. εἰ μὴ φορτικὸν γοῦν εἰπεῖν, ἐπὶ πολὺ τοῦτο, ὅση δύναμις, πεποιήκαμεν· γυμνάζοντες αὐτῶν τὸν νοῦν ἐν πάσαις ταῖς ἐκδόσεσι καὶ ταῖς διαφοραῖς αὐτῶν, μετὰ τοῦ ποσῶς μᾶλλον ἀσκεῖν τὴν ἑρμηνείαν τῶν ό· ἵνα μή τι παραχαράττειν δοκοίημεν ταῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐκκλησίαις· καὶ προφάσεις διδῶμεν τοῖς ζητοῦσιν ἀφορμὰς, ἐθέλουσι τοὺς ἐν μέσῳ συκοφαντεῖν, καὶ τῶν διαφαινομένων ἐν τῷ κοινῷ κατηγορεῖν. ἀσκοῦμεν δὲ μὴ ἀγνοεῖν καὶ τὰς παρ᾽ ἐκείνοις· ἵνα πρὸς Ἰουδαίους διαλεγόμενοι μὴ προςφέρωμεν αὐτοῖς τὰ μὴ κείμενα ἐν τοῖς ἀντιγράφοις αὐτῶν, καὶ ἵνα συγχρησώμεθα τοῖς φερομένοις παρ᾽ ἐκείνοις· εἰ καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις οὐ κεῖται βιβλίοις· τοιαύτης γὰρ οὔσης ἡμῶν τε πρὸς αὐτοὺς ἐν ταῖς ζητήσεσι παρασκευῆς, οὐ καταφρονήσουσιν, οὐδ᾽, ὡς ἔθος αὐτοῖς, γελάσονται τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πιστεύοντας, ὡς τ᾽ ἀληθῆ καὶ παρ᾽ αὐτοῖς ἀναγεγραμμένα ἀγνοοῦντας.

Ad Novi Testamenti verborum criticae utilitatem haud parum facit, quod Origenes aeque ac Clemens in scriptis suis corruptae editionis Alexandrinae (ante Scholzium τῆς κοινῆς ἐκδόσεως dictae) *) exemplum nobis reliquit, cujus Griesbachius in editione sua N. T. rationem habuit, quodque idem, sicut Clementis, separatim tradidit in symbolis crit. II, 227—620. Praeterea vero etiam Clementem Origenes superat vere critica opera, quam Novo Test. videtur na-

*) „Clarum est," haec verba sunt J. M. A. Scholzii V. V. in ipsius Curis criticis in histor. text. evv. p. 17, „Origenem (in Matth. T. XV. vol. III. (I) ed. Huet. p. 381. cf. ibid. p. 439, comm. in Joh. p. 151) duplicem sententiam tenuisse, alteram, quae librariorum negligentia ortos fuisse diceret errores in codicibus evangeliorum, alteram, quae vel eosdem vel grammaticos vel quicunque his libris usi sunt, existimaret per oscitantiam et licentiam eos admisisse."

vavisse. Lis ista adhuc pendet; alii enim libros N. T. ab Origene critica diligentia excussos et comparatione antiquorum librorum emendatos censent (huic sententiae favet Ernestius de Origene interpr. s. s. gr. auct. opusc. phil. crit. p. 305 sqq. et Hugius Einleit. ins N. T. P. I. p. 186 sqq); alii nihil tale ab ipso factum existimant (in hac sententia fuerunt Zacagnius in praefat. ad monum. vet. eccl. graec. p. 65, R. Simonius in histor. crit. N. T. c. 29. p. 337 et Millius in prolog. N. T. n. 673). Neque vero is ego sum, qui hic dijudicare vel possim vel sustineam. Liceat mihi tantummodo sententiam P. I. p. 62. not. 56 propositam paucis amplificare et fulcire. Ipse quidem Origenes Tom. XV. in Matth. vol. III, 671, ubi Veteris Test. exemplaribus valde corruptis sese occurrisse ait, simile quidpiam in N. T. sese non sustinuisse indicat; accedit, quod in Origenis scriptis firmum stabilemque N. T. textum frustra quaeras; tamen haec argumenta nihil demonstrant, quia Origenes operam illam criticam, si revera suscepit, partim ipse senex suscipere, partim discipulis suscipiendam relinquere potuit. Susceptam autem eam ab ipso esse, est verisimillimum. Diserte Origeni recensionem Hugius in introductione I, 209 sqq. aliique dedere, neque argumentis ii quidem et internis et externis destituti. Intellexit enim (in Matth. T. XV. l. l.) Origenes corruptionem exemplarium N. T., susceperat vero correctionem V. T.; vehementer igitur non excitari non potuit ad simile quidpiam in N. T. sustinendum. Diserte autem commemorat Hieronymus ad Matth. XXIV, 36. Opp. T. IV. P. I. p. 118. ed. Martianaei et in ep. ad Gal. III, 1. ib. p. 249 Origenis (Adamantii) exemplaria, ἀντίγραφα. Sunt quidem, qui haec Origenis exemplaria intelligunt codices ab eo comparatos et ad interpretandi usum congestos, sed, ut videtur, injuria. Etenim si Luciani Martyris exemplaria, ab eodem Hieronymo in praefat. ad Paralipom. commemorata, nulla alia sunt, nisi quae ipse criticorum more recensuit, de quo dubitari nullo modo potest, nec quisquam unquam dubitavit: quid est causae, quare Origenis exemplaria N. T. aliter accipiantur, praesertim cum Hieronymus eorum auctoritate utatur ad lectionis veritatem afferendam? Accedit, quod ipse Hieronymus vocem exemplaria explicuerit adv. Rufinum

lib. I. cap. 26 (vid. Hugii Einleit. ins N. T. P. I. p. 186) hisce verbis: „Mediae inter has" (quae Luciani et Hefychii exemplaribus utuntur) „provinciae Palaeftinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos" etc. (*Παλαιστιναῖον εὐαγγέλιον* commemorant quoque fcholia codd. mff. ad Marc. XVI, 8 apud Birchium et Griesbachium; vid. Griesbachii fymbol. crit. I, 101). Quae cum ita fint, Novo etiam Teft. criticam operam ab Origene navatam effe, haud peffime ftatuitur. Quaenam autem qualisque fit ifta Origenis recenfio, id dubitationi valde obnoxium eft, hoc praefertim tempore, quo Scholzius V. V. (biblifch kritifche Reife etc. p. 163—187) negavit recte effe hucusque de recenfionibus N. T. ftatutum (ftatuitque ipfe, unam tantummodo effe recenfionem, Conftantinopolitanam; Palaeftinenfem unam effe cum illa eandemque, et Alexandrinam nihil nifi vulgarem, quae dicitur, editionem). Quodfi Origenianae recenfionis, quam Palaeftinenfem effe putat, conditionem defcripfit Hugius l. l. I, 209—216, dubito, an ab omni parte recte hac de re ftatuerit.

DIONYSIUS.

Locum c. XII, 7 e libro Tobiae inducit Dionyfius in epiftola ad Germanum apud Eufebium h. e. VII, 11. p. 497. ed. Zimmerm. verbo *φησί*, ubi ex fuperioribus fuppleamus neceffe eft ὁ *θεός*. Liber fapientiae a Dionyfio bis, in fragmentis Nicetianis apud Routhium reliqu. facr. vol. II. et in fragmento epiftolae ad Dionyfium Romanum apud eundem vol. III, liber Siraci e Niceta ter et in libr. de natura apud Routhium vol. IV. bis, et Baruci e Niceta bis a Dionyfio allegatur. Evangelium Johannis feparatim Johanni apoftolo D. tribuit in fragmentis libror. de promiffionibus apud Eufebium h. e. VII, 25. p. 529. 530. 532. 534, necnon primam epiftolam, quam catholicam nuncupat ib. p. 529. 530, et praeter quam nullam fine dubitatione Johanni apoftolo adfcribit ib. p. 534. Commemorat vero etiam ib. p. 530 *τὴν δευτέραν φερομένην Ἰωάννου* (intelligit apoftolum) *καὶ τρίτην*. Actuum apoftolorum authentiam fumit ib. p. 532 (et apud Routhium l. l. vol. IV. p. 352) et agnofcit epiftolas Paulinas ib. p. 534. Praeterea lo-

cum ex ep. ad Hebraeos diſerte Paulo dat in ep. ad Fabium apud Euſebium h. e. VI, 41. p. 456, et utitur quoque auctoritate epiſtolae Jacobi I, 13 et IV, 1 in libello de martyrio c. 6. p. 32, c. 7. p. 33 et in fragm. ex ſcholiis graec in ep. Jacobi p. 200 ex editione „Operum Dionyſii Alex. cognomento Magni, quae ſuperſunt, Romae 1797. Typ. congr. de prop. ed. Simon. de Magiſtris, epiſc. Cyreneuſ." (quo quidem exemplari ipſe deſtitutus ſecundum Hugium Einleit. P. II. p. 485 locos iſtos citavi). Graviſſima vero eſt Dionyſii de apocalypſi ſententia, quam in fragmentis librorum de promiſſionibus profert (vid. P. I. p. 70). Quid ipſum moverit, ut de ea quaeſtiones excitaret, his dicit verbis (apud Euſebium h. e. VII, 24. p. 525): „Cum in publicum editus ſit liber isque, ut nonnullis videtur, ad perſuadendum aptiſſimus, et cum quidam doctores legem quidem ac prophetas nihili faciant, evangelia ſequi negligant, apoſtolorum epiſtolas contemnant, hujus vero libri doctrinam quaſi magnum aliquod et arcanum ſacramentum venditent, et ſimpliciores quosdam ex fratribus noſtris nihil ſublime atque magnificum, nec de glorioſo prorſusque divino adventu domini noſtri, nec de reſurrectione noſtra noſtrique ad Chriſtum aggregatione et aſſimilatione ſentire patiantur, ſed levia quaedam ac mortalia, et qualia nunc homines ſperare ſolent in regno Dei cogitare jubeant: neceſſe eſt ut adverſus fratrem meum Nepotem, quaſi praeſentem, disputationem inſtituam." Jamjam ipſe haec de apocalypſi ſtatuit (de promiſſ. ap. Euſeb. VII, 25. p. 527 ſqq.): „Nonnulli quidem ex iis, qui nos praeceſſerunt, librum hunc repudiarunt penitus ac refutarunt, ſingula ejus capita refellentes eumque absque ullo ſenſu et ratiocinatione ſcriptum eſſe monſtrantes. Ad haec inſcriptionem libri falſam eſſe dicunt; neque enim auctorem ejus eſſe Johannem. Sed neque eam revelationem eſſe, quippe quae tam craſſo tamque opaco rerum, quae cognoſci non poſſint, obducta ſit velo. Et non modo apoſtolorum neminem, ſed ne ullum quidem e ſanctis et eccleſiaſticis viris hujus libelli conditorem fuiſſe affirmant. Cerinthum enim, qui nominis ſui ſectam conflaverit, cum magnae auctoritatis nomen ad faciendam fidem commentis ſuis vellet praefigere, Johannis titulum operi ſuo indidiſſe...

Ego vero librum illum rejicere omnino non auſim, praeſertim cum multi ex fratribus eum magni faciant; ſed hujusmodi de illo opinionem concipiens, quaſi ſenſus mei modum excedat, arcanam quandam planeque admirabilem ſingularum rerum intelligentiam latere exiſtimo. Nam etſi ipſe non intelligo, ſuſpicor tamen, altiorem quendam ſenſum verbis ſubeſſe. Eaque non meo ipſius judicio metior atque aeſtimo; ſed plus fidei tribuens ſubliniora eſſe cenſeo, quam ut a me percipiantur. Nec ea condemno, quae intelligere non potui, verum inde admiror magis, quod capere non poſſum... Johannem auctorem vocari (Apoc. XXII, 7. 8) et librum a Johanne ſcriptum eſſe non inficior; fateor enim, ſancti cujusdam et divino ſpiritu afflati viri id opus eſſe. Sed hunc ipſum eſſe apoſtolum, Zebedaei filium, Jacobi fratrem, cujus eſt evangelium illud, quod ſecundum Johannem inſcribitur, et epiſtola catholica, haud facile conceſſerim. Nam ex utriusque genio et forma loquendi, et ex libelli totius ductu ac diſpoſitione, non unum eundemque ſcriptorem eſſe conjicio. Quippe evangeliſta quidem nullibi nomen ſuum adſcribit, nec ſemetipſe, aut in evangelio, aut in epiſtola praedicat... At ille, qui revelationem ſcripſit, in ipſo ſtatim exordio nomen ſuum praefigit... Evangeliſtes vero ne catholicae quidem epiſtolae nomen ſuum praefixit, ſed absque ulla verborum ambage ab ipſo divinae revelationis myſterio exorſus eſt.. Neque in ſecunda ac tertia, quae Johanni vulgo adſcribuntur, epiſtolis, quamvis breviſſimis, Johannis vocabulum proſtat; verum absque ullo nomine ὁ πρεσβύτερος inſcribitur. Alter autem ille non ſatis habuit nomine ſuo ſemel edito narrationem deinceps proſequi, ſed iterum repetit (Apoc. I, 9; XXII, 7. 8)... Johannem igitur eſſe auctorem hujus libri, ipſi id affirmanti credendum eſt; ſed quisnam ille fuerit Johannes, incertum. Neque enim ſeipſum eſſe dixit, ſicut in evangelio ſaepius dicitur, diſcipulum illum, quem dilexit dominus, aut illum, qui ſupra pectus domini recubuit, aut fratrem Jacobi, aut illum denique, qui dominum vidit atque audivit. Aliquid enim horum, quae memorata ſunt, certe dixiſſet, ſi ſeipſum liquido voluiſſet oſtendere. Sed horum quidem nihil poſuit; fratrem vero duntaxat et conſortem noſtrum ſeſe appellavit,

et teſtem Jeſu beatum denique ob viſam atque auditam revelationem. Ac plurimos quidem fuiſſe opinor Johanni apoſtolo cognomines, qui propter ſingularem erga illum benevolentiam, et quod hominem mirarentur ac ſuſpicerent, et perinde atque ille a domino diligi ambirent, hoc cognomentum adamaverint; quemadmodum ex fidelium liberis multos Pauli Petrique nominibus appellatos videmus. Eſt etiam alius Johannes in actibus apoſtolorum cognomento Marcus, quem Barnabas et Paulus comitem ſibi adjunxerunt, de quo etiam rurſus dicitur: Habebant autem Johannem miniſtrum. An hic ſit, qui revelationem ſcripſit, mihi non liquet. Neque enim una cum illis in Aſiam veniſſe perhibetur. Sed cum ſolviſſent, inquit, a Papho, Paulus quidem Pergen Pamphyliae profectus eſt, Johannes vero diſcedens ab illis reverſus eſt Hieroſolymam. Alium igitur eſſe cenſeo, unum ſcilicet eorum, qui in Aſia verſati ſunt. Duo enim apud Epheſum ſepulcra fuiſſe traduntur, utrumque Johannis nomine inſignitum. Ex ſententiis quoque et e verbis eorumque collatione facile conjicitur, hunc (auctorem apocalypſeos) ab illo (apoſtolo) diverſum fuiſſe. Nam evangelium et epiſtola ſibi mutuo conſonant, et eodem ordiuntur modo (cf. ev. Joh. I, 1 et ep. 1 Joh. I, 1; ev. Joh. I, 14 et ep. 1 Joh. I, 2. 3)... Qui attente perlegerit, in utroque (ev. et ep.) ſaepius vitam, lucem, fugam tenebrarum, frequenter veritatem, gratiam, gaudium, carnem et ſanguinem domini, judicium, peccatorum remiſſionem, Dei erga nos dilectionem, mutuae inter nos dilectionis praeceptum et univerſa praecepta ſervanda eſſe reperiet. Ad haec condemnationis elogium adverſus mundum, diabolum et antichriſtum, promiſſio ſancti ſpiritus, adoptio filiorum Dei, fides in omnibus a nobis praeſtanda, pater et filius ubique nominati, in utroque paſſim occurrunt. Denique in omnibus, ſi recte examinaveris, unus idemque utriusque ſcriptionis genius, evangelii nimirum et epiſtolae, evidenter apparet. Apocalypſis vero ab his prorſus aliena eſt et extranea; nulla neceſſitudine aut vicinitate contingens quidquam ex ſupradictis; ac ne ſyllabam quidem unam cum illis communem habens. Sed neque epiſtola (de evangelio enim nihil dico) mentionem ullam aut ſignificationem facit apocalypſeos, nec apocalypſis

epistolae, cum Paulus in epistolis nonnihil de revelationibus suis indicaverit, quas quidem ille in proprium volumen non retulit. Praeterea ex dictione ipsa conjici potest, quantum evangelium et epistola differant ab apocalypsi. Nam illa quidem non modo emendate, quod ad graecum sermonem attinet, verum etiam cum summa elegantia tum in verbis tum in argumentationibus et in tota orationis compositione perscripta sunt; tantum abest, ut barbarismus aliquis aut soloecismus aut denique idiotismus quispiam in illis deprehendatur. Utroque enim praeditus erat evangelistes, sermone nimirum ac scientia, cum haec duo ipsi dominus concessisset, scientiam simul et eloquentiam. Illum vero revelationem quidem vidisse, et scientiam ac futurorum praedictionem accepisse non inficior; verum dictionem ejus non admodum graecam animadverto, sed barbarismis atque interdum soloecismis inquinatam; quos quidem nunc excerpere haudquaquam necesse est. Neque enim subsannandi animo haec a me dicta esse quisquam existimet, sed potius eo consilio, ut utriusque scripti dissimilitudinem expenderem." Commotus igitur argumentis dogmaticis nonnisi ex argumentis internis Dionysius Johanni apostolo apocalypsin abjudicavit, licet ejus auctoritatem impugnare noluerit, ita ut in ep. ad Hermammonem apud Euseb. h. e. VII, 10. p. 493 apocal. caput XIII, 5 laudaverit.

Quod ad criticam singula ad verba spectantem pertinet, quia in Griesbachii editione (II.) N. T. noster haudquaquam satis allegatus est, quantum id fieri poterit, Dionysii N. T. textum cum Griesbachiano breviter conferemus.

Matth. XVI, 17 (allegat. inde a voc. *μακάριος*) legit D. *οὐράνιος* pro *ἐν τοῖς οὐρανοῖς* (ap. Euseb. VII, 25); ib. XXVIII, 2 ante *προςελθὼν* legit *καὶ* (epist. canon. ap. Routh. II, 387), non habet *ἀπὸ τῆς θύρας*, ceterum comprobat textum Griesbachianum v. 1 — 6 (ad voc. *εἶπε*, l. l.); item Marc. XVI, 1 (inde a voc. *ἠγόρασαν*) et 2 (l. l. p. 389). Lucae cap. XXIII, 56 (a voc. *τὸ*) et XXIV, 1. 2 ibidem allegavit, et v. 1 *ἦλθον* posuit pone *μνῆμα* et omisit *καί τινες σὺν αὐταῖς*. Joh. I, 1 usque ad *θεὸν* (ep. ad Dion. Rom.

ap. Routh. III, 200), I, 14 (ad voc. πατρὸς apud Euſeb. VII, 25) et XX, 1 (Routh. II, 388) Dionyſius cum Griesbachio legit (praeterquam quod loco poſtremo pro τῇ δὲ habet ἐν et pro ἔρχεται — ἦλθε), necnon Act. XIII, 5 (a voc. εἶχον) et 13 (ap. Euſ. l. l.) (ubi tamen μὲν habet pro δὲ et τὸν ante Παῦλον omittit) et 1 Cor. XV, 41 (lib. de natura Routh. IV, 352). 1 Joh. I, 1 — 3 (ad verb. ὑμῖν) eo tantum D. a Griesbachio diſtat, quod v. 2 ante ἑωράκαμεν pro καὶ habet ὃ et poſt ἑωρ. καὶ omittit. Apocal. I, 1 omittit Dion. ap. Euſeb. l. l. ὁ θεὸς et ἃ δεῖ γενέσθαι, et ter legit αὑτοῦ pro αὐτοῦ. v. 2 habet αὑτοῦ pro Ἰησοῦ Χριστοῦ. v. 3 non allegat. v. 4 (allegat. ad εἰρήνη) cum Griesb. convenit. v. 9 (allegat. ad Πάτμῳ) ante ὑπομονῇ legit Dion. l. l. ἐν et omittit Χριστοῦ. Cap. XIII, 5 habet ap. Euſeb. VII, 10 βλασφημίαν, omittit ποιῆσαι et legit καὶ μῆνες. Allegatur denique cap. XXII, 7. 8 (a verbo μακάριος ad βλέπων ταῦτα) et legitur ὁ βλέπων καὶ ἀκούων ταῦτα.

PIERIUS

de critica ſingula ad verba ſpectante veriſimillime meritus eſt, aut ſingulari ſuscepta recenſione, aut, id quod probabilius eſt, ſingulari opera ad Origenis recenſionem collata. Ait enim Hieronymus Comm. in Matth XXIV, 36 (T. IV. P. I. p. 118. ed. Martian.): „In quibusdam codicibus additum eſt „„neque filius““, cum in graecis et maxime Adamantii et Pierii codicibus hoc non habeatur adſcriptum.“

PETRUS MARTYR.

E V. T. apocryphis allegat Petrus tantummodo ſemel Siraci librum (ap. Routhium rel. ſacr. III, 325). Novi autem Teſt. critica, et ea quidem ad ſingula verba ſpectans, quia ex Petri fragmentis, ad hunc finem nondum ſatis adhibitis, aliquem fructum percipere poſſe videtur, quod huc pertinet, dare liceat.

Matth. II, 12. 16 apud P. legitur, uti apud Griesbachium (cujus textus nobis fundamento eſt), de poenitentia ap. Routh. III, 341; c. IV, 10 omittitur a Petro ὀπίσω μου (ib. 322); c. VI, 13 (p. 330) cum Griesbachio convenit; c. VI, 24

legitur *μαμμωνᾷ* (p. 338); c. X, 17 *ἑαυτοῖς* pro *ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων* et v. 18 *διὰ τὸ ὄνομά μου* pro *ἕνεκεν ἐμοῦ* (p. 331); v. 23 (ib.) allegatur ad verbum *ἑτέραν*, c. XXVI, 55 ab *ὡς* ad *συλλαβεῖν με* (p. 331) (et ita quidem, uti Griesbachius textum conftituit); c. XXVII, 2 (ib.) deeft *Ποντίῳ* et *τῷ ἡγεμόνι*. Marc. VIII, 36 legitur .. *ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ ἢ ἀπολέσῃ* (p. 338); c. XI, 14: *μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα* (p. 325). Luc. I, 28 (*χαῖρε* ... *σοῦ*) et v. 35 cum Griesb. textu convenit (de divinitate ap. Routh. l. l. p. 345); c. XI, 40 .. *ἔσωθεν* .. *ἔξωθεν* .. (de anima ib. p. 347). C. XIII, 6 *πεφυτ.* legitur ante *ἐν τ. ἀμπ. αὐτοῦ* (de poen. p. 324). v. 7 (ib.) legitur *ἀφ' οὗ* pone *ἔτη*. Ceterum v. 6—9 (uti c. XXII, 48 fragm. homil. p. 346) Griesb. textum habent. Joh. I, 14 usque ad *ἡμῖν* allegatur de div. p. 345, Act. VII, 60 (*κύριε* ... *ταύτην*) de poen. p. 332, c. XII, 18. 19 (usque ad *ἀπαχθῆναι*) p. 340, c. XVII, 9. 10 (ad *Βέροιαν*) p. 338 (deeft *τῆς* ante *νυκτὸς*) et c. XIX, 31. p. 339. Ephef. II, 8. 9 (de div. p. 344) legitur *ἡμῶν* pro *ὑμῶν*. c. VI, 8 (de poen. p. 328) *ὅτι ἕκαστος ἐάν τι* ... *κομίσεται*. v. 9 (ib.) legitur *καὶ* ante *αὐτῶν* et *παρ' αὐτῷ οὐκ ἔστιν*. Philipp. I, 24 legitur *ἐπιμεῖναι* et deeft *ἐν* (p. 334). Coloff. III, 11 et ante *σκύθης* et ante *ἐλεύθερος*—*καὶ* legiffe nofter videtur (p. 329). 1 Timoth. VI, 11 legitur *πραϋπαθείαν* (p. 343); allegatur quoque (ib.) v. 12, omiffo *καὶ* ante *ὡμολ.* 1 Petri III, 18 (inde a *δίκαιος*) legitur *ὅπως* pro *ἵνα* (de div. p. 344). Denique p. 337 allegatur 1 Joh. II, 1. 2 (*καὶ ἐὰν* ... *ἡμῶν*).

DIDYMUS.

Veteris Teft. libros canonicos omnes Didymus fumit, excepto libro Eftherae, cujus mentionem non facit; librum Nehemiae autem Efrae dat de trin. lib. II. cap. 6. p. 163. Apocryphorum locos allegat e libro Siraci femel lib. I de fpiritu fancto et quater libris de trin., e libro Baruci, quem Jeremiae dat de trin. III, 2, 324, octies de trin., e libro Tobiae femel de fp. fancto lib. II et bis de trin., ex hiftoria Sufannae, quam Danieli tribuit de trin. II, 11, 239, femel l. l., et e fapientiae libro femel Enarrationibus in 1 Joh. I, in libr. de

ſp. ſancto quater et libris de trin. vicies et bis. Necnon laudat orationem Manaſſis (cujus auctor ipſi eſt ἱερὸς ἀνὴρ de trin. III, 21, 399) bis de trin. lib. III. p. 399. 434, et librum tertium Eſrae ſemel de trin. II, 23, 294. Quin etiam Henoci librum videtur noviſſe; ait enim in commentariis ad caput VIII. Actorum, Tom. IV. Anecdotorum graec. ſacr. et prof. Joh. Chriſtoph. Wolfii pag. 35: „Quia vero in canonicis libris non exprimitur, quo pervenerit (Enochus), in apocryphis in paradiſum ſublatus memoratur;" in Enarrationibus autem ad 1 Joh. III (in biblioth. patrum max. Lugd. T. IV. p. 331) librum citat, qui λεπτογένεσις ſive μικρογένεσις (parva geneſis) nuncupabatur; haec enim ibi leguntur: "Nam et in libro, qui Leptogeneſis,, (ſcribitur in exemplari illo Lugdunenſi mendoſe Leprogeneſis) "appellatur, ita legitur, quia Cain lapide aut ligno percuſſerit Abel; unde deputandum non eſt, percuſſione dici ſolummodo fieri vulnus, ſed abſolute omnem plagam, quae lacerationem facit in corpore.„ E contrario libros Maccabaeorum et Judithae in nullo editorum operum allegat.

Novi Teſt. evangelia, acta app. et XIII Pauli epiſtolas genuinas eſſe ſumit. Epiſtolam ad Hebraeos apoſtolo dat Enarr. in 1 Joh. III l. l. p. 329, in 1 Joh. IV. p. 338. B et de ſpiritu ſancto lib. I. in Hieronymi Opp. ed. Martianaei T. IV. P. I. p. 502, eique Paulo contra Manichaeos in Caniſii lectionibus antiquis ed. Jac. Basnag. Amſtelod. 1725, vol. I. p. 209, de trin. I, 15, 33; 26, 75; III, 9, 362 atque innumerabilibus aliis librorum de trin. locis. Catholicarum epp. nomine de noſtris catholicis epiſtolis utitur de trin. I, 27, 85; 29, 90; II, 1, 115; 12, 259 al. De epiſtolarum Jacobi, prioris Petri, ep. Judae et trium Johannis, in quas omnes commentatus eſt (vid. bibl. patr. max. Lugd. IV, 319 ſqq.), authentia minime dubitat; et licet alteram et tertiam Johannis in libris de trin. non allegaverit, tamen ib. I, 15, 21; II, 6, 179; 8, 127 primam nominat, ex quo ſequitur, ipſum plures agnoviſſe. De poſteriori vero Petri Enarratt. l. l. p. 326, expoſito hujus epiſtolae argumento, haec habet: "Non eſt igitur ignorandum, praeſentem epiſtolam eſſe falſatam, quae licet publicetur, non tamen in canone eſt.„ Nihilominus

auctoritate hujus epiſtolae canonica utitur Enarr. in ep. Judae l. l. p. 337. E, eamque una cum aliis catholicis epp. in enarrationibus interpretatur. Praeterea libris de trin. ſaepius eam, quam catholicam appellat de tr. II, 10, 234 al. loc., Petro tribuit (I, 15, 21. 28; 28, 87; 32, 99; II, 6, 151; 10, 234), eamquè inſtar aliorum ſcripturae librorum citat (I, 29, 90; II, 1, 115; 7, 198; 12, 259); ſimul noſtram priorem Petri epiſtolam primam Petri nuncupat de tr. I, 32, 99; II, 7, 182; 14, 276; III, 3, 340, et primam catholicam ep. II, 12, 259. Quae cum ita ſint, Mingarellius in editione ſua p. 21. not. 7: „Equidem," ait, „conjecerim, aut breviſſimam illam imperfectamque enarrationem, ne dicam abortivum foetum, Didymi non eſſe, aut ab iis, quorum intererat vel pravam doctrinam obtrudere, vel Didymi nomen multis olim poſt ejus mortem inviſum infamia afficere, interpolatam fuiſſe; aut eum tandem, cum libros hosce de trinitate extremis, ut arbitror, vitae annis conſcripſerit, opinionem, quam antea amplexus fuerat, ſeu dubitationem omnem objeciſſe. Quod enim ait Basnagius apud Caniſium Tom. I. Lectt. Antiqu. p. 202, clauſulae illius verba: „„Non eſt ignorandum"" et reliqua cum ceteris non cohaerere, qua de cauſa ab aliquo forſitan adjecta eſſe ſuſpicatur, eo magnopere non moveor." Ego vero magis a Basnagii partibus ſtare haud dubito. Apocalypſin denique non ſolum commemorat Didymus Enarratt. in ep. Judae bibl. p. m. p. 336. D. (de trin. III, 5, 354 ſub nomine „prophetiae"), verum eam etiam Johanni tribuit ib. p. 337. C et Johanni quidem evangelii auctori de tr. I, 15, 17.

Praeter hos libros N. T. canonicos apud Nicetam in Catena graecorum patrum in Iobum, Londini a. 1637 edita, Hermae Paſtorem allegat pag. 202.

Quod ad criticam ſingula verba ſpectantem pertinet, illud mirandum maximopere eſt, noſtrum Caecum tot ſacrorum librorum locos memoria tenuiſſe atque in promptu, quoties uſus eſſet, habuiſſe, quot in libris de trinitate alleguntur; qui ſunt innumerabiles *). Itaque (ſive Didymus

---

*) Quare non eſt cur miremur, ſi caecus, qui memoriter omnia dicta citabat ac per notarios ſcribere cogebatur, interdum in

textum sacrum passim secundum regulas criticas ex proposito emendavit — cf. Scholzii Cur. Crit. §. 8. p. 22 —, sive non emendavit) de N. T. critica (praetermittimus enim h. l. LXX interpretum versionem *)) aliqua ratione nos merituros esse arbitramur, si, id quod nondum factum est, eos locos, quorum verba, non sensum, clare et sine ambiguitate Didymus (qui licet non legerit, tamen memoriter citavit, quod didicerat) in libris de trin. allegavit, cum Griesbachianae editionis (II.), in qua quidem horum librorum nulla habita est ratio, textu recepto conferamus. (Ne quid deesse videatur, lectiones paucorum eorum N. T. locorum, quos in libro contra Manichaeos (in Canisii lectt. ant. vol. I, 204 sqq.), qui graece adhuc exstat, Didymus allegavit, uncinis [. .] inclusas addemus; catenas autem patrum, quarum praesertim auctoritas critica, qualem nos h. l. exigimus, ut ipsius Didymi textum constituamus, exigua, ne dicam nulla sit, ad eundem finem perscrutari operae pretium non visum est.) Primo cujuscunque N. T. libri caput et comma indicabimus, dein in parenthesi verba a Didymo allegata secundum Griesbachii textum inducemus (sola litera i in hac parenthesi significat, integrum versum esse allegatum), tum Didymei textus, si a Griesbachiano is recedit (sin minus, locus hicce vacuus manebit), collationem dabimus. Postremo in altera parenthesi Didymi librorum de trin. (quorum secundus incipit a pag. 107, tertius a p. 310) (et libri contra Manichaeos) eas paginas, quibus cujuscunque commatis textus continetur, citabimus. Locos, quos diserte N. T. ei libro, de quo eo ipso loco agitur (veluti Matthaeo, Paulo ad Rom., ep. II. ad Cor., Act. app.), Didymus dat, asterisco (*) ante primam parenthe-

memoriae menda inciderit (velut de trin. I, 7, 3 locum 2 Cor. XI, 4 epistolae ad Rom. dat; cujusmodi alia exempla vid. apud Mingarellium in commentario isagog. p. XXV). — Alibi nonnulla laudat dicta tanquam sacra (quae invenire licet apud Mingarellium p. 504), quae, cum non reperiantur in nostris, aut a Didymo ex aliis scripturis sanctis addita sunt, aut in ejus s. L. exemplaribus revera alicubi exstiterunt.

*) Ex ista versione noster v. c. Psalmi XXXIII, 6 verba haecce: πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν convertit semper in πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτῶν (de trin. I, 9, 7; 32, 97).

fin ponendo fignabimus. Quodfi de duobus unius auctoris cognominibus fcriptis (veluti duabus Pauli epp. ad Cor., duabus Petri epp. et hujusmodi; Johannis alteram et tertiam, quas non allegavit, pro una liceat accipere), quorum alterum communi utrique nomine allegat, non indicat Didymus, utrum velit intelligi, afterifcum non ante, fed poft primam parenthefin ponemus. Utemur fignis fimpliciffimis = (legitur), + (additum eft) et || (deeft). Alias, quae fortaffe neceffariae fint, animadverfiones ita adjiciemus, ut ordinem noftrum non turbent.

Ev. Matthaei.

C. I, 18 *(i) = *γέννησις* et || *γὰρ* (187). v. 20 *(*τὸ*...) (ib.). II, 2 *(*εἴδομεν*...) = *ἴδομεν* (101). III, 11 (*αὐτὸς*...) (145). v. 16 (*ἰδοὺ*.. *περιστερὰν*) || *αὐτῷ* et = *ἴδον* et *ὡς* (258). v. 17 (*οὗτος*...) (12). IV, 4 (*οὐκ*.. *ἄνθρωπος*) || *ὁ* ante *ἄνθρ.* (400). v. 6 (*εἰ*.. *σοῦ*) pone *περὶ σοῦ* + *τοῦ διαφυλάξαι σε* (227). v. 7 *(*οὐκ*..) = *οὐ μὴ πειράσῃς* (84; p. 232 *πειράσεις*). v. 10 (*κύριον*..) = *κυρίῳ τῷ θεῷ* (139). [VI, 13 (i) (211)]. VII, 11 *(*πόσῳ*...) || *ὑμῶν* et = *ἐξ οὐρανοῦ* (163). v. 23 = *ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ ἐργάται τῆς ἀνομίας· οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς* (407). VIII, 2 *(*λεπρὸς*.. *αὐτῷ*) = *ἦλθε καὶ* (101). v. 20 (*αἱ*...) + pone *ἀλώπεκες* — *τοῦ ἀγροῦ* et = *κλῖναι* (376). v. 29 (*τί*...) + ante *υἱὲ* — *Ἰησοῦ* et pone *θεοῦ* — *τοῦ ζῶντος* (227). IX, 2 (*θάρσει*...) || *σου* (90 et 394). v. 18 *(*ἄρχων*.. *αὐτῷ*) = *τις*, || *ἐλθὼν* (101). X, 16 (... *λύκων*) || *ἐγὼ* (144) [id. v. || *ἐγὼ* (207)]. id. v. (*ἀκέραιοι*..) (264). v. 20 (i) pone *ὑμῶν* + *ἐστὶν* (64; non invenitur *ἐστὶν* et = pro *ὑμῶν* — *μου* p. 117. 320; omittitur tum *μου* et *ὑμῶν* tum *ἐστὶν* p. 282). v. 28 (*φοβήθητε*..) ante *ψυχὴν* || *καὶ* (371). v. 32 (*ὁμολογήσω*.. *μου*) = *κἀγὼ* ante *ὁμολογήσω* et = *αὐτὸν* pro *ἐν αὐτῷ* (362). XI, 3 (*σὺ*...) = *ὁ ἐρχόμενος* (21). v. 11 (i) *μικρότερος* = demum poft *οὐρανῶν* (385). [v. 19 (*ἐδικαιώθη*..) = *αὐτῆς* (206)]. v. 27 (.. *μου*) = *παρὰ* (375). id. v. *(*οὐδεὶς*.. *υἱὸς*) pro priori *ἐπιγινώσκει* = *γινώσκει* (26) (p. 72 inverfo ordine = *οὐδεὶς γινώσκει τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός· οὐδὲ τὸν υἱόν τις ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ πατήρ*).

v. 28 (i) || *πρός με* et = *κεκοπιακότες* (262). XII, 17 (i) (116). v. 18 *(.. *αὐτὸν*) (ib.). v. 28 *(i) || *ἐγὼ* (193). v. 31 *(*πᾶσα* ...) = *εἰς τὸ πνεῦμα* et pro *τοῖς ἀνθρ.* — *αὐτοῖς*, — quod || vocabulum p. 445 — (208). v. 32 *(i) = *ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ* (298). v. 33 (i) (44). v. 35 (.. *ἀγαθὰ*) + pone *θησαυροῦ* — *τῆς καρδίας* et = *προφέρει τὸ ἀγαθὸν* (50. 162) (p. 128 omittitur *τῆς καρδίας* et = *ἐκβάλλει ἀγαθά*). XIV, 32. 33 *(*ἐκόπασεν* ...) || *ἐλθόντες* (101). XV, 7. 8 *(i) || *ὑποκριταὶ* et *περὶ ὑμῶν*, = *τῇ δὲ καρδίᾳ* et || *αὐτῶν* (242). XVI, 16 (*σὺ* ...) (91). v. 17—19 (*μακάριος* ...) = *Πέτρε* pro *Σίμων* et || (uti p. 327) *τῆς βασιλείας* (91). XVII, 5 (*οὗτος* ..) || *ἐν ᾧ εὐδόκησα* (333). v. 27 (i) || *τὴν* et + *καὶ* ante *ἐκεῖνον* (376). XVIII, 10 *(i) (170). v. 18 (*ὅσα* ...) = *ὃ ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὃ ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς* (394). XIX, 28 (*καθίσεσθε* ...) = *ὑμεῖς καθεσθήσεσθε* et *θρόνων* (424). XX, 15 *(*ἢ ὁ ὀφθ.* ..) = *εἰ ὁ* (52). v. 23 *(*οὐκ* ..) (422). v. 24 = *δώδεκα* et + ante *ἀδελφῶν* — *τούτων* (423). v. 26 *(*ὃς* ...) *ἐν ὑμῖν* = ante *ὃς* et = *ἔσται* (ib.). v. 27 *(i) || *ἐν ὑμῖν* et = *ἔσται* (423). XXI, 9 (*εὐλογημένος* ..) = *ὡσαννὰ* ſqq. ante *εὐλογ.* ſqq. (100). v. 33 (*ἄνθρ.* .. *οἰκοδ.*) + pone *ἄνθρωπος* — *τὶς* (389). XXII, 21 (*ἀπόδοτε* ..) || *οὖν* (67). v. 43. 44 (*πῶς* .. *κυρίῳ μου*) = *καὶ πῶς* et *καλεῖ αὐτὸν κύριον* et + *ἁγίῳ* pone *πνεύματι* (430). v. 45 (i) (ib.). XXIII, 34 (*ἰδοὺ* ... *ὑμῶν*) (448). XXIV, 36 *(i) = *ἢ τῆς ὥρας* et || *οἱ* (404). v. 37 *(i) = *γὰρ* pro *δὲ* et || *καὶ* ante *ἡ* (ib.). v. 38 *(i) (ib.). v. 39 *(i) = *ἐπῆλθεν* et *πάντας* (ib.). XXV, 21. 23 (*εὖ δοῦλε ἀγαθὲ*) (50. 162). v. 31 *(i) = *αὐτοῦ* pro *αὐτοῦ* et = *ὅτε καθίσῃ*, et + *ἅγιοι* ante *ἄγγελοι* (61) (p. 99 || *δὲ* et omittitur *ἅγιοι* et + *αὐτοῦ* pone *ἄγγελοι*, p. 420 non || *δὲ* et omittitur *ἅγιοι* et *αὐτοῦ*). v. 35 (.. *ἐποτίσατέ με*) || *γὰρ* (339). [v. 41 (*εἰς* ..) (212)]. v. 46 (.. *κόλασ. αἰών.*) = *ἀναστήσονται* (154.) XXVI, 24 (*καλὸν* ...) (187). v. 38 (*περίλυπος* .. *θανάτου*) = *μέχρι* pro *ἕως* (393). v. 39 *(*πάτερ* .. *τοῦτο*) || *μου, ἐστι* et *ἀπ' ἐμοῦ* (383). v. 64 (*ἀπ' ἄρτι* .. *δυνάμεως*) pone *δυνάμεως* + *τοῦ πατρὸς* (124). v. 68 (*προφήτευσον* ...) (103). XXVII, 46 (*θεέ* ..) *με* ponitur poſt

ἐγκατ. (393). v. 63 (*κύριε* ...) = *οἴδαμεν κύριε, ὅτι εἶπεν ὁ πλάνος ἐκεῖνος* .. (388). [XXVIII, 17 *(*ἰδόντες .. αὐτῷ*) (101). v. 18 (*ἐδόθη* ..) (375). v. 19 (i) (259). v. 20 (*ἰδοῦ* ...) (382).

Ev. Marci.

II, 9 (*ἔγειρε* ..) *σου* = pone *κράββατον* (394). V, 31 (*τίς* ...) = *μου* post *ἥψατο* (407). VII, 9 *(*καλῶς* ..) = *διὰ τί* pro *καλῶς* (294). v. 10—12 *(i) || *ὅ ἐστι δῶρον* et = *αὑτοῦ* pro *αὐτοῦ* (ib.). v. 13 *(... *ὑμῶν*) (ib.). VIII, 38 *(i) = *αὑτοῦ* pro *αὐτοῦ* (61. 419). IX, 25 (*τὸ πνεῦμα* .. *ἔξελθε*) = pro *τὸ πνεῦμα* — *δαιμόνιον* et = post *κωφὸν* (394). X, 18 (*οὐδεὶς* ..) (368). XIII, 11 *(*οὐ* ..) (221). v. 31 (.. *παρελεύσεται*) (151). v. 32 *(i) (404). XIV, 21 (*καλὸν* ...) = pro *αὐτῷ* — *τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ* et || *ὁ ἄνθρ. ἐκ.* (216). XVI, 15. 16 *(*πορευθέντες* ...) = *πάντα* (259).

Ev. Lucae.

I, 31 (*τέξῃ* ..) (361; p. 341 = *ἕξεις* pro *τέξῃ*). v. 32. 33 *(*καὶ δώσει* ...) = *Ἰσραὴλ* pro *Ἰακὼβ* (94). v. 35 (*πνεῦμα* .. *σε*) = *ἐλεύσεται* (134. 271). v. 35 *(*διὸ* ..) (341. 361). v. 48 (*ἀπὸ* ..) pone *πᾶσαι* + *αἱ γυναῖκας καὶ* (448). v. 68—70 (i) = ter *αὑτοῦ* (237). v. 78. 79 (*ἐξ* ... *καθημένοις*) *ἐξ ὕψους* cohaeret cum v. 79 et = *ποτὲ καθεσθεῖσιν* (340). II, 11 (*ἐτέχθη* .. *κύριος*) = *ἡμῖν* et = *σήμερον* post *σωτὴρ* (356). v. 14 (i) (84). v. 25 *(*ἦν* ...) = *τῷ Ἰσραὴλ, ἦν* pone *ἅγιον* et *αὐτῷ* (194). v. 26 *(i) = *ἕως ἂν* pro *πρὶν ἢ* (ib.). v. 27 *(i) = *ἤγετο* pro *ἦλθεν* et + *ἐγένετο* ante *ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν* (ib.). v. 28 *(i) || *αὐτοῦ* (ib.). v. 29 *(i) (ib.). v. 30 *(i) = *ἴδον* (ib.). v. 49 *(*τί* ..) = *τῷ οἴκῳ* pro *τοῖς* et = *με* ante *εἶναι* (391). v. 51 *(*καὶ ἦλθεν* .. *αὐτοῖς*) = *κατῆλθεν* (ib.). III, [v. 7 (*γεννήματα* ..) + *ὄφεις* ante *γενν.* (214). v. 8 (i) = *καρπὸν ἄξιον,* = *δόξητε* pro *ἄρξησθε,* || *λέγω* .. *ὅτι,* + *γὰρ* post *δύνατα* (ib.). v. 9. (i) || *καὶ* post *δὲ* (ib.)]. v. 23 = *ὡς* pro *ὡσεὶ* (450). IV, 1 (*ἤγετο* ..) || *τῷ* et = *ἐπὶ* pro *εἰς* (190). VI, 30 (.. *δίδου*) || *δὲ* (369). VII, 22. 23 (*πορευθέντες* ...) = *βλέπετε καὶ ἀκούετε,* || *ὅτι,* porro || *λεπροὶ* .. *ἀκούουσι,* ante *νεκροὶ* + *καὶ* et ante *πτωχοὶ* + *καί,* pro

ἐὰν = δ' ἂν (88). VIII, 46 (ἐγὼ . .) = ἐξ pro ἀπ' (124), = ἀπ' (413). v. 55 *(. . αὐτῆς) (429). IX, 55 (οὐκ . . .) = ἐστιν et pro ὑμεῖς — ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου (188). v. 58 vid. Matth. VIII, 20. X, 22 *(οὐδεὶς . .) = τὸν υἱὸν pro τίς ἐστιν ὁ υἱὸς et = οὐδὲ τὸν πατέρα τις ἐπιγινώσκει pro καὶ τίς ἐστιν ὁ πατὴρ (p. 436). v. 23 *(μακάριοι . .) (277). v. 24 (i) = ἴδον (ib.). v. 27 (ἀγαπήσεις . .) || ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου καὶ (369). v. 42 (Μαρία . .) (52). XI, 13 *(πόσῳ . . .) (163). XV, 18 (ἥμαρτον . .) = εἰς σὲ (260). XVI, [v. 8 = ἐν τῇ γενεᾷ τῇ ἑαυτῶν (206)]. v. 9 (ποιήσατε . .) = ὅτε pro ὅταν et οὐρανίους pro αἰωνίους (280). XIX, 27 (τοὺς ἐχθροὺς . .) = τούτους (393). XX, 9 (ἄνθρ. . . ἀμπελῶνα) = τις ἦν ἔχων pro ἐφύτευσεν (339). XXII, 43 (i) || αὐτῷ, = κυρίου pro ἀπ' οὐρανοῦ (394). XXIII, 46 *(πάτερ . . μου) (424). XXIV, 49 (ὑμεῖς . .) (167).

Ev. Johannis.

I, 1—5 *(i) (17). v. 9 (i) (128). v. 10 (i) (358). v. 11 (i) = οὐκ ἔλαβον (378). v. 12. 13 *(i) (249). v. 14 *(ἐθεασάμεθα . .) (99) (p. 294 ἴδομεν). v. 16 *(i) = καὶ pro ὅτι (82). v. 17 (i) (217). v. 18 (ὁ μονογενὴς . .) = θεὸς pro υἱὸς, = ἐν τῷ κόλπῳ, = αὐτὸς pro ἐκεῖνος (76). v. 18 *(ὁ μονογ. . . πατρὸς) = θεὸς et = ἐν τοῖς κόλποις (140). v. 29 (ἴδε . .) = τὰς ἁμαρτίας (192). v. 50 (σὺ . .) (96). II, 19 (λύσατε . .) (182) (p. 337. 368 + ἐγὼ ante ἐν). v. 21 (i) = αὐτὸς et αὐτοῦ (182). v. 24. 25 *(i) || ἑαυτὸν, = μὴ χρείαν ἔχειν (423). III, 5—8 *(ἀμὴν . . .) (249). v. 13 (οὐδεὶς . .) || ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου (362). v. 21 (i) = εἰσὶν (415). v. 31 (. . ἐστὶν) = ἐρχόμενος ἄνωθεν (327). v. 33. 34 *(. . λαλεῖ) (445). v. 34 *(οὐ . .) (149). IV, 10 *(εἰ . .) (178). v. 14 (τὸ . .) + ἐγὼ ante δώσω (144). v. 24 *(i) (232). v. 42 *(αὐτοὶ . .) (90). V, 19 (ἃ . .) = ἅπερ (p. 141. 207 ὅσα) pro ἃ γὰρ et ὁ πατὴρ pro ἐκεῖνος (10) (p. 141. 207 = ποιῇ ὁ πατήρ). v. 21 (ὁ υἱὸς . .) (366). v. 22 (i) = πᾶσαν τὴν κρίσιν (90). v. 26. 27 *(i) || καὶ ante κρίσιν (375). v. 31 (i) = οὐδέν ἐστιν pro οὐκ ἔστιν ἀληθὴς (424) (p. 386 = ἐμαυτῷ pro περὶ ἐμαυτοῦ et οὐκ ἔστιν ἀληθής). v. 32 (. . μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ) || ἄλλος, pone ἐστιν + ὁ πατήρ μου, = μοι pro περὶ

ἐμοῦ (386) (p. 424 = ἀλλ' pro ἄλλος). v. 36 (τὰ .. ἐμοῦ) || ἃ ἐγὼ ποιῶ (424). v. 43 (i) = ἐλήλυθα pone μου (286). VI, 27 *(τοῦτον ..) (41). v. 35 (ὁ ἐρχόμενος ..) = πεινήσῃ (400). v. 38 (καταβέβ. . .) + ἐγὼ initio et πατρὸς fine commatis (366). v. 40 (θέλημα .. αἰώνιον) (10). v. 44 *(i) = ὁ οὐράνιος pro ὁ πέμψας με (91). v. 45 *(.. θεοῦ) (233). v. 46 *(i) = ἐκ pro παρὰ (170. 436). v. 51 (.. καταβὰς) || ὁ ζῶν (367). v. 63 (τὰ ..) = λελάληκα pro ἐγὼ λαλῶ (53). [v. 70 (οὐκ ..) = οὐχὶ pro οὐκ ἐγὼ (211)]. VII, 37 (ἐὰν ..) = εἰ (178). v. 38 (i) (ib. et 277). v. 39 (.. αὐτὸν) (178; p. 144. 276 = ἔλεγεν pro εἶπε). v. 39 *(οὔπω . . .) || ὁ et = οὔπω (431). VIII, 14 (κἂν .. μου) = ἐμαυτῷ pro περὶ ἐμαυτοῦ et ἀληθής ἐστιν pone μου (386) (p. 424 = περὶ ἐμαυτοῦ). v. 18. (καὶ ..) (441). v. 28 (ἀπ' .. οὐδὲν) = οὐδὲν ante ἀπ' (217). v. 29 (ὁ .. ἐστὶν) (378). [v. 40 = ἦτε pro ἐστὲ (214)]. v. 49 (τιμῶ ..) (384). v. 54 (ἐὰν .. με) (71) (p. 419 || ἐγὼ et = (mendoſe ut videtur) ἐν αὐτοῖς pro οὐδὲν). v. 58 (ἀμὴν ..) = σοι pro ὑμῖν et πρὸ τοῦ τοὺς αἰῶνας γενέσθαι pro πρὶν ἀβρ.γ. (35). X, 8 (i) || πάντες, πρὸ ἐμοῦ = pone ἦλθον, pro εἰσὶ = ἦσαν, pro ἤκουσαν = ἤκουσεν (388). v. 15 (.. πατέρα) = αὐτὸν pro τὸν πατέρα (406). v. 17. 18 *(ἐγὼ .. λαβεῖν αὐτὴν) || ἀπ' ἐμαυτοῦ (182. 307). v. 30 (i) (43). v. 35 (.. ἐγένετο) (417). v. 36 *(.. κόσμον) (367) || τοῦ (12). XI, 11 (Λάζαρος .. κεκοίμηται) (399). v. 39 (τεταρταῖος) (399). v. 41. 42 (πάτερ ..) (383). v. 43 + ἐκ τάφων ante ἔξω (394). XII, 27 (σῶσον .. ταύτης) (393). v. 28 (καὶ ..) (419). v. 36 *(.. γένησθε) = ὡς (88). v. 37 *(i) || αὐτοῦ, + τοῦ Ἰησοῦ pone πεποιηκ., || ἔμπροσθεν αὐτῶν, = ἐπίστευσαν, + pone αὐτὸν — οἱ Ἰουδαῖοι (99). v. 39 *(οὐκ ..) (59). v. 40 *(i) = ἐπήρωσεν, = ἐπιστρέψωσιν et ἰάσομαι (ib.). v. 41 *(.. αὐτοῦ) + δὲ ante εἶπεν (ib.) (p. 99 — i — || Ἡσαΐας et = ἴδεν). v. 46 (i) = ὁ ἀκολουθῶν μοι pro ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ (368). v. 49 (.. ἐλάλησα) = ἀφ' ἑαυτοῦ (425) (p. 386 = ἀπ' ἐμαυτοῦ). v. 49 (πατὴρ ..) = δέδωκε (386. 440). XIII, 13 (i) = ὁ κύρ. καὶ ὁ διδ. (84). v. 35 (i) = ἀγαπᾶτε ἀλλήλους (369). XIV, 9 (ὁ ἑωρακὼς .. πατέρα) (42). v. 10. 11 (ὁ δὲ . . . πατὴρ ἐν ἐμοὶ) || δὲ, || ὁ ante ἐν (= p. 194. 378) et || μοι (146). v. 14 = ἐπὶ pro ἐν (320). v. 15. 16 *(ἐὰν ..) (439) =

ᾖ pro *μένῃ* (127. 150) (p. 150 || *εἰς τὸν αἰῶνα*). v. 17 *(i) (62. 439). v. 18 (i) (439). v. 23 *(*ἐὰν* . .) = *ποιησόμεθα* (63) (p. 143 = *ποιήσομεν*, p. 228 = *τηρεῖ* et *ποιησόμεθα*). v. 24 (*ὁ* . .) || *πατρὸς* (386). v. 26 *(i) (438). v. 28 (*εἰ* . .) + *πέμψας με* pone *ὁ* et || *μου* pone *πατὴρ* (44. 106. 378). v. 31 (*καθὼς* . . *ποιῶ*) (386). XV, 15 (*ὁ* . . *κύριος*) = *αὐτοῦ* pone *κύριος* (118. 169. 437). v. 26 *(i) || *δὲ*, + *μου* pone *πατρὸς* (438). XVI, 7 (*συμφέρει* . . *ὑμᾶς*) = *μὴ* poſt *ἐγὼ* et = *ἐκεῖνος οὐκ ἔρχεται, τὸ πνεῦμα* pro *ὁ παρ*. . . *ὑμᾶς* (244. 282). v. 8 (i) (204). v. 12 (i) (446). v. 13 *(. . *ἀλήθειαν*) (55. 278. 446). v. 13 (*οὐ* . . *ἑαυτοῦ*) ſemper = ap. Did. *ἀφ' ἑαυτοῦ οὐ λαλήσει* (386. 446 al.). v. 14 (i) (444). v. 27 (*ἐγὼ* . .) = *πατρὸς* pro *θεοῦ* (119. 141). v. 30 (*νῦν* . . *πάντα*) = *πάντα οἶδας* (405). v. 32 *(i) (395). XVII, 1 (*πάτερ* . .) (71. 419. 432). v. 3 *(i) (434). v. 4 (i) (419). v. 5 (i) || *σὺ* (71). v. 6 (*οὓς* . . *δέδωκας*) = *ἔδωκας* (375). v. 10 (i) = *πάντα τὰ ἐμὰ* (71). v. 17 (i) (160). v. 19 (i) || *ἐγὼ* et *καὶ* ante *αὐτοὶ*, = *ὦσιν αὐτοὶ* (367) (p. 432 = *ὦσιν καὶ αὐτοὶ*). XIX, 28 (*εἰδὼς* . . .) = *ὁ Χριστὸς* et *ἤδη πάντα* (401). v. 37 *(*ὄψονται* . .) (356). XX, 17 (*πορεύου* . .) || *δὲ* et || *καὶ* ante *θεόν μου* (361). v. 22. 23 (*λάβετε* . .) (192). v. 28 (*ὁ* . .) (85).

Act. app.

I, 4. 5 (i) = *συναυλιζομένοις* et *βαπτισθήσεσθε* poſt *ἁγίῳ* (354). v. 8 (. . *ὑμᾶς*) = *ὑμεῖς δὲ* pro *ἀλλὰ* (167. 244. 431). v. 16 *(i) = *τῶν συλλαβόντων Ἰησοῦν* (205). II, 3. 4 *(i) = *ἀποφθ. αὐτοῖς* (220) (p. 145 = *τοῖς ἀποστόλοις* pro *αὐτοῖς*, et *καὶ ἐκάθισαν*; p. 431 (*ἐκάθ*. . .) = *ἐκάθισαν δὲ* et *ἀποφθ. αὐτ.*). v. 36 *(*γινωσκέτω* . .) (355). III, 6 = *ἐγέρθητι* (394). v. 13 *(i) + *ὁ θεὸς* et ante *Ἰσαὰκ* et ante *Ἰακὼβ*, = *αὐτοῦ*, || *αὐτὸν* poſt *ἠρνήσασθε* (356). v. 14. 15 *(. . *ἀπεκτείνατε*) (ib.). IV, 8 *(. . *αὐτοὺς*) = *τὸν λαὸν* pro *αὐτοὺς* (284). v. 11 (i) = *ἐξουδενωθεὶς* et *οἰκοδόμων* (90). v. 11 *(i) = *οἰκοδόμων* (341). v. 12 *(i) = *οὐδὲ*, + *ἄλλο* ante *ὄνομα*, || *ἕτερον* et *ἡμᾶς* (191). v. 20 (i) = *ἴδομεν* (283). v. 24 *(*δέσποτα* . .) || *σὺ ὁ θεὸς* (141). v. 25 (. . *εἰπὼν*) + *πνεύματος ἁγίου* pone *διὰ* et *δὲ* pone *στόματος* (ib.). v. 27 *(. . *ἔχρισας*)

(178). V, 3. 4 (διατί . .) || τί . . τοῦτο (232) (p. 234 = ἐπείρασεν et pro ἀνθρώποις — ἀνθρώπῳ). v. 32 *(. . ἅγιον) || αὐτοῦ et δὲ (55). VII, 51 *(i) (59). v. 52 (ἀπέκτ. . . δικαίου) (161). v. 59 (κύριε . .) (429) [item (208)]. VIII, 14 — 17 *(i) + ἂν post ὅπως, = οὐδέπω et ἐπετίθεσαν (253. 254) (item p. 447, ubi autem omittitur ἂν et + ἡμῶν post κυρίου). v. 21 *(. . . τούτῳ) = οὐ γάρ ἐστιν ὑμῖν (297). v. 29 (i) || δὲ (228). IX, 6 (i) + initio ὁ δὲ κύριος εἶπεν, || ἀλλὰ ἀνάστηθι καὶ (223). X, 19 *(i) = ῥήματος pro ὁράματος, + ante πνεῦμα — ἅγιον (196); id. v. *(. . πνεῦμα) = διανοουμένου et = ῥήματος (222). v. 20 *(i) || ἀλλὰ (55); id. v. (i) || κατάβηθι καὶ, = πορεύθητι (196); id. v. *(i) = ὅτι (222). v. 21 *(i) || εἰμι (196). v. 22 *(i) = εἶπαν, = παντὸς ἔθνους, = αὐτοῦ (196. 195). v. 36 *(i) (86). v. 37. 38 *(ὑμεῖς . . δυνάμει) = ἐπίστασθε, + καὶ Σαμαρείας pone Ἰουδαίας, = Ναζαρὲθ (178). v. 40 *(. . ἡμέρα) (182). v. 42. 43 *(i) (89). XI, 15. 16 (i) (254). v. 17 (i) = δέδωκεν, + παρασχὼν τὸ ἅγιον πνεῦμα pone θεὸς et + ἐν ἀρχῇ pone ἡμῖν, || δὲ (164). v. 26 *(i) || καὶ ante ἐνιαυτ. et || καὶ . . . ἱκανὸν (66). XIII, 2 *(εἶπε . . .) = initio τάδε λέγει, || δὴ et || καὶ τὸν Σαῦλον (55. 123). v. 4 (. . Σελεύκειαν) || τὴν (144). v. 10 (ὦ . . διαβόλου) (63). v. 11 (ἰδοὺ . . ἥλιον) (204). XV, 8. 9 (i) || αὐτοῖς (164). v. 28. 29 (. . . πράξετε) = τούτων ὧν pro τῶν, + ὑμᾶς pone ἀπέχεσθαι et + ἀπὸ ante εἰδωλ. (220). XVI, 6. 7 *(i) = διῆλθον, + δὲ post ἐλθόντες, = πορευθῆναι (220). XVII, 27. 28 *(καίτοιγε . . .) = καίγε et + post ἐσμὲν — ὁ δ' ἤπιος ἀνθρώποισιν (379). v. 29 *(οὐκ . . .) = ἀνθρωπίνης pro ἀνθρώπου (28). XIX, 2 *(εἰ . . πιστεύσ.) (244. 253). v. 2 *(ἀλλ' . . ἠκούσ.) (253). v. 3 (εἰς . . ἐβαπτ.) (ib.) XX, 22 (. . πορεύομαι) = ἰδὲ νῦν (223). v. 23 (τὸ . .) = με pro μοι et alterum με post θλίψεις (206). v. 28 *(i) || οὖν et = διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος (220). XXI, 4 (τῷ . .) = ἔλεγον τῷ Π., = ἀνάβαινε et Ἱερουσαλὴμ (144). v. 11 (τάδε . . δήσουσιν) (223). XXVIII, 25. 26 *(καλῶς . . συνῆτε) = ὑμῶν pro ἡμῶν, διὰ Ἡσ. τ. πρ. = post ἡμῶν, = λέγοντος, = εἰπὲ, + αὐτῷ post εἰπὲ (58) (item p. 242, ubi vero = λέγον).

Ep. ad Rom.

I, 1—3 *(i) = αὐτοῦ (123). v. 4 *(.. ἁγιωσύνης) (ib.) v. 7 (χάρις ..) || ἡμῶν (53) (p. 70 = ἡμῶν). v. 9 *(.. αὐτοῦ) || ἐν τῷ πν. μου (68). v. 10 (ἤδη ..) (415). v. 16. 17 *(i) (68). v. 20 *(.. θειότης) = θεότης (73) (p. 28 = θειότης et p. 247 diserte rejicitur θεότης). v. 20. 21 *(εἰς ...) (98). v. 22. 23 *(.. ἀνθρώπου) (ib.). v. 24. 25 *(i) || καὶ post διὸ et || ὁ θεὸς, = αὐτῶν, δόξαν pro ἀλήθειαν et εὐλογημένος pro εὐλογητὸς (ib.). II, 17 (i) || τῷ, + τῷ ante θεῷ (415). III, 4 (γινέσθω .. ψεύστης) || δὲ ante ὁ (357). v. 22 *(.. πιστεύοντας) (3). v. 23. 24 *(i) (277). v. 30 *(.. θεὸς) = εἴπερ (49). IV, 7 (i) (242). V, 1 (i) (420). v. 5 *(ἡ ἀγάπη ..) (54. 214. 414) (p. 164 = ἐν πνεύμ. ἁγίῳ). VI, 11 *(λογίζεσθε ..) + εἶναι et τῷ κυρίῳ ἡμῶν (65). v. 8 (οὐ γὰρ ..) = οὐκ ἔτι γὰρ (82) (p. 230 || ἔτι et γὰρ). VII, 6 *(i) (65). v. 14 *(.. ἐστὶν) (ib.). VIII, 2 *(i) (ib.). [v. 3 (ὁ ..) = υἱὸν ἑαυτοῦ et || καὶ (208)]. v. 9 *(i) || δὲ post ὑμεῖς (118). v. 11 (i) + Χριστὸν post Ἰησοῦν, || τὸν, + Ἰησοῦν post Χριστὸν, = ὑμῶν σώματα et διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος (246) (id. v. *(ὁ ἐγείρας ..) = item p. 180, ubi tamen = Ἰησοῦν Χριστόν). v. 13 *(εἰ δὲ ..) (252). v. 14 *(i) = υἱοὶ θεοῦ εἰσὶν (ib. et 125. 443). v. 15. 16 *(i) (ib.). v. 17 *(.. Χριστοῦ) (252). v. 26 *(αὐτὸ ..) (432). v. 27 *(i) (ib.). v. 29 *(i) = αὐτοῦ (256). v. 33. 34 *(θεὸς .. κατακρ.) (160). v. 34 *(Χριστὸς ..) + Ἰησοῦς pone Χριστὸς, || καὶ et ante ἐγερθεὶς et ante ἔστιν (433). IX, 1 *(i) (54). v. 5 *(ἐξ ὧν .. θεὸς) (392); id. v. *(ὁ ὢν ... fine interpunctione) (29). v. 33 *(i) (341). X, 11. 12 *(i) || τε (87). v. 13 *(i) || ἂν p. 87, non || p. 411. XI, 34 *(i) (184). v. 36 *(i) (409). XII, 1 *(.. θεοῦ) (413). v. 1 (παραστ. ..) = ἵνα παραστήσητε et || ὑμῶν (139). v. 15 (i) (400). v. 20 (.. ψώμ. αὐτ.) = γὰρ pro οὖν et χόρτασον pro ψώμιζε (181). XIV, 10. 11 *(πάντες ..) = καθὼς γέγραπται (17. 76). v. 17 (i) (164). XV, 5. 6 *(i) = ἐλπίδος pro παρακλήσεως et = Ἰησοῦν Χριστὸν (230). v. 8 (γεγενῆσθαι) (217). v. 13 *(ἐν τῷ ..) (284). v. 16 *(ἵνα ..) (123). v. 17 *(i) = πεποίθησιν pro καύχησιν et || τὰ (167. 193). v. 18 *(i) = τολμῶ, = τι λαλεῖν (ib. et 145), et = λόγῳ καὶ ἔργῳ ante εἰς ὑπ. ἐθ. (167. 193). v. 19

*(. . ἁγίου) (ib.) (p. 146 = θεοῦ pro ἁγίου). v. 30 *(. . πνεύματος) (49. 124. 414). v. 30 (συναγων. . .) (49).

Ep. I. ad Cor.

I, 9 (i) *(94). v. 20 *(ἐμώρανεν . .) || τούτου (339). v. 21 *(i) (ib.). v. 24 (Χριστὸν . .) (359). v. 30. 31 (i) *= σοφία ὑμῖν (358). II, 2 (i) = οὐκ, || γάρ, = τοῦ εἰδέναι τι (3). v. 8 (εἰ . .) = ᾔδεσαν pro ἔγνωσαν (40. 98. 418). v. 9 (ἃ ὀφθ. . .) (117). v. 10 *(i) = αὐτοῦ (ib.). v. 11 *(i) (ib.). v. 12 *(i) = ἴδωμεν (ib.). v. 14 (i) *(p. 66, ubi fine dubio mendofe πνευματικὸς = pro . . ὡς). v. 15 (i) * = πάντας pro πάντα (ib. et 291). v. 16 (i) *(66). III, 1 *(i) = σαρκικοῖς et νηπίους, || interpunctio pone Χριστῷ (286). v 2 *(i) = ἠδύνασθε (ib.). v. 3 *(. . ἐστε) (ib.). v. 11 *(i) || ἄλλον (33. 341). v. 16 (i) *(54). v. 17 (i) (228). v. 19 (. . θεῷ) = τῶν ἀνθρώπων pro τοῦ κόσμου τούτου (131). v. 19 (ὁ . .) (398). IV, 1. 2 *(i) (68). v. 7 (τί . .) (350). VI, 11 (ἀλλὰ ἀπελ. .)* + ἡμῶν poft κυρίου et Χριστοῦ poft Ἰησοῦ (54. 159. 253) (p. 415 || illud ἡμῶν). v. 15 (. . ἐστὶν) (360). v. 15 *(ἄρας . .) = ἆρα pro ἄρας et ποιήσομεν pro ποιήσω (346). v. 19 (i)* = τὰ σώματα (62. 229. 293). v. 20 (i)* + τὸν poft θεὸν et = τοῖς σώμασιν (229. 293). [v. 20 (δοξάσατε . .)* || δὴ (207)]. VII, 10 *(οὐκ . .) (222). v. 34 (ἵνα . .) + pone ἡ — ἡ παρθένος et || καὶ ante σώματι (ib.). v. 6 *(i) || ἀλλ', + δὲ poft ἡμῖν et || καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν (ib.) (p. 325 = ἀλλ' ἡμῖν). IX, 12 *(ἀλλ' . .) (68). v. 21 *(i) = θεοῦ et Χριστοῦ et + τοὺς ante ἐννόμους (65). X, 1 *(i) 275). v. 2 *(i) = ἐβαπτίσθησαν (ib.). v. 3 *(i) = τὸ poft βρῶμα, || αὐτὸ (ib. et 261). v. 4 *(i) = πόμα poft ἔπιον (ib.) (p. 261 tamen = ἔπινον pro ἔπιον). [v. 13 (. . ἀνθρώπινος)* (210)]. v. 22 (i) = μὴ pro ἢ (144). v. 32 * (i) = γίνεσθε poft Ἰουδαίοις (67). XI, 5 *(. . κεφαλὴν) (448). v. 16 *(ἡμεῖς . .) (68). XII, 1 (i)* = ἀδελφοὶ fine (66). v. 2 (i)* + ὅτε, || ἂν et = ἀνήγεσθε (ib.). v. 3 (i)* || ἐν . . καὶ et = κύριος Ἰησοῦς (ib.). v. 4—6 (i)* (60). v. 8 (. . δὲ)* (414). v. 9 = πίστις διὰ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος *(414). v. 9 (ἄλλῳ . .) = ἑνὶ pro αὐτῷ (141. 147). v. 11 *(i) (61. 142. 147). v. 12 *(πάντα . .) (346). v. 13 *(i) = πάντες ἐν ἑνὶ σώματι εἰς ἓν πνεῦμα ἐβ. (278) et || εἰς ante

ἓν πνεῦμα (ib. et 147. 174. 261. 272). v. 27 (i) = ἡμεῖς γάρ ἐσμεν (360). v. 28 *(.. διδασκ.) = ἀλλ' pro καὶ (222). XIII, 3 *(εἴτε..) || δὲ (446). v. 9. 10 *(i) (ib.). v. 11 *(i) = ἐλάλουν ὡς νήπιος, || ὡς νήπιος ἐφρόνουν, = ἐλογιζόμην ὡς νήπιος, || δὲ (ib.). v. 13 (i) = τὰ τρία ταῦτα ſtatim poſt μένει (40). XIV, 1 (ζηλοῦτε .. πνευμ.)* (67). v. 24. 25 (i) (230). XV, 10 (.. ἐμὲ) (127). v. 20 *(Χριστὸς...) (350). v. 21 *(i) (ib.). v. 22 *(i) || γὰρ (ib.). v. 23 *(i) (ib.). v. 24 *(.. τέλος) (ib.). v. 24 (ὅταν..)* = παραδιδῷ, || πᾶσαν ante ἐξουσίαν (389). v. 25 (i)* + αὐτοῦ pone ἐχθροὺς et = αὐτοῦ (ib.). v. 26. 27 (i)* (ib.). v. 28 (i)* || καὶ ante αὐτὸς (390). v. 45 (ἐγένετο..)* ||ἄνθρωπος (181). v. 48 (i) (291). v. 49 (i) (256). v. 53 (i) (151 coll. 181). v. 55 (i)* κέντρον et νῖκος locum permutant (399). XVI, 3 *(i) = ἐν pro εἰς (412).

Ep. II. ad Cor.

I, 21. 22 *(i) || ὁ initio v. 22 (180). II, 4 (.. δακρύων)* (411). v. 12 *(.. Χριστοῦ) (68). v. 14 *(i) = αὐτοῦ et || ἐν παντὶ τόπῳ (415 cf. p. 7). III, 5. 6 (i)* || τοῦ (180). v. 7. 8 (i)* || ἐν ante λίθοις (293). v. 14 *(ἄχρι..) || ἡμέρας (229). v. 16 *(i) = ὅτ' ἂν δὲ pro ἡνίκα δ' ἂν (ib.). v. 17. 18 *(i) (ib.). IV, 7 *(.. σκεύεσιν) = ἔχοντες (251). v. 13 *(.. πίστεως) (125). V, 14. 15 (i)* = κρίναντος τούτου, || ὅτι... ἀπέθανον (67). v. 17 *(i) (183). v. 19. 20 *(i) (3). VI, 4 *(ἐν.. διάκονοι) (69). v. 16 *(i) || δὲ (228), = ἡμεῖς... ἐσμὲν et || ὅτι (62. 228). [VII, 1 (καθαρίσ..) (208)]. IX, 13 *(δοξάζοντες.. Χριστοῦ) (68). XI, 2 *(ἡρμοσάμην..) (262). v. 4 (.. ἐλάβετε) (3). v. 7 *(ὅτι..) (68). v. 23 *(.. ἐγὼ) = λέγω pro λαλῶ (69). v. 31 (i) (29). XIII, 3 (.. Χριστοῦ) (64). v. 13 *(i) + ἡμῶν pone κυρίου (49. 56. 173. 409) (p. 174. 259. 293 item = et + pone θεοῦ — καὶ πατρός).

Ep. ad Gal.

I, 1 *(.. πατρὸς) = ἀνθρώπου pro ἀνθρώπων (56). v. 4. (ὅπως..) = ἐκ τοῦ αἰ. τοῦ ἐν. πον. (396). v. 15 *(.. μου) (222). v. 16 *(.. ἔθνεσιν) = αὐτοῦ (ib.; p. 142 = Χριστὸν pro υἱόν). II, 14 (.. πάντων) = ἴδον et Κηφᾶ (168. 387).

v. 16 *(i) || δὲ, = ὅτι pro διότι (4). v. 20 (τοῦ . . μέ) (124). III, 2 *(i) (271). v. 5 (. . ὑμῖν) (214). v. 13. 14 *(i) (125). v. 20 *(θεὸς . .) (49). v. 27 *(i) (54). IV, 6 *(i) = αὐτοῦ (118). v. 7 *(i) (253) (p. 413. 443 = διὰ θεοῦ et || Χριστοῦ). v. 8. 9 (i) = φύσει μὴ (2). V, 1 (. . ἠλευθέρωσε) = ὁ υἱὸς pro Χριστὸς (167). v. 6 (οὔτε . .) + καινὴ ante πίστις (4). v. 18 (i) + ἔτι ante ἐστὲ (214). v. 22 *(i) = γὰρ pro δὲ (ib.) (p. 124 = δέ). v. 23 *(i) (214). v. 24 *(i) + Ἰησοῦ pone Χρ. (67). v. 25 *(i) (65). VI, 1 (i) + ἐξ ὑμῶν post ἄνθρωπος (67. 290). v. 1 *(. . πρᾳότητος) (125). v. 2 (i) (67). v. 8 (ὁ . .) (413).

Ep. ad Ephes.

I, 4. 5 *(ἐξελ. . . υἱοθεσίαν) = ἑαυτῷ pro ἐν αὐτῷ et || ἡμᾶς ante ἁγίους (341). v. 13 *(ἐν ᾧ καὶ πιστ. . . .) (125. 159) (|| καὶ et = ἐσφραγίσθημεν p. 60. 278). v. 14 *(. . ἡμῶν) (126) (= ὅ p. 60). v. 17 (ὁ θεὸς . . Χριστοῦ) (99). v. 17 (δῴη . .) (127). v. 18 (. . καρδίαν) (ib.). v. 23 (τὸ πλήρωμα . .) (29). II, [v. 3 (καὶ ἦμεν . .) = φύσει τέκνα (206)]. v. 5 *(. . Χριστῷ) (256). v. 6 *(. . ἐπουρ.) (ib.). v. 11. 12 (μνημον. . .) = ὡς pro ὅτι, ποτὲ ante ὑμεῖς et ἐλπίδος pro πολιτείας (2). v. 14 (i) (420). v. 17. 18 *(i) (94). III, 8 — 10 *(i) (127). v. 14 *(i) + θεὸν καὶ ante πατέρα et || τοῦ κ. ἡ. Ι. Χ. (49; item p. 193, ubi vero || illud καί). v. 15 *(i) (49). v. 16. 17 *(i) = αὐτοῦ (62). IV, 3 *(i) (293). v. 5. 6 *(i) || ἡμῖν (49). v. 9. (. . κατέβη) (22). v. 10 (i) (ib.). v. 15 *(ὃς . .) = ὅςτις pro ὃς et || ὁ (412). v. 24 (. . κτισθέντα) = ἐνδύσασθε (344). v. 30 * (i) (144. 278. 298. 408) (p. 118 = ἀναπολυτρώσεως). V, 5 *(πᾶς . .) (95). v. 25 (καθὼς . . ἐκκλ.) || καὶ (124). v. 27 *(i) || αὐτὸς, = ἄμεμπτον pro ἔνδοξον (68). [VI, 12 (. . τούτου) = καὶ pro πρὸς et post ἀρχὰς et post ἐξουσίας et + τοῦ αἰῶνος (210)].

Ep. ad Philipp.

I, 19 *(i) (118). v. 21 (i) (397). II, 5 *(i) = δὴ λογιζέσθω pro γὰρ φρονείσθω et ὅπερ pro ὃ (363). v. 6 *(i) || τὸ (ib. et 74) (p. 42. 82 + τὸ). v. 7. 8 *(i) (363). v. 9 *(i) || τὸ ante ὄνομα (ib.). v. 10 *(i) (ib.). v. 11 *(i) || Χριστὸς (ib.).

v. 21 *(i) (67). III, 3 (..Ἰησοῦ) = θεοῦ (245). v. 6. 7 (i) (2). v. 8 (i) = μενοῦνγε et ἡμῶν pro μου (ib.). IV, 7 (..θεοῦ) (404).

Ep. ad Coloſ.

I, 1 *(..θεοῦ) + δοῦλος ante Ἰησοῦ (418). v. 9. 10 (..κυρίου) = περιπατοῦντες (163). v. 12 *(i) (93); id. v. *(i) = ὑμᾶς (415); id. v. * (i) + θεῷ καὶ ante πατρὶ, = καλέσαντι pro ἱκανώσαντι et || ἐν τῷ φωτὶ (347). v. 13 *(i) = αὐτοῦ (93. 415); id. v. *(i) = τοῦ υἱοῦ pone ἀγάπης et = αὐτοῦ (347). v. 14—17 *(i) (ib.). v. 18 *(i) || δι' αὐτοῦ ante εἴτε et || τῆς (ib.). v. 24. 25 *(καὶ.. μοι) (346). v. 26 *(i) + τοῦτο poſt μυστήριον, = νῦν et || δὲ (340) (item = p. 197 et + ὃ ante νῦν). II, 3 *(i) || τῆς ante γνώσεως (87. 373). v. 8 *(κατὰ..) + Ἰησοῦν pone Χρ. (82). v. 9 *(i) (82). v. 11 (περιετμ....) τῶν ἁμαρτιῶν (145). v. 15 (i) || ἐν παῤῥησίᾳ et = αὐτῷ (403). III, 11 (i) || περιτ. κ. ἀκροβ. et καὶ pone πάντα (29. 392).

Ep. I. ad Theſſal.

I, 1 (..Χριστῷ)* + ἡμῶν poſt πατρὶ (415). II, 4 (i) || ἀλλὰ et + καὶ poſt καθὼς (222). III, 12. 13 (..Χριστοῦ)* (231). IV, 8 (ὁ..)* = διδοῦντα pro καὶ δόντα, et αὐτοῦ (231). v. 9 (αὐτοὶ..)* (233). V, 19 (i) (231). v. 23 (..ὁλοτελεῖς)* (160). [id. v. (i)* = διατηρηθείη (207)]. v. 23 *(i) = ἁγιάσῃ et ἄμεμπτον (428).

Ep. II. ad Theſſal.

II, 9 (i) || δυνάμει καὶ et = πᾶσιν (210). v. 13 (i) = ἀπαρχὴν (123). v. 16 *(..πατὴρ) (56). v. 17 *(..καρδίας) (ib.); id. v. (..καρδ.) = παρακαλέσει (434. 439). III, 5 (i)* (231).

Ep. I. ad Timoth.

I, 17 (i)* || τῶν αἰώνων et + (ſicuti p. 140. 152. 164. 426) σόφῳ poſt μόνῳ (370). II, 5 μεσίτης..) = ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χρ. pro ἄνθρ. Χ. Ι. (420). v. 12 *(..ἐπιτρέπω) = γυναιξὶν et || δὲ (448). III, 16 (i)* = θεὸς

pro ὃς et || ἐν ante ἔθνεσιν (83). IV, 1. 2 (i)* (297). V, 21 (.. ἀγγέλων)* (173). VI, 13 *(i) = προστάσσω pro παραγγέλλω, et Ἰησοῦ Χρ. (72). v. 14 *(i) = φυλάξαι pro τηρῆσαι, || σε, = παραγγελίαν pro ἐντολὴν et ἕως pro μέχρι et || ἡμῶν (73). v. 15 *(i) = δυνατὸς pro δυνάστης (ib.). v. 16 *(i) + καὶ (quod || p. 370) ante φῶς, = ἴδεν et demum post ἀνθρώπων, = δόξα αἰώνιος pro κράτος αἰώνιον et + ante ἀμὴν — εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων (ib.). v. 20 (κενοφωνίας) (6).

Ep. II. ad Timoth.

I, 7 *(i) = δουλείας pro δειλίας (252; item p. 166 et + πνεῦμα ante δύναμις; item = p. 124 et ὑμῖν pro ἡμῖν); v. 8. 9 (κατὰ ..)* (342). v. 10 (.. Χριστοῦ)* (ib.). v. 14 (i)* (228). v. 18 (κύριος .. κυρίου) (28). III, 16 *(.. ὠφέλιμ.) (233). v. 17 *(i) (66). IV, 1 *(i) = Χριστοῦ Ἰησοῦ (95). v. 2 *(.. λόγον) (ib.).

Ep. ad Tit.

II, 13 *(i) || (non || p. 325) ἡμῶν (81). v. 14 *(i) = τοῦ δόντος pro ὃς ἔδωκεν (ib.). III, 4 *(i) (82). v. 5 *(.. ἔλεον) || τῶν ἐν δικ. et = τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος pro τὸν αὐτοῦ ἔλεον (82. 116). v. 5 *(ἔσωσεν ..) = ἀναγεννήσας pro ἔσωσεν (116. 156. 252) et = ἀνακαινίσεως (156. 252; p. 116 = ἀνακαινώσεως).

Ep. ad Philem.

v. 1 initio = Π. δέσμιος Ι. Χ. (223).

Ep. ad Hebr.

I, 1. 2 *(i) (33. 153). v. 3 *(.. αὐτοῦ) + τοῦ πατρὸς post δόξης (23. 41. 76). v. 3 *(φέρων ..) = αὐτοῦ, || δι' ἑαυτοῦ, = ποιησάμενος post ἁμαρτιῶν, || ἡμῶν (76) (id. v. *φέρων .. αὐτοῦ = γὰρ pro τε p. 147. 185). v. 6 (i) || πάλιν (101). v. 7. *(i) = αὐτοῦ (95) v. 8 *(.. αἰῶνος) (ib.). v. 10 *(i) (336). II, 2—4 *(i) (50). v. 10 *(i) = ἀναγαγόντα (413). III, 1 (ἀρχ... ἡμῶν) = ὑμῶν (358). v. 6 *(.. ἡμεῖς) || ὡς υἱὸς (228). v. 7 *(καθὼς ..) = εἶπεν pro λέγει et μου pro αὐτοῦ

(59). v. 8 *(i) || ἐν τῇ ἐρ. (ib.). v. 9 *(i) || ἐδοκιμ. με et = ἴδον (ib.). v. 14 (. . γεγόναμεν) (144). V, 7 (i) || τε, = αὐτὸν σώζειν (408). v. 8 (i) (ib.). v. 12 *(i) || καὶ ante οὐ (286). v. 13. 14 *(i) (ib.). VI, 4 *(i) (261). v. 5 *(. . ῥῆμα) (ib.). v. 13 *(i) = μείζονος εἶχεν (75). v. 14 (. . εὐλογήσω σε) = εἰ pro ἦ (ib.). v. 18 *(i) + τὸν ante θεὸν (168. 403). VII, 3 *(. . θεοῦ) = μὴ δὲ pro μήτε, = ἔχων pone ἡμερῶν, = τέλος ζωῆς et || δὲ ante τῷ (32). v. 4 *(. . δεκάτην) (ib.). v. 9 *(i) (ib.). IX, 13 (i) (395). v. 14 (. . καθαριεῖ) = Ἰησοῦ pro τοῦ Χρ., = ὅςτις pro ὃς, ἁγίου pro αἰωνίου, = ἄμ. προσήν. et καθαρίσει (ib.). id. v. *(ὃς . . θεῷ) = ἄμ. προσήν. (153). X, 28 *(i) (298). v. 29 *(i) = δοκεῖ τις pro δοκεῖτε (ib.). v. 31 (i) || τὸ (204). XI, 3 *(i) = τὸ βλεπόμενον (185). XIII, [v. 4 (i) || ἐν πᾶσι (209)]. v. 8 (i) interpungitur pone σήμερον p. 163 et pone αὐτὸς p. 392. v. 9 (. . παραφέρ.) (6).

Ep. Jacobi.

I, 13 * (ὁ γὰρ . .) (232). v. 17 *(παρ᾽ . .) (152). II, 19 *(i) (227). III, 15 *(i) = ἡ σοφ. αὕτη (315). v. 17 *(i) = γὰρ pro δέ, || ἔπειτα, + ἔργων ante ἀγαθῶν et || καὶ (ib.). IV, 8 *(i) (ib.). v. 12 *(. . ἀπολέσαι) (90) (p. 27. 421 = ὁ μόνος σώζειν δυνάμενος). V, 19 *(i) = παρ᾽ pro ἐν (315). v. 20 *(i) + αὐτοῦ pone ψυχὴν (ib.).

Ep. I. Petri.

I, 11 (. . Χριστοῦ) = ἐδηλοῦτο pro ἐδήλου τὸ (437). v. 12 (ἃ νῦν . .)* = ἀναγγέλλει et || ἐν (169). v. 20 *(. . χρόνων) (340). v. 23 *(i) (259). v. 24 (i)* || αὐτοῦ et + fine καὶ ἡ εὐπρέπεια αὐτοῦ ἀπώλετο (147). v. 25 (. . αἰῶνα)* = τοῦ θεοῦ pro κυρίου (ib. et p. 153). II, 11 (ἀπέχ. . .)* = ἀπέχεσθε ἀπὸ (315). v. 13 (i) || οὖν, = κτίσ. ἀνθρ. (343). v. 22 (i) (366). III, 4 *(ἐν . . πνεύματος) (152). v. 18 (. . ἀδίκων)* = ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν et = ἀπέθανεν (161). id. v. *(i) + pone ἁμαρτιῶν — ὑπὲρ ἡμῶν, = ἀπέθανεν (182). v. 21 *(i) (276). v. 22 *(i) = initio ὅςτις ἐκάθισεν (ib.). IV, 1 (. . σαρκὶ) (357). v. 13 *(i) (99). v. 14 (. . ἀναπαύεται)* + ἐστὲ pone μακάριοι, || καὶ τὸ τοῦ θεοῦ et = ἀναπέπαυται (293). V, 10 (. . Ἰησοῦ)* (416).

Ep. II. Petri.

I, 3 *(i) + *τὰ* ante *πάντα* et = *ἰδίᾳ δόξῃ καὶ ἀρετῇ* pro *διὰ δ. κ. ἀ.* (90. 99). v. 4 *(. . *φύσεως*) = *ἡμῖν* post *τίμια* (90). v. 19 *(*ἕως* . .) (87). v. 21 *(i) = *προφητεία ποτὲ* et = *ἀπὸ θεοῦ ἅγιοι ἄνθρ.* (234). II, 4 (i)* = *ὁ θεὸς* pone *ἐφείσατο* et = *εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας τετήρηκεν* pro *παρεδ. εἰς κρ. τηρ.* (151) (p. 198 = *ὁ θεὸς* ante *οὐκ*).

Ep. I. Joh.

I, 1. 2 *(i) (21). v. 3 *(i) + *καὶ* ante *ὑμῖν* (ib.). II, 1 (i)* = *ἐὰν δὲ καὶ ἁμαρτῶμεν* pro *καὶ ἐάν τις ἁμ.* et *θεὸν* pro *πατέρα* (439). v. 20 *(i) (179). v. 27 *(. . *πάντων*) = *μένει ἐν ὑμῖν* et *αὐτοῦ* pro *αὐτὸ* (180). IV, 13 (i)* || *ὅτι*, = *αὐτοῦ* et *ἔδωκεν* et + *οὐ* ante *ἔδωκεν* (119. 143 et al. loc.). V, 6 *(*καὶ τὸ* . .) (127). Locum V, 7: *ἐν τῷ οὐρανῷ . . ἐν τῇ γῇ* D. neque Arianis objicit libris de trin., neque in Enaratt. in 1 Joh. attulit. v. 20 (i)* = *λόγος* pro *υἱὸς*, = *ἔδωκεν*, + post *ἀληθινὸν* — *θεὸν*, || *ἐν* ante *τῷ υἱῷ*, = *τοῦ θεοῦ* pro *αὐτοῦ* et || *ἡ* ante *ζωὴ* (85). id. v. (*καί ἐσμεν . . Χριστῷ*) || *ἐν τῷ* ante *υἱῷ* et = *τοῦ θεοῦ* pro *αὐτοῦ* (321). id. v. (*οὗτος* . .) || *ἡ* ante *ζωὴ* (73. 144).

Ep. Judae.

v. 4 *(i) (85). v. 5 *(*κύριος* . .) + *Ἰησοῦς* post *κύριος*, || *γῆς*, = *ἐξ* et || *τὸ* (60). v. 18 (*ἐν ἐσχάτῳ* . .) = *ἐπ' ἐσχάτου τοῦ χρόνου* et = *ἐλεύσονται* (297). v. 19 (i) || *ἑαυτοὺς* (ib.).

Apocal.

Ex c. I, 4. 8 et IV, 8 sibi formavit Didymus dictum *ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος· κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ παντοκράτωρ* (17). Necnon ex c. V, 12. 13 et XXI, 6 locos videtur desumpsisse (p. 402. 354).

SUMMA.

Ad respondendum ad quaestionem, quanam ratione canon s. s. sit constituendus, ea, quae hac de re catechetae Ale-

xandrini ftatuerunt, plurimum faciunt et graviffimi funt momenti. Totum Veteris T. noftrum canonem invenimus apud Origenem; neque vero folum canonicos V. T. libros Alexandrini adhibuerunt ad derivandam inde et comprobandam doctrinam chriftianam, fed etiam apocryphos. Ita praecipue Clemens libris, quos commemorat, apocryphis eandem tribuere videtur auctoritatem, quam canonicis; Origenes vero omnes quidem praeter librum Baruci (quem, uti Clemens, Jeremiae dat) apocryphos libros ex canone excludit, nonnullos tamen adeo laudat, ut revera paene nullum eos inter et canonicos discrimen ab ipfo admiffum effe videatur. Neque Dionyfius et Didymus verentur apocryphorum auctoritate faepius uti. Praecipue autem liber Siraci et magis etiam fapientia aeftimatur (Henoci vero liber diferte ab Origene rejicitur, neque a Didymo magni ducitur; ex Efrae contra libro quarto a Clemente locus laudatur). Jamvero hic apocryphorum V. T. ufus non erat ecclefiae orientalis proprius, fed invenitur etiam in occidentis ecclefia (laudat e. g. etiam Tertullianus librum Siraci — exhort. ad caft. c. 2 — et fapientiae — adv. Valentinian. c. 2 —, tribuitque Irenaeus librum Baruci Jeremiae — adv. haeref. V, 35 —); imo praefertim in occidente poftea canonicorum V. T. et apocryphorum librorum notiones confundebantur. Noftri vero iftam confufionem haud mediocriter praepararunt. Neque id mirum eft. Quanto enim gnoftici de V. T. humilius ftatuebant, tanto noftri fentiebant fublimius, tantumque igitur abeffet neceffe erat, ut cum illis V. T. canonem diminuerent vel delerent potius, ut eum augere facilius a fefe impetrarent.

Haud prorfus alienam de N. T. libris apocryphis fententiam noftri foverunt. De evangelio Hebraeorum quid ftatuendum fit, haud diferte Clemens et Origenes dicunt. Quanquam autem evangelium Aegyptiorum Clemens a canonicis quatuor feparat idque cum aliis iftiusmodi fcriptis Origenes aperte repudiat, idem tamen magnam et Clemens fere eandem, quam vere canonicis N. T. libris, epiftolae Barnabae, Hermae Paftori (etiam a Didymo femel allegato) aliisque fcriptis auctoritatem tribuit. Quatuor evangeliorum (Matthaeum primum hebraice fcripfiffe dicit Origenes, — quod exemplar

hebraeum Pantaenus inveniſſe fertur —; Johannis evangelium Clemens et Origenes ſpiritale nuncupant), actuum apoſtolorum Paulinarumque epiſtolarum (nonnullarum jam ab Athenagora) authentia a noſtris egregie confirmatur. Epiſtolam ad Hebraeos Pantaenus, Clemens (cujus de ſententia Lucas epiſtolam ex hebraeo in graecum ſermonem vertit), Dionyſius et Didymus a Paulo apoſtolo conſcriptam eſſe dicunt, et Origenes concedit; et ita quidem ſchola Alexandrina eccleſiae occidentalis haud exiguae parti quodammodo adverſatur. Nam permulti illius aevi Romani (Euſeb. h. e. VI, 20; Hieron. catal. v. Cajus), duce Cajo presbytero (Euſeb. l. l.), et ipſe Tertullianus de pudicit. c. 20, an Paulus auctor ſit, valde dubitarunt; neque Irenaeus diſerte Alexandrinis adſtipulatus eſt. Ex epiſtolis catholicis prioris Petri, primae Johannis et Judae epp. authentia Alexandrinis minime eſt ſuſpecta; necnon de reliquis ita judicant, ut comprobare potius, quam improbare canonicam earum auctoritatem videantur; ſolam poſterioris Petri ep. ſolus Didymus canonicam eſſe diſerte negat (eamque inſuper falſatam eſſe dicit); ſed ne is quidem ſibi conſtat, et in libris de trin. diſerte Petro eam tribuit. Apocalypſin a Clemente et Origene aequalibusque viris et ſuperioribus Johanni apoſtolo vindicatam Dionyſius, internis rationibus commotus, modeſtiſſime ei abjudicare audet; Didymus vero reſpectum non habet hujus opinionis, quae quidem nonnullos apud Aſianos, apud Europaeos perpaucos et apud Aegyptios et Africanos nullos invenit inclytos amicos.

De critica ſingula ad verba ſpectante (ut omittam variarum lectionum theſaurum in Alexandrinorum operibus patefactum) quantopere ſchola noſtra merita ſit, augurari potius, quam definire poſſumus, quippe qui de Pierii opera critica nihil et de Origene parum compertum habeamus. At jam unicum Origenis hexaplare opus haud mediocri totam noſtram prae ceteris ſcholam gloria critica imbuere valet.

CAPUT SECUNDUM.

HERMENEUTICA.

ATHENAGORAS.

Cf. J. G. Rofenmülleri hiftor. interpret. libror. facror. T. I. p. 193—198.

Potior fuit Athenagorae prophetarum V. T., quam evangeliorum (ceterorumque N. T. fcriptorum) auctoritas, id quod ex eo fatis conftat, quod doctrinam non modo de unitate Dei (apolog. c. 8. p. 36), fed etiam de filio (c. 9 et 10 p. 38) e V. T. (illam e locis Exod. XX, 3; Jef. XLIII, 10; XLV, 5; LXVI, 1, hanc ex Proverb. VIII, 22) demonftrat, prophetarum diligentem lectionem unice commendat (c. 8), evangelia vero, quanquam eorum dicta nonnulla obfcurius allegat (cap. 9. 11. 27), nullibi laudat, ac ne commemorat quidem diferte. Ceterum quos e libris facris ducit locos plerumque ad litteram accipit, tantumque abeft, ut allegorice locum Genef. VI, 2 interpretetur, ut in carnales cogitationes inciderit.

PANTAENUS.

Unum tantummodo interpretandi canonem, ambiguum illum quidem, fed tamen ex ore eruditi profectum, qualem Pantaenum fuiffe exiftimamus, ad intelligendas prophetias utiliffimum et plane neceffarium, tempus nobis fervavit. In Eclogis enim ex prophetis, quas a Theodoto fortaffe fcriptas Clemens Alex. vel alius quidam collegit, §. 56. p. 1002. 3 ed. Pott. Opp. Clem., haecce Pantaenus dixiffe fertur: *ἀορίστως τὴν προφητείαν ἐκφέρειν τὰς λέξεις, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, καὶ τῷ ἐνεστῶτι ἀντὶ τοῦ μέλλοντος χρῆσθαι χρόνῳ, καὶ πάλιν τῷ ἐνεστῶτι ἀντὶ τοῦ παρῳχηκότος* (indefinite voces efferre prophetas in pluribus atque praefenti tempore fimul et pro futuro et pro praeterito uti). Attamen cenfeas cave, Pantae-

num in literali interpretatione acquievisse; potius expressa allegoricae ipsius interpretationis vestigia invenire licet. Dicit enim Anastasius Sinaita lib. I. contemplat. in Hexaëmeron: *Λαβόντες τὰς ἀφορμὰς ἐκ Παπίου ... καὶ Κλήμεντος, Πανταίνου, τῆς Ἀλεξανδρέων ἱερέως, καὶ Ἀμμωνίου σοφωτάτου, τῶν ἀρχαίων καὶ πρώτων συνῳδῶν* (sibi invicem consentaneorum) *ἐξηγητῶν, εἰς Χριστὸν καὶ τὴν ἐκκλησίαν πᾶσαν τὴν ἑξαήμερον νοησάντων* · ... idemque lib. VII. ejusdem operis latine versi: „Veteres ergo ecclesiarum interpretes, Philo inquam .. et celebris Papias .. et Irenaeus .. et Justinus Martyr .. et Pantaenus Alexandrinus et Clemens Stromateus et eorum asseclae spiritualiter sunt contemplati de Christo ecclesia ea, quae scripta sunt de paradiso" (Tom. I. biblioth. patr. Paris. 1609 col. 223).

CLEMENS.

Cf. Rosenmülleri hist. interpr. libr. s. I, 209—230.

Σαρκικῶς interpretantes scripturam sacram acriter Clemens vituperat Strom. II. c. 16. p. 467. Pariter haereticorum interpretandi rationem reprehendit. Dicit enim Strom. VII, 16, 891: „Haeretici ex scriptis propheticis eligentes ea, quae dicta sunt ambigue, traducunt ad proprias opiniones, paucas voces sparsim carpentes, neque id considerantes, quod ex ipsis significatur, sed ipsa nuda dictione utentes. Nam in omnibus fere quos adducunt locis ipsos sola intueri videbis nomina, ut qui mutent significata, neque quemadmodum dicuntur cognoscant, neque iis quas afferunt allegationibus, ita ut earum natura postulat, utantur." Huic haereticorum interpretandi rationi suam opponit verbis: „Veritas autem non invenitur in translatione significationum (sic enim omnem veram everterent doctrinam), sed in eo, quod quis consideret, quid domino et omnipotenti Deo perfecte conveniat et eum deceat, et in eo, ut confirmet unumquodque ex iis, quae demonstrantur per scripturas, ex ipsis rursus similibus scripturis." Neque tamen eo ad literam libros sacros explicare omnino vetat; multis potius locis literam aestimat. Ita v. c. in fragmento Hypotypos. apud Potterum p. 1014 verba 1 Cor. XI, 10 *διὰ τοὺς ἀγγέλους* interpretatur: *Ἀγγέλους φησὶ τοὺς δι-*

καίους καὶ ἐναρέτους· κατακαλυπτέσθω οὖν, ἵνα μὴ εἰς πορνείαν αὐτοὺς σκανδαλίσῃ· οἱ γὰρ ὄντως καὶ ἐν οὐρανοῖς ἄγγελοι καὶ κατακεκαλυμμένην αὐτὴν βλέπουσιν. At vero Clemente judice tota fcriptura facra, non tantum Veteris, fed etiam Novi Teft. habet fenfum allegoricum. Hanc thefin probat Clemens Strom. V, 4. p. 659 e Pfalmo LXXVIII, 2 his verbis: *ἀντικρυς γοῦν περὶ πάσης γραφῆς τῆς καθ᾽ ἡμᾶς ἐν τοῖς ψαλμοῖς γέγραπται ὡς ἐν παραβολῇ εἰρημένης· ... ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, φθέγξομαι προβλήματα ἀπ᾽ ἀρχῆς*, et ex 1 Cor. II, 6 fq.: *σοφίαν λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις .. ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην κ. τ. λ.* Huc trahit etiam (Strom. VI, 15, 802) Matth. X, 27: „Quod audite in aurem," *ἐπικεκρυμμένως δηλονότι*, Clemens addit, *καὶ ἐν μυστηρίῳ*, „id fuper domos praedicate," *μεγαλοφρόνως τε ἐκδεξάμενοι, καὶ ὑψηγόρως παραδιδόντες, καὶ κατὰ τὸν τῆς ἀληθείας κανόνα διασαφοῦντες τὰς γραφάς.* „Neque enim prophetia," pergit, „neque ipfe fervator adeo aperte eloquutus eft divina myfteria (l. l. p. 803), ut ea facile capi poffent a quibuslibet, fed differuit in parabolis. De domino quidem certe dicunt apoftoli, quod (Marc. IV, 34) omnia loquutus eft in parabolis.. Si autem omnia per ipfum (Chriftum) facta funt, et fine ipfo factum eft nihil (Joh. I, 3); ergo prophetia quoque et lex per ipfum factae et per ipfum dictae funt *ἐν παραβολαῖς*, allegorice." (Ita Str. I, 28, 426 leges Mofaicas fenfum habere fignificat et naturalem et allegoricum, hunceque pofteriorem dicit effe vel myfticum vel moralem vel propheticum.) De Novo Teft. feparatim haec Clemens dicit Quis div. falvetur t. 5. p. 938: *Δεῖ δὲ σαφῶς εἰδότας, ὡς οὐδὲν ἀνθρωπίνως ὁ σωτὴρ, ἀλλὰ πάντα θείᾳ σοφίᾳ καὶ μυστικῇ διδάσκει τοῖς ἑαυτοῦ, μὴ σαρκίνως ἀκροᾶσθαι τῶν λεγομένων, ἀλλὰ τὸν ἐν αὐτοῖς κεκρυμμένον νοῦν μετὰ τῆς ἀξίας ζητήσεως ἐρευνᾷν καὶ καταμανθάνειν . . . οὐκ ἐπιπολαίως* (p. 939) *δέχεσθαι ταῖς ἀκοαῖς προςῆκεν, ἀλλὰ καθιέντας τὸν νοῦν ἐπ᾽ αὐτὸ τὸ πνεῦμα τοῦ σωτῆρος καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀπόῤῥητον.*

Plures ob caufas fcriptura facra occulto et arcano dicendi genere utitur..... Vid. Strom. VI, 15, 803 fq.: *Διὰ πολλὰς αἰτίας ἐπικρύπτονται τὸν νοῦν αἱ γρα-*

φαί· „primum quidem, ut diligenter inquiramus (ἵνα ζητητικοὶ ὑπάρχωμεν) et ſemper invigilemus ſalutarium doctrinarum inventioni. Praeterea quia non conveniebat omnibus hominibus intelligere (ſenſum ſcripturae arcanum); nam fraudi iis eſſet, ſi aliter acciperent ea, quae a ſpiritu ſancto ſalutariter dicta ſunt. Quocirca electis hominibus et iis, qui ex ſide cooptati ſunt ad cognitionem, aſſervata ſancta myſteria prophetiarum teguntur parabolis." (Simili ratione Strom. V, 10, 685 inculcat, ſenſum reconditum ſcripturae non omnibus temere eſſe aperiendum.)„ . . . Poſtremo parabolicum ſcripturae genus cum ſit antiquiſſimum, merito prophetae maxime eo uſi ſunt, ut ſpiritus ſanctus oſtenderet, et philoſophos graecos, et aliorum barbarorum ſapientes ignoraſſe futurum domini adventum et myſticam doctrinam ab eo tradendam."

Senſus ſcripturae ſ. literalis omnibus facile patens fidem gignit tantummodo elementarem; ſenſus vero allegoricus ad praeclariorem ſapientiam (γνῶσιν) ducit (Strom. VI, 15, 806 ſq.). Quare gnoſticus allegoricum ſtudioſiſſime inveſtigabit.

Jamjam illuſtrabimus hanc Clementis de ſenſu ſ. ſ. allegorico ſententiam exemplis. Primum e Vetere Teſt. Strom. V, 6, 666 ſqq. docet Clemens, quomodo narratio Moſis de conſtructione tentorii ſancti et de rebus ad illud pertinentibus allegorice ſit explicanda. „Per candelabrum in auſtralibus partibus thuribuli ſitum declarati ſunt motus ſeptem luminarium, quae auſtrales faciunt converſiones. Ex utraque enim parte candelabri tres inſerti ſunt rami, et in ipſis lucernae, quoniam ſol quoque, tanquam candelabrum, collocatus in medio aliorum planetarum, et iis qui ſunt ſuper ipſum, et iis qui ſunt ſub ipſo divina quadam muſica lucem indit. Habet autem aliud quoque aenigma aureum candelabrum, ſigni Chriſti, non ſigura ſola, ſed eo etiam, quod lucem immittit multifariam multisque modis in eos, qui in ipſum credunt, ſperant et reſpiciunt, per miniſterium eorum, quae ſunt primo creata . . . Quae de ſancta arca narrantur, ſignificant mundum, qui percipitur intelligentia, qui eſt vulgo occultus et occluſus (μηνύει τὰ τοῦ νοητοῦ κόσμου, τοῦ ἀποκεκρυμμένου καὶ ἀποκεκλει-

σμένον τοῖς πολλοῖς)... Pontificis autem veſtis talaris eſt ſymbolum mundi, qui externis ſenſibus percipitur (*κόσμου ἐστὶν αἰσθητοῦ σύμβολον*)... Trecenta ſexaginta tintinnabula, quae pendent a veſte talari, ſunt tempus annuum, annus domini acceptus praedicans et reſonans maximum adventum ſervatoris. Quinetiam pillus aureus, qui eſt extenſus, ſignificat regalem domini poteſtatem." Et ſic porro. Prolixiorem allegoriam invenies Strom. I, 5, 333, ubi Clemens (qui hoc loco nonnullas interpretationes Philonianas laudat) oſtendit, Chriſtianum philoſophiae artibusque liberalibus operam dare oportere, antequam ſapientiae divinae totum ſeſe dedat. Abrahamum nempe ſtatuit eſſe imaginem Chriſtiani perfecti, Saram imaginem chriſtianae ſapientiae, Agarem denique imaginem philoſophiae ſeu ſapientiae humanae. Abrahamus diu in ſterili cum Sara conjugio vivit. Id eſt ex mente Clementis: Chriſtianus quamdiu uni divinae ſapientiae et religioni ſtudet, nullos edit magnos et eximios fructus. Abrahamus deinde cum Agare conſentiente Sara congreditur. Id eſt: Chriſtianus ſapientiam hujus mundi ſeu philoſophiam complecti debet, idque non impedit divina ſapientia. Poſtremo Abrahamus poſt natum ex Agare Ismaëlem Sarae quoque jungitur, atque Iſaacum ex ea gignit. Hujus rei haec vis eſt: Chriſtianus diſciplinis humanis et philoſophia inſtitutus ſi ad divinam ſapientiam acceſſerit, genus Israëliticum id verorum Chriſtianorum propagare atque eccleſiae multum prodeſſe poteſt. Pariter Clemens: „Merito," ait Strom. VI, 6, 765, „dicit ſcriptura (Jeſai. XL, 7), bovem et urſam ſimul futuros. Nam bos quidem dictus eſt Judaeus, ex animali, quod a lege ſub jugo judicatum eſt mundum, quandoquidem bos et fiſſam habet ungulam, et ruminat; gentilis autem ſignificatur per urſam, quae eſt animal immundum et agreſte. Parit autem hoc animal carnem informem, quam lingua ſola effingit in ſimilitudinem animalis. Verbo enim formatur ad hoc, ut ex vita ferina manſueſcat, qui convertitur ex gentibus; manſuefactus autem ipſe quoque ut bos purificatur." Porro Strom. IV, 25, 637: „Caſtitatem," ait, „in corpore et anima, quam perſequitur gnoſticus, Moſes pulcre ſignificavit, corporis et animae corruptionem deſcribens in Rebecca

hoc modo: Virgo autem erat pulcra, vir non cognovit ipsam. Rebecca autem exponitur Dei gloria (?). Dei autem gloria est incorruptio. Haec est vera justitia, nolle rei alterius plus quam par sit habere, sed totum esse templum domini sanctificatum. Justitia ergo est vitae pax et stabilitas ac tranquillitas, ad quam dominus ablegavit dicens (Marc. V, 34), Abi in pacem. Salem enim pax exponitur," et qu. sq. Ultimo loco inducimus clarissimum exemplum, quod ipse Clemens ad illustrandam gnosticorum interpretandi rationem proposuit Strom. VI, 16, 807 sqq. „Decalogus," inquit, „secundum coelestem imaginem continet solem et lunam, astra, nubes, lucem, spiritum, aquam, aërem, tenebras, ignem; hic est naturalis decalogus coeli. Terrae autem imago continet homines, pecora, reptilia, bestias et ex aquatilibus pisces et cete, e volucribus carnivoras et utentes alimento e terrae fructibus, ex plantis denique fertiles et steriles. Hic est terrae decalogus naturalis." Multa alia commemorat, in quibus denae res diversae cogitari possint, quarum symbolum sit decalogus. Addit p. 815, decalogo per literam ἰώτα significari nomen beatum, Jesum. Explicat deinceps p. 816 singula praecepta, et in unoquoque eorum quaerit mysteria. Veluti quintum (nobis quartum) praeceptum de honore patri (et matri) exhibendo exponit de Deo Patre, cujus cultores appellentur filii et dii. „Mater vero," pergit, „non est, ut quidam existimant, substantia, ex qua nati sumus, nec, ut alii putant, ecclesia, sed divina cognitio (γνῶσις) et sapientia, ut dicit Salomo, justorum matrem appellans sapientiam. . . Adulterium est, si quis relicta ecclesiastica et vera cognitione et de Deo persuasione accedat ad falsam, non congruam opinionem, vel Deum faciens (θεοποιῶν) aliquid ex iis, quae sunt genita. . . A gnostico autem aliena est falsa opinio, sicut vera ei est conjuncta et familiaris. Quocirca praeclarus quoque apostolus unam fornicationis speciem vocat idololatriam, convenienter prophetae qui dicit: Moechatus est cum ligno et lapide. Deinde de caede consequitur praeceptum. Est autem caedes firma ac constans ablatio. Veram ergo de Deo et ejus aeternitate doctrinam qui vult auferre, ut falsam doctrinam inferat, dicens vel universum nulla regi providentia, vel mundum non esse

creatum, vel negans aliquid ex iis, quae sunt firma ac stabilia in vera doctrina, is est perniciosissimus."

E Novo Test. haec adsint exempla. „Fortasse," Clemens ait Strom. VI, 11, 787, „dominus illam eorum, qui in herba decubuerunt, multitudinem ex adverso Tiberiadis (Joh. VI, 11) piscibus duobus et hordaceis quinque aluit panibus, innuens praeviam Judaeorum et Graecorum eruditionem, quae praecedit divinum triticum nutrimenti, quod per legem educitur. Est enim hordeum tritico citius tempore aestatis. Quae autem per undas gentiles gignitur et fertur, graecam philosophiam pisces significabant, in copiosum cibum dati iis, qui humi adhuc jacebant, qui quidem non cupiebant incrementum sicut fragmenta panum: tamen cum benedictionis domini facti essent participes, habuerunt inspiratam divinitatis resurrectionem per Verbi potentiam. Quod si ulterius quaerendi sollicitus es, puta unum ex piscibus esse enclyclicam disciplinam, alterum vero significare ipsam quae supervenit philosophiam, quae scilicet cum ipsius domini verbo comparantur." Porro Strom. IV, 4, 570: „Dominus," ait, „in evangelio (Matth. XIX, 29) dicit: Qui reliquerit patrem vel matrem vel fratres propter evangelium et nomen meum, is est beatus; non quodvis significans martyrium, sed gnosticum, ejus nempe hominis, qui cum ex regula evangelii vitam egerit, propter dilectionem domini (nominis enim ratio et evangelii, quorum hic mentio facta est, haud nudam appellationem, sed gnosticam vivendi rationem significat) cum hujus mundi cognatos, tum etiam substantiam ac possessiones (οὐσίαν καὶ κτῆσιν πᾶσαν) relinquit, propterea quod vivat citra nimiam ad ea affectionem. Proinde mater quidem allegorice innuit patriam et altricem terram, patres autem leges civiles; quas quidem res vir justus, qui est magni excelsique animi, lubentissime contemnere debet, ut Deo fiat amicus et consequatur dexteras partes sanctuarii, sicut etiam fecerunt apostoli." Eadem gnostica ratione interpretatur locum 1 Joh. V, 7 (Adumbratt. in 1 Joh. p. 1011): "Tres sunt, qui testificantur, spiritus, quod est vita, et aqua, quod est regeneratio ac fides, et sanguis, quod est cognitio (γνῶσις), et hi tres unum sunt. In salvatore quippe istae sunt virtutes salutiferae, et vita ipsa in ipso filio ejus existit."

Quibus ex exemplis cognosci potest, qualis scripturae sacrae interpres Clemens fuerit, et quantopere tota sua hermeneutica ex arbitratu pendeat.

ORIGENES.

Vide praecipue Origenis de principiis librum quartum, §. 8 sqq. a p. 164 – 188 Opp. Vol. I.

Cfr. Huetii Origeniana lib. II. c. 2. qu. 13 (ante Huetii Origen. Commentarior. editionem, Col. 1685) p. 170 — 176.

Rich. Simon hist. critique des Commentateurs du N. T. (à Rotterd. 1703. IV.) c. 3 — 5. p. 37 — 70.

(J. F. Buddei exercitatio historico-philologica de allegoriis Origenis, in ej. parerg. historico-theol., Jenae 1719, p. 139 — 188.)

Ruaei praefatio vol. II. Opp. Orig. p. II — XXV.

Moshemii Commentar. de reb. Christ. ante Const. M. p. 629 — 657.

(J. A. Ernesti commentatio de Origene interpretationis libror. sacror. grammaticae auctore (defensa d. 25. Febr. 1756), in ej. opusculis philolog. criticis, ed. 2., Lugd. Bat. 1776, p. 288 sqq.)

Schroeckh Kirchengeschichte P. IV. p. 52 sqq.

J. G. Rosenmülleri historia interpretationis libror. sacror. T. III. p. 1 — 156.

C. W. Flügge Geschichte der theologischen Wissenschaften, P. I. p. 351 — 375.

(G. W. Meyer Gesch. der Schrifterklärung seit der Wiederherstell. der Wissenschaften P. I. p. 41 — 47 brevem Origenianae hermeneuticae conspectum praebet.)

Antequam ad ipsam Origenianam codicis sacri interpretandi rationem describendam progrediamur, paucis quaestionem tangemus, an hebraeam linguam cognitam habuerit. Cogitari nequit, virum doctum menteque haudquaquam captum arduum hexaplorum consilium conficiendorum capere et exsequi potuisse, qui linguae hebraeae notitia plane caruerit. Accedit quod Eusebius hist. eccl. VI, 16 et Hieronymus catal. c. 54 et epist. 22 ad Paulam (vid. P. I. huj. comm. p. 48 annot. 48) sine omni haesitatione Origeni notitiam illam tribuunt. Attamen, quin ea pro aetatis nostrae mensura exigua fuerit, nihil est quod dubitemus. Exempla hoc demonstrantia dederunt Huetius Origenianor. lib. II. c. 1. p. 26, Rosen-

müllerus l. l. p. 21 fqq. et 61 fqq. et Gefenius S. V. Gefch. d. hebr. Spr. u. Schr. p. 90 fq. Neque ipfe Origenes hebraeam magnam doctrinam jactat; potius homil. XIV. in Num. vol. II. p. 322: "Ajunt,„ inquit, "qui hebraicas literas legunt, in hoc loco, Deus non fub figno tetragrammati effe pofitum, de quo qui poteft requirat,„ et in epift. ad African. vol. I. p. 18 cum Hebraeis non paucis confuetudinem habuiffe eosque fefe confuluiffe libere profitetur.

De fententia Origenis, quam praemittendam cenfemus, universae f. f. (divinitus ejus quidem infpiratae, id quod infra ex Origenis mente demonftrabimus) praeclare omnes inter fe partes concinunt, ut plena ipfarum fit harmonia. Id Comm. in Matth. T. II. vol. III, 441 his profert verbis: „Ut enim pfalterii vel citharae fides, quarum unaquaeque proprium fonum, et qui alterius fono fimilis effe non videtur, abfolvit, videntur inerudito et mufici concentus minime perito propter diffimilitudinem fonorum discrepantes; fic qui audire nefciunt divinum in facris fcripturis concentum, non bene convenire Novo T. cum V., aut legi cum prophetis, nec evangelia fibi mutuo confentire, aut apoftolum evangelio, vel fibi ipfi vel apoftolis putant. Sed fi quis accefferit divina mufica eruditus, et re et fermone fapiens, ideoque quidam alius David, qui exponitur aptus et idoneus manu, abfolvet fonum muficae Dei, cum ab ea didicerit opportune pulfare fides modo legis, modo quae illis concinunt evangelicas, interdum propheticas, aliquando, cum id ratio expofcit, quae ipfis accinunt apoftolicas, ita et apoftolicis evangelicas concinentes. Unum enim effe novit perfectum et aptum inftrumentum Dei fcripturam univerfam, quae unam abfolvit e diverfis fonis, iis qui difcere volunt, falutarem vocem, vim omnem mali fpiritus fedantem et cohibentem." Cum Vetus T. (religionis chriftianae prima veluti rudimenta c. Celf. II, 4. vol. I, 389), tum N. T. continet evangelium (praef. in Joh. ed. Huet. vol. II. p. 7. 8).

Triplex eft f. f. fenfus. "Sanctam f. (inquit nofter homil. V. in Levit. §. 1. vol. II, 205) credendum eft ex vifibilibus et invifibilibus conftare, veluti ex corpore quodam, literae fcilicet, quae videtur, et anima, fenfus qui intra ipfam

deprehenditur, et ſpiritu, ſecundum id quod etiam quaedam in ſe coeleſtia teneat, ut apoſtolus dicit, quia exemplari et umbrae deſerviunt coeleſtium.„ Paulo inferius ejusd. homil. §. 5. p. 209 ſic loquitur: "Triplicem in divinis ſcripturis intelligentiae ſaepe diximus modum, hiſtoricum, moralem et myſticum, unde et corpus ineſſe ei et animam et ſpiritum intelleximus.„ Pariter lib. IV. §. 11 de princip. vol. I, 168: *Οὐκοῦν*, ait, *τρισσῶς ἀπογράφεσθαι δεῖ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν τὰ τῶν ἁγίων γραμμάτων νοήματα· ἵνα ὁ μὲν ἁπλούστερος οἰκοδομῆται ἀπὸ τῆς οἱονεὶ σαρκὸς τῆς γραφῆς, οὕτως ὀνομαζόντων ἡμῶν τὴν πρόχειρον ἐκδοχήν· ὁ δὲ ἐπὶ ποσὸν ἀναβεβηκὼς ἀπὸ τῆς ὡςπερεὶ ψυχῆς αὐτῆς· ὁ δὲ τέλειος . . . ἀπὸ τοῦ πνευματικοῦ νόμου σκιὰν ἔχοντος τῶν μενόντων ἀγαθῶν. Ὥςπερ γὰρ ὁ ἄνθρωπος συνέστηκεν ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς καὶ πνεύματος, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ οἰκονομηθεῖσα ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς ἀνθρώπων σωτηρίαν δοθῆναι γραφή.* Habet igitur ex ſententia Origenis ſ. ſ. ſenſum unum literalem, moralem alterum et tertium allegoricum, veri nominis ſpiritalem vel myſticum (quorum tamen poſteriores noſter vocabulo ſpiritalis ſive myſtici ſenſus ſignificatione latiori, ſimpliciter ejus quidem oppoſiti literali ſive grammatico, ſaepe complectitur — uti hominis animam et ſpiritum communi animae nomine —). Quid ſit literalis, per ſe patet. Nusquam, quod ſciam, declarat, quid ſenſus moralis vocabulo intelligat. Conſiſtit autem is partim in dogmatibus de mutationibus, quas anima hominis ſive mali ſive boni ſubire poteſt, partim in praeceptis, quibus vita chriſtiani hominis tam interior, quam exterior, gubernari debet. Veri nominis ſpiritalem de princip. IV, 13. vol. I, 170 his verbis deſcribit: "*Πνευματικὴ διήγησις* eſt talis„ (Rufini haec verſio cum textu graeco convenit), "ſi quis poteſt oſtendere, quorum coeleſtium exemplaribus et umbrae deſerviunt hi, qui ſecundum carnem Judaei ſunt, et quorum futurorum umbram lex habet, etſi qua hujusmodi in ſcripturis ſanctis reperiuntur, vel cum requiritur, quae ſit illa ſapientia in myſterio abscondita (1 Cor. II, 7), et occaſionem nobis praeſtat intelligentiae, ut poſſimus advertere, quorum figurae erant iſta, quae illis (Judaeis) accidebant.„ Repraeſentat igitur hic ſenſus myſticus ſtatum, na-

turam et historiam mundi spiritalis. De quaestione, utrum is duplex sit *), anagogicus quidem, qui ad mundum coelestem pertineat, et allegoricus, qui res a Christo et ejus legatis in his terris gestas eventusque regni Christi exhibeat (quod Moshemius statuit l. l. p. 644, ubi autem sapienter addit, non semper hanc distinctionem observari ab Origene, qui vocabulo allegoricus nonnunquam utatur latius), an vero simplex, promiscue usurpato vocabulo allegoricus (quod Rosenmüllero placet l. l. p. 114 sqq.), permulta hucusque dicta sunt. Id mihi videtur (illos viros invicem reconciliaturo) hac de re statuendum: Sensus s. s. allegoricus, veri nominis mysticus vel spiritalis, pertinet ad mundum spiritalem (cf. T. XIX. in Joh. vol. IV, 305). Mundus autem spiritalis est duplex, coelestis et veri nominis christiana terrestris. Ad illum spectat sensus anagogicus, ad hunc allegoricus sensu strictiori, utraque autem species interdum nomine generis dicta allegorica sensu latiori.

Jam vero „Quoniam," ait Origenes de princ. IV, 12. vol. I, 169, „scripturae quaedam sunt, quae nihil habent corporeum, . . alicubi sola veluti anima et spiritus quaerendus est." (Hoc ita nemo intelliget, quasi dicat O., nonnullis locis omnino non inesse sensum literalem. Contrarium per se in aperto est, esse quidem omnibus locis sensum literalem; neque vero ex sententia Origenis in omnibus is est verus.) "Ego," inquit homil. I, 4 in Exod. vol. II, 131, "credens verbis domini mei Jesu Christi, in lege et prophetis jota quidem unum aut unum apicem non puto esse mysteriis vacuum." Clarius, quam de princ. l. l., mentem suam aperit homil. XI, 1 in Numer. vol. II, 304. "Sunt," ait, "qui ita dicant, quia si aliquid domino observandum est secundum literam, cur non et cuncta serventur. Si vero ad spiritalem in-

---

*) Triplex enim, scilicet allegoricus, tropologicus et anagogicus, id quod Huetius vult not. ad Comm. Or. in Matth. T. X. (ap. Ruaeum vol. III, 458), esse non potest, quia tropologicus, qualem Huetius describit, idem est qui moralis, qualis autem revera est, allegoricum et anagogicum comprehendit, oppositus quidem, uti spiritalis et mysticus sensu latiori, literali (cf. T. XVII, 35 in Matth. vol. III, 827).

telligentiam quae lex continet referenda sunt, nihil omnino secundum literam, sed spiritaliter debent universa discerni. Nos autem utriusque assertionis insolentiam temperantes, qualis regula in hujuscemodi legis sermonibus observanda sit, ex auctoritate divinarum scripturarum proferre tentabimus.„ Hinc Origenes infert, quicquid legis nomine in Mos. libris exprimatur, id totum mystico sensu (scilicet veri nominis mystico, cujus, si ipse explorari nequit, vices tantummodo explet moralis, ad quem iccirco, quae de mystico sensu exponemus, parum pertinent) esse accipiendum (quia apostolus legem umbram esse doceat futurorum bonorum); secus vero quicquid mandati, testimonii, justitiae, judicii vocibus declaretur. "Quid opus est,„ inquit ib., "in his allegoriam quaerere, cum aedificet etiam litera„? Paucis interjectis p. 305 pergit: "Nunc requiro, si sunt aliqua, quae et secundum literam quidem stare possint, necessario tamen in eis allegoriam requirendam.„ Argumento est ei tum illud, quod de matrimonio dictum est et ad Jesum atque ecclesiam ab apostolo refertur, tum historia Ismaëlis et Isaaci, Agaris et Sarae, quae allegorice ab eodem apostolo exponitur. Tum subdit: "Ostendimus, ut opinor, auctoritate divinae scripturae, ex iis, quae in lege scripta sunt, aliqua penitus refugienda esse et cavenda, ne secundum literam ab ev. discipulis observentur; quaedam vero omnimode ut scripta sunt obtinenda; alia autem habere quidem secundum literam veritatem sui, recipere tamen utiliter et necessario etiam allegoricum sensum. Erit ergo jam sapientis scribae et edocti de regno Dei, qui sciat de thesauris his proferre nova et vetera, scire quomodo in unoquoque loco scripturae aut abjiciat penitus occidentem literam, aut confirmet omnimode ut utilem, ac necessariam probet literae doctrinam, aut, manente historia, opportune et decenter introducat etiam mysticum sensum.„

Ita minime quidem per se inutilem esse sensum literalem Origenes dicit. Potius de princ. IV, 12. vol. I, 169: „Per se utilem eum esse posse," ait, „testatur eorum multitudo, qui ingenue et simpliciter crediderunt." Ibidem sub finem §. 14 p. 173, postquam singulatim enarravit, in quo literalis sensus consistat, sic concludit: *Προέκειτο γὰρ καὶ τὸ ἐν-*

δυμα τῶν πνευματικῶν, λέγω δὲ τὸ σωματικὸν τῶν γραφῶν, ἐν πολλοῖς ποιῆσαι οὐκ ἀνωφελὲς, δυνάμενόν τε τοὺς πολλοὺς, ὡς χωροῦσι, βελτιοῦν. Eodem fere modo diluit Celſi calumnias contra Celſ. IV, 49. vol. I, 541: „Quodſi legiſſet (Celſus) noſtras aequo animo ſcripturas, non dixiſſet utique eas non poſſe allegoriam pati. Neque enim ex hiſtoria ipſa, ſed ex prophetiis, in quibus hiſtoriae narrantur, cognoſcere eſt, quae ſint hiſtoriae, quae eo fine ſcriptae ſunt, ut allegoriis explicarentur: quod ſapientiſſime proviſum eſt, ut et ſimplici fidelium vulgo et iis paucis convenirent, qui res altius et prudenter ſcrutari vellent aut poſſent." Cf. quoque ib. §. 50 p. 542 et lib. I, 18. p. 336. Verum ſolam iteralem f. ſ. ſententiam interdum falſa, abſurda et impoſſibilia in ſe continere dicit. „Quoniam," ait de princ. IV, 15. 16. vol. I, 173 ſqq., „ſi legis utilitas et varietate oblectans hiſtoriae ſeries ubique ſe proderet, non utique credidiſſemus aliud quiddam praeter id, quod obvium eſt, in ſcripturis intelligi poſſe, iccirco Dei Verbum in lege et hiſtoria interponi curavit offendicula et impoſſibilia quaedam, ne dictione nihil praeter illecebram habente deliniti, et nihil Deo dignum addiſcentes, tandem a dogmatis recedamus, aut nudae literae penitius adhaerentes, nihil divinius percipiamus. Illud praeterea ſciendum eſt: Cum eo praecipue ſpectet Dei Verbum, ut intelligentiae ſpiritalis conſequentiam cuſtodiat in rebus geſtis et gerendis, ubi ſecundum hiſtoriam quaepiam invenit, quae arcanis iſtis accommodari poſſent, illis uſus eſt, multis occultans abſtruſiorem ſenſum; ubi vero explanandae illi ſpiritalium connexioni non conveniebat certarum quarundam rerum hiſtoria, interſeruit ſcriptura hiſtoriae quod factum non erat, imo aliquando quod fieri non poterat; quandoque autem quod poterat quidem fieri, ſed tamen factum non eſt. Accidit etiam interdum, ut paucae interjectae ſint dictiones veritati, ſi ad corpus ſpectes, non conſentaneae. Eſt ubi multae hujusmodi ſunt. Idem fere judicium de lege ferendum eſt, ubi ſaepe quidpiam reperitur per ſe utile et temporibus legis conveniens; aliquando autem nulla apparet utilitas. Quin et interdum praecipiuntur impoſſibilia, et id quidem eo conſilio, ut qui ſagaciores et in rerum inquiſitione acriores ſunt,

fefe rerum fcriptarum confiderationi atque inveftigationi dantes, fibi maxime perfuadeant, dignum Deo in illis rebus fenfum quaeri oportere. Non folum autem de iis, quae adventum Chrifti praecefferunt, haec fpiritus fanctus procuravit, fed utpote idem unius ejusdemque Dei fpiritus, idem in evangeliis et apoftolorum fcriptis fecit; cum nec illa fecundum corporalem fenfum omnino finceram habeant hiftoriam eorum, quae contexta funt, et tamen facta non funt, nec leges et praecepta habeant rationi confentanea." Ejusdem libri §. 8. 9 p. 164 fqq. ex ignoratione viae, qua infiftendum fit, ut ad fcripturarum intelligentiam perveniatur, natos effe errores infinitos oftendit, adducitque in exemplum Judaeos, haereticos nonnullosque fui temporis Chriftianos, ut in literali fcripturarum interpretatione fitam effe probet falfam iftam viam, quae ad praecipitium ducit. „Duri corde," inquit, „et idiotae, qui e circumcifione funt, prophetiarum, quae de Chrifto loquuntur, dictionem fequi fe exiftimantes, in falvatorem noftrum non crediderunt," et qu. fq., et poftremo: „Quin etiam fimpliciores nonnulli, qui fe de ecclefia effe gloriantur, creatore quidem nullum majorem exiftimant, fanam hac in re amplexi fententiam; verum ea de ipfo fufpicantur, quae ne de homine quidem crudeliffimo et injuftiffimo cogitare fas fit. Iis autem omnibus nulla falfarum opinionum, nulla impietatis et ftolidorum de Deo fermonum caufa effe alia videtur, quam fcriptura non fecundum fpiritalem fenfum intellecta, fed fecundum literalem accepta." Pariter Stromatum lib. X. (apud Hieronym. lib. III. Comm. in Galat. c. 5) ap. Ruaeum vol. I, 41: "Non valde,, ait nofter, "eos juvat hiftoria fcripturae, qui fic eam intelligunt, uti fcripta eft. Quis enim non docebitur fervire luxuriae et fornicationem habere pro nihilo, cum Judam ad meretricem legerit ingredientem et patriarchas habuiffe multas pariter uxores? Quomodo non ad idololatriam provocabitur, qui fanguinem taurorum et ceteras Levitici victimas non plus, quam quod in litera fonat, putaverit indicare? . . Haerefes quoque magis de carnali fcripturae intelligentia, quam de opere carnis noftrae, ut plurimi exiftimant, fubftiterunt. Necnon invidiam et ebrietatem per legis literam difcimus. Inebriatur Noë poft diluvium et patriarchae

apud fratrem Joſeph in Aegypto... Multorum ergo malorum occaſio eſt, ſi quis in ſcripturae carne permaneat... Quamobrem ſpiritum ſcripturae fructusque quaeramus, qui non dicuntur manifeſti,, etc. Itaque in Moſis lege ex Origenis ſententia multa ſunt, quae literali ſenſu accepta nullam habent ſeriem, nullam conſequentiam, ſed potius impoſſibilia ſunt, rationi contraria, Deo indigna et legibus mere humanis inferiora. Qua de re: "Si aſſideamus,, inquit homil. VII. in Levit. §. 5. vol. II, 226, "literae et ſecundum hoc vel quod Judaeis, vel id quod vulgo videtur, accipiamus quae in lege ſcripta ſunt, erubeſco dicere et confiteri, quia tales leges dederit Deus. Videbuntur enim magis elegantes et rationabiles hominum leges, v. c. vel Romanorum, vel Athenienſium, vel Lacedaemoniorum.,, Cf. c. Celſ. VII, 20. 21 vol. I, 708 ſq. et homil. XI, 2 in Exod. vol. II, 169, ubi: "Si quis eſt,, inquit, "qui legens Moſem murmurat adverſus eum, et diſplicet ei lex, quae ſecundum literam ſcripta eſt, quod in multis non videtur ſervare conſequentiam, oſtendit ei Moſes petram, quae eſt Chriſtus, et adducit eum ad ipſum, ut inde bibat et reficiat ſitim ſuam.,, Eadem principia ad plurima V. T. praecepta ab Origene accommodantur. Ita de princ. IV, 17. vol. I, 176: *Ἐὰν δὲ καὶ ἐπὶ τὴν νομοθεσίαν ἔλθωμεν τοῦ Μωσέως, πολλοὶ τῶν νόμων τῷ ὅσον ἐπὶ τῷ καθ' ἑαυτοὺς τηρεῖσθαι, τὸ ἄλογον ἐμφαίνουσιν, ἕτεροι δὲ τὸ ἀδύνατον.* Cf. homil. IV, 7 in Levit. vol. II, 203: "Redeundum eſt nobis ad expoſitiones evangelii, ut lex poſſit intelligi. Niſi enim velamen abſtulerit evangelium de facie Moſi, non poteſt videri vultus ejus, nec ſenſus ejus intelligi,, et homil. V, 1. p. 205: "Haec omnia niſi alio ſenſu accipiamus, quam literae textus oſtendit, ſicut ſaepe jam diximus, cum in eccleſia recitantur, obſtaculum magis et ſubverſionem, quam rationem aedificationemque praeſtabunt.,, Pariter de ſententia Origenis in V. T. quaedam ut geſta narrantur, quae nunquam contigerint, alia, quae prout referuntur falſa ſint, ac proinde literali ſenſu non ſint accipienda. Sic homil. VI, 3 in Geneſ. vol. II, 78: "Quae nobis,, inquit, "aedificatio erit legentibus, Abraham tantum patriarcham non ſolum mentitum eſſe Abimelech regi, ſed et pudicitiam conjugis prodi-

disse? Quid nos aedificat tanti patriarchae uxor, si putetur contaminationibus exposita per conniventiam maritalem? Haec Judaei putent, et si qui cum eis sunt literae amici, non spiritus.„ Historiam Rebeccae homil. X, 2 in Genes. vol. II, 87 hac ad auditores interrogatione concludit: "Haec fabulas putatis esse, et historias narrare in scripturis spiritum sanctum?.. Saepe jam dixi, quod in his non historiae narrantur, sed mysteria contexuntur.„ Cf. praeterea homil. I. in Exod. et IX. in Jos. De princip. IV, 16. vol. I, 175 haec habet: „Quis igitur sanae mentis existimaverit, primam et secundam et tertiam diem, et vesperam et mane sine sole, luna et stellis, et eam, quae veluti prima erat, diem sine coelo fuisse? Quis adeo stolidus, ut putet, Deum more hominis agricolae plantasse hortum?... Et cum Deus meridie in paradiso ambulare dicitur, et Adam sub arbore delitescere, neminem arbitror dubitare his figurate per apparentem historiam, quae tamen corporaliter non contigerit, quaedam indicari mysteria... Sed quid attinet plura dicere, cum innumera ejusmodi scripta quidem tanquam gesta fuerint; non gesta vero, ut litera sonat, quivis, modo non plane stipes sit, colligere possit." Neque solius V. T. literae vitia illa Origenes dat, sed etiam in evangeliis falsa admittit, ipsique videbantur evangelistae facta nonnulla loco non suo narrasse et interpolasse, alia autem ut gesta retulisse, quae nunquam contigissent. Ita, ut multa alia exempla omittam, negat de princ. IV, 16. vol. I, 175, Christum a diabolo translatum fuisse in excelsum mortem, unde uno momento omnia orbis terrarum regna sub oculos ejus subjecerit. „Sexcenta alia," pergit, „his similia in evangeliis observare licet attentius legenti, unde colliget iis, quae secundum literam gesta sunt, alia attexta esse, quae non contigerunt." Etiam durius loquitur Tom. X. in Joh. §. 2. ed. Huet. II, 150, ubi de recessu Jesu in Galilaeam haec annotat: „Harumce rerum veritatem sitam esse necesse est in sensu spiritali; aut si dissonantia non solvitur, recedendum est a fide evangeliorum, tanquam quae vere non sint scripta per spiritum, neque sint diviniora, neque optimò ordine commentata," et qu. sq. Quare praef. in Joh. ed. Huet. II. p. 9. A: Ὥςπερ ἐστὶν, ait, νόμος σκιὰν περιέχων

τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ὑπὸ τοῦ κατὰ ἀλήθειαν καταγγελλομένου νόμου δηλουμένων, οὕτω καὶ εὐαγγέλιον σκιὰν μυστηρίων Χριστοῦ διδάσκει τὸ νομιζόμενον ὑπὸ πάντων τῶν ἐντυγχανόντων νοεῖσθαι, et lit. E: Καὶ γὰρ νῦν πρόκειται, τὸ αἰσθητὸν εὐαγγέλιον μεταλαβεῖν εἰς πνευματικόν· τίς γὰρ ἡ διήγησις τοῦ αἰσθητοῦ, εἰ μὴ μεταλαμβάνοιτο εἰς πνευματικόν; ἤτοι οὐδεμία ἢ ὀλίγη τῶν τυχόντων ἀπὸ τῆς λέξεως αὐτοὺς πεπεικότων λαμβάνειν τὰ δηλούμενα· ἀλλὰ πᾶς ἀγὼν ἡμῖν ἐνέστηκε πειρωμένοις εἰς τὰ βάθη τοῦ εὐαγγελικοῦ νοῦ φθάσαι καὶ ἐρευνῆσαι τὴν ἐν αὐτῷ γυμνὴν τύπων ἀλήθειαν. Quin etiam N. T. praecepta esse Origenes dicit, a quibus sensus literalis excludendus et in quibus sola intelligentia spiritalis quaerenda sit, probatque hanc sententiam praecepto: Neminem per viam salutaveritis (de princ. IV, 18. vol. I, 179). Verumtamen redit ad mitiorem suam sententiam de dignitate sensus literalis, de qua jam supra egimus, et de princ. IV, 19. p. 180 haec verba facit: „Ne quis vero nos suspicetur in omnibus id dicere, nullam historiam contigisse, quoniam aliqua non contigit, et nullam legem ad literam esse servandam, quoniam aliqua secundum literam aut absurda, aut impossibilia praecipit; vel quae de servatore scripta sunt, secundum literalem sensum non esse vera, aut nullam ipsius legem et praeceptum servari oportere: dicimus aperte, in quibusdam historiae veritatem nobis apparere. Multo enim plura sunt secundum historiam vera, quam quae mere spiritalia illis attexta sunt. .. Quamobrem necesse est, ut accuratus lector servato hoc salvatoris praecepto: scrutamini scripturas, quandonam verum sit, quod litera sonat, quandonam sit impossibile, diligenter exploret, et ex similium vocum comparatione diffusum ubique per scripturas sensum ejus, quod secundum literam est impossibile, pro viribus investiget." Cf. homil. VII, 2 in Genes. vol. II, 78.

Multo tamen praestantior, id quod jam ex superioribus perspicitur, Origeni sensu literali est mysticus sive allegoricus. Nititur is quidem de ipsius sententia auctoritate N. T. estque omnino necessarius, ut ab hostibus tuta maneat veritas scripturarum et ipsae Deo dignae reddantur. Niti illum Novo T., demonstrat Ori-

genes locis 1 Cor. IX, 9; X, 1 fqq.; Gal. IV, 21 fqq.; Eph. V, 31; Coloff. II, 16. 17; Hebr. VIII, 5; IX, 1 fqq.; X, 1. Vid. de princ. IV, 12. 13. vol. I, 170. Scripturarum auctoritati auctoritatem ecclefiafticae traditionis adjungit ideoque de princ. IV, 9. p. 166, poftquam §. 8 demonftraffe fibi vifus eft, literalem fenfum infinitorum errorum caufam exftitiffe, fic loquitur: „Quapropter iis, qui perfuafum habent, facros libros non hominum effe commentarios, fed fancti fpiritus afflatu, voluntate Dei parentis univerforum per Jefum Chriftum fcriptos effe et ad nos perveniffe, qua via in eorum lectione infiftendum effe nobis videatur, indicare conabimur, fervata coeleftis fecundum fucceffionem apoftolorum ecclefiae Jefu Chrifti regula. Et effe quidem myfticas quasdam difpenfationes, quas divinae fcripturae indicant, etiam fimpliciores fidelium credunt; quaenam vero hae fint, cordati et modefti nefcire fe fatentur." Neceffarium autem effe fenfum myfticum, ut ab hoftibus tuta maneat veritas, multis Origenes locis oftendit, v. c. ubi Celfum refellit, qui vehementer id vituperabat, quod hiftoria Mofis allegorice exponeretur, et alius, quam literalis, in ea fenfus quaereretur, c. Celf. IV, 48 — 50. vol. I, 540 fqq. et lib. I, 18. p. 336. Tantum vero abeft, ut omnibus hic fenfus myfticus pateat, ut nulli perfpicere eum certo poffint, nifi homines divinitus edocti. Ita homil. V, 5 in Levit. vol. II, 209: "Secundum fpiritalem fenfum,„ ait, "quem fpiritus donat ecclefiae, videamus, quod fit iftud facrificium, quod coquatur in clibano, vel quis ifte clibanus intelligi debeat. Sed ubi inveniam? . . . Dominum meum Jefum invocare me oportet, ut quaerentem me faciat invenire, et pulfanti aperiat, ut inveniam in fcripturis clibanum, ubi poffim coquere facrificium meum, ut fufcipiat illud Deus. . . Non dubito multa effe, quae nos lateant, et fenfum noftrum fuperent. Non enim fumus illius meriti, ut et nos dicere poffimus: Nos autem fenfum Chrifti habemus. Ipfe enim folus eft fenfus, cui pateant univerfa, quae in legibus facrificiorum intra literae continentur arcanum. Si enim mererer, ut daretur mihi fenfus Chrifti, etiam ego in his dicerem: Ut fciamus, quae a Deo donata funt nobis, quae et loquimur (1 Cor. II, 12); fed nunc contenti parvitate fenfus no-

ſtri capituli videamus exordium. „ "Hi theſauri,„ alio loco dicit, de princ. IV, 23. vol. I, 186; "ut inveniri poſſint, Dei adjutorio opus eſt, qui ſolus poteſt portas aereas, quibus clauſi ſunt et absconditi, confringere et ſeras ferreas comminuere, quibus prohibetur ingreſſus perveniendi ad omnia, quae in Geneſi de diverſis animarum generibus ſcripta ſunt et obtecta„ et quae ſq. Etſi vero quis donum illud divinitus accepit ſcripturam ſacram myſtice interpretandi, ineptus tamen et temerarius fuerit, ſi ſperet fore, ut omnes, quos divinus codex complectitur, arcanos ſenſus perſpiciat. Immenſum enim divinae ſapientiae theſaurum continet ſ. ſ., cujus exiguam tantum partem mentes corporibus concluſae ſibi comparare poſſunt. Hoc docet de princ. IV, 9. 10. „Evangeliorum," inquit §. 10. p. 167, „accuratus ſenſus, utpote Chriſti ſenſus, eget gratia... Apoſtolorum autem epiſtolae cuinam ſagaci et perito ſermonum judici videantur apertae atque intellectu faciles..? Quis etiam quae Johanni revelata ſunt legens non obſtupeſcat in occultationem myſteriorum..? Quae cum ita ſe habeant et prope innumeri labantur, non ſine periculo quis pronuntiaverit, ſe legendo intelligere, quae indigent clavi intelligentiae, quam ſalvator penes legis peritos eſſe ait." Quinetiam §. 26. p. 188 affirmare non dubitat, magnam myſticorum ſ. ſ. ſenſuum partem ipſimet Paulo non apertam fuiſſe. "Si quis,„ inquit, "curioſus explanationem ſingulorum requirat, veniat et nobiscum pariter audiat, quomodo Paulus apoſtolus per ſpiritum ſanctum, qui perſcrutatur etiam profunda Dei, altitudinem divinae ſapientiae ac ſcientiae ſcrutans, nec tamen ad finem, et, ut ita dixerim, ad intimam cognitionem praevalens pervenire, deſperatione rei et ſtupore clamat et dicit: O altitudo divitiarum ſapientiae et ſcientiae Dei. Et quod deſperatione perfectae comprehenſionis hoc pronunciaverit, audi ipſum dicentem: Quam inſcrutabilia ſunt judicia Dei et quam inveſtigabiles viae ejus. Non enim dicit, difficile poſſe ſcrutari judicia Dei, ſed omnino non poſſe; nec dixit difficile inveſtigari poſſe vias ejus, ſed non poſſe inveſtigari. Quantumcunque enim quis in ſcrutando promoveat et ſtudio intentiore promoveat, gratia quoque Dei adjutus ſenſuque illuminatus, ad perfectum finem

eorum, quae requiruntur, pervenire non poterit, nec omnis mens, quae creata est, possibile habet ullo genere comprehendere, sed ut invenerit quaedam ex his, quae quaeruntur, iterum videt alia, quae quaerenda sunt. Quod etsi ad ipsa pervenerit, multo iterum plura ex illis, quae quaeri debeant, pervidebit.„ Similiter c. Cels. II, 2. vol. I, 388 haec dicit: „Multa sunt in lege, quae sensu spiritali edisseri et explicari debeant, nec ea ullo modo tunc intelligere poterant apostoli, nati inter Judaeos et educati. Credo equidem, quoniam figura erant Judaici illi ritus, veritas autem, quae spiritus sanctus eos docturus erat, propter hanc rem dictum esse" et qu. sq. Cf. Comm. in Psalm. vol. II, 526 sq. Itaque, quamvis ubique mysteria Origenes consectetur, libere tamen suam ea in re confitetur imperitiam, et si quos detexisse se putat mysticos sensus, eos semper cum magna animi sui modestia in lucem profert. "Etsi mererer ego,„ inquit homil. XI, 5 in Numer. vol. II, 308, "hodie magnum aliquem et summo pontifice dignum sensum proferre, ita ut ex iis omnibus, quae loquimur et docemus, esset aliquid egregium, quod summo sacerdoti placere deberet, poterat fortasse fieri, ut angelus, qui praeest ecclesiae, ex omnibus dictis nostris eligeret aliquid, et loco primitiarum domino de agello cordis mei offerret. Sed ego me scio non mereri, nec conscius sum mihi, quod talis sensus inveniatur in me, quem dignum judicet angelus, qui nos excolit, offerre pro primitiis vel pro primogenitis domino. Atque utinam tale sit, quod loquimur et docemus, ut non pro verbis nostris condemnari mereamur. Sufficeret nobis haec gratia.„ Praeterea insignis ea de re locus exstat hom. I, 1 in Exod. vol. II, 129: "Si mihi,„ ait, "dominus concedere dignaretur spiritalis agriculturae disciplinam, si peritiam colendi ruris donaret, unus sermo ex his, quae recitata sunt, in tantum posset longe lateque diffundi, si tamen et auditorum capacitas sineret, ut vix nobis ad explicandum sufficeret dies. Tentabimus tamen pro viribus nostris aliqua differere, etiamsi neque nobis universa explicare, neque vobis cuncta audire possibile est: quia et hoc ipsum agnoscere, quo supra vires nostras sit horum scientia, non parvae arbitror esse peritiae.„

Quo autem myſticorum ſenſuum (quorum — ſtrictiori ſenſu —, ut jam dictum eſt, moralis vices explet) intelligentia facilius comparetur, tres Origenes proponit regulas. Primum (id quod praecipue in Moſ. libris locum habet) quicquid in ſcriptura mandati, praecepti, teſtimonii, juſtitiae, judicii cet. vocibus exprimitur, id ad literam accipiendum eſt, nec allegoriis indiget; quicquid vero nomine legis declaratur, id allegorice explicandum. Hac de regula jam ſupra actum eſt. Cf. praeterea hom. VII, 4 in Levit. et hom. VI. in Geneſ. Deinde (vid. de princ. IV, 20. 21. vol. I, 181 ſqq.) — et hujus quidem regulae praecipuum uſum eſſe vult in propheticis et hiſtoricis libris — quicquid in ſ. ſ. de terrenis Hieroſolymis, de terrena Aegypto, de Babylone terreſtri et de aliis ejusmodi locis, necnon illorum incolis dicitur, id ad coeleſtes regiones urbesque cognomines atque ad illarum incolas referendum eſt. Imo ſaepiſſime de coeleſtibus his tantum locis prophetae loqui ſibi propoſuerunt, cum de terrenis Hieroſolymis cet. ſermonem habere videntur, idque inde colligi poteſt, quod ejusmodi prophetiae myſteriorum ſpeciem prae ſe ferunt multaque continent, quae ad homines pertinere nequaquam poſſunt. Tertia denique Origenis regula, de qua ex ſupra dictis conſtat, praecipit, ut ad myſticum ſenſum confugiatur et deſeratur litera, quoties falſa, inutilis Deoque indigna reperiatur.

Haec ſufficient ad illuſtrandam Origenis hermeneuticam ſacram. Senſus igitur literalis ex ipſius ſententia non ſemper aptus eſt, ſed ſenſus veri nominis myſticus accedat neceſſe eſt. Quem cum invenire difficillimum ſit, nec niſi ſpiritu ſancto afflato liceat, is, qui, licet ſpiritu ſancto alioqui ſit afflatus, indagare eum aut non valet aut non audet, ſaltem ſenſum moralem teneat oportet. Haud vero ſupervacuum videtur, ſententiam Origenis de tribus ſ. ſ. ſenſibus, literali vel grammatico, morali et myſtico, exemplis nonnullis illuſtrare (quamquam hoc difficile ſit, quia raro Origenes unum tantummodo ſenſum loco aliquo fovet). Qui plura deſiderat, inveniet apud Roſenmüllerum l. l. p. 60 ſqq.

Quantum in fenfu literali indagando nofter praeftiterit, perfpicuum fiet ex hisce exemplis: *Ὁ νόμος* ex ipfius fententia (T. IX. in ep. ad Rom. ed. Huet. II, 427 fqq.) eft 1. lex Mofaica (Galat. III, 10. 19. 24); 2. hiftoria apud Mofem defcripta (Gal. IV, 21); 3. Pfalmi (Joh. XV, 25); 4. Jefaiae vaticinium, 1 Cor. XIV, 21, ubi annotat, fe in Aquilae verfione Jef. XXVIII, 11 inveniffe, quae huic dicto ex aequo refponderent; 5. abstrufior et divinior legis intelligentia, *ἡ μυστικώτερα καὶ θειότερα τοῦ νόμου ἐκδοχή* (Rom. VII, 14); 6. lex naturalis, infcripta cordi (Rom. II, 14; V, 13; VII, 7). Locum Matth. XIX, 24: Facilius eft, camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum coelorum, Origenes Tom. XV. §. 10 in Matth. vol. III, 680 ita explicat: „In hac parabola dives camelo comparatur, non folum propter animalis hujus immunditiam, quemadmodum lex docuit, fed etiam quod univerfo corpore tortuofus fit. At coelorum regnum foramini acus affimilatur, ut utrique diviti" (tropice et proprie dicto, nam de utroque haec praedicari in praecedentibus dixerat) „anguftam effe portam et arctum regni coelorum aditum demonftretur. Oftendit autem, fieri per fefe minime poffe, ut camelus per foramen acus intret; cum autem omnia in poteftate Dei fita fint, profecto et illud, ineffabili potentia improbi craffitiem attenuantis, vel aditus anguftiam ipfi amplificantis. Quod autem foraminis et cameli exemplo ufus fit, ut oftenderet, difficile quidem effe, divitem in regnum coelorum intrare, at impoffibile non effe, ex eo conftat, quod difcipulis dicentibus: Quis igitur poterit falvus effe? refponfum fit: Apud homines hoc impoffibile eft, apud Deum autem omnia poffibilia funt. Fieri itaque poteft, ut camelus etiam per foramen acus transeat, et id in hominum poteftate non eft: ita etiam ut dives in regnum Dei ingrediatur. Quanam vero ratione res ejusmodi poffibiles efficiat Deus, ipfe noverit ipfiusque Chriftus et cui filius revelaverit." Comm. Joh. T. I. praef. ed. Huet. II, 6 vocabulum evangelii explicat verbis: *Ἔστι τὸ εὐαγγέλιον λόγος περιέχων ἀπαγγελίαν πραγμάτων κατὰ τὸ εὔλογον διὰ τὸ ὠφελεῖν εὐφραινόντων τὸν ἀκούοντα, ἐπὰν παραδέξηται τὸ ἀπαγγελλόμενον.* De oratione §. 27. vol. I, 243 cenfet intelligendum non effe

locum: τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον, de pane corporeo, fed ib. p. 247. D. dicit: Subftantialis (ἐπιούσιος) „panis eft, qui rationali naturae convenientiffimus ipfiusque fubftantiae affinis fanitatem fimul et bonam habitudinem et vires in anima efficit, immortalitatemque fuam (eft enim immortale verbum Dei) comedenti fe communicat." Vocabulum autem ἐπιούσιος ita explicat ib. p. 245 fqq. et 249: „Sciendum eft, vocem illam ἐπιούσιον a nullo Graecorum aut fapientum ufurpari, neque vulgi effe confuetudine tritam, fed ab evangeliftis fictam videri. In ea et Matthaeus et Lucas conveniunt eamque nullo discrimine efferunt. Simile et in aliis fecerunt qui funt hebraica interpretati. Quis enim Graecorum unquam voce ἐνωτίζου ufus eft aut ἀκουτίσθητι pro auribus percipe aut audire fac? Simile ἐπιουσίῳ vocabulum a Mofe fcriptum eft a Deo dictum (Exod. XIX, 5): ὑμεῖς δὲ ἔσεσθέ μοι λαὸς περιούσιος. Ac videtur utraque vox ab οὐσίᾳ fubftantia efformata effe; illa ut panem oftendat, qui in fubftantiam noftram convertatur; haec ut populum fignificet, qui circa fubftantiam verfetur eique communicet. . . . . . Dicet aliquis, ἐπιούσιον ab ἐπιέναι accedere formatum effe, ita ut petere jubeamur proprium futuri feculi panem, ut per anticipationem nobis illum Deus jam largiatur deturque hodie, quod veluti cras dandum erat; hodie enim pro feculo praefente accipi, cras pro futuro. Sed cum prior acceptio me quidem judice melior fit, expendamus illud hodie, quod apud Matthaeum his adjicitur, aut quod apud Lucam fcriptum eft in diem. Mos eft fcripturae multis in locis aevum omne hodie vocare" et qu. fq. Contra Celf. I, 13. vol. I, 331 ad 1 Cor. III, 18. 19 haec habet: „Ergo non fimpliciter ait apoftolus fapientiam effe ftultitiam apud Deum, fed fapientiam hujus mundi. . Sapientiam igitur hujus feculi dicimus eam philofophiam, quae falfis opinionibus tota plena eft, et quae fecundum fcripturam inutilis et fupervacua redditur." Manifeftiffimum literalis interpretationis exemplum edidit Origenes homil. II, 2 in Genef. vol. II, 61, qui graece adhuc exftat locus, ubi contra Apellem, Marcionis difcipulum, magnitudinem arçae Noachicae numerumque animalium accuratiffime ad literam defendit (paulo poft vero etiam allegoricam

hujus loci interpretationem adjecit). Addimus interpretationem primi commatis evangelii Joh. (T. I. in Joh. ed. Huet. vol. II, 40 ſqq.). „Quemadmodum," haec noſter dicit, „Chriſtus eo, quod illuminet mundum, lux mundi appellatur, et propter alias actiones reſurrectio, paſtor et praeceptor et rex etc., ita etiam *ὁ λόγος* dicitur, quia quicquid in nobis eſt a ratione alienum aufert (*πᾶν ἄλογον ἡμῶν περιαιρῶν*), et docet nos veritati convenienter vivere, adeo ut in omnibus vitae negotiis, vel manducando vel bibendo gloriae Dei ſtudeamus. . . Sed poteſt etiam filius Dei *ὁ λόγος* eſſe, eo quod renunciet occulta patris illius, qui perinde ac filius eſt mens. Ut enim apud nos ſermo nuncius eſt earum rerum, quae a mente cernuntur, ſic ille Dei ſermo, qui patrem agnovit, patrem agnitum revelat. Nemo enim agnovit patrem, niſi filius, aut ille, cui filius revelavit. Is *λόγος* erat *ἐν ἀρχῇ*. *Ἀρχὴ* dicitur ipſe filius, quatenus eſt ſapientia, per quam omnia fecit Deus, dicente ſapientia apud Salomonem: Deus creavit me *ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ* ad opera ſua, adeo ut *ἐν ἀρχῇ ἦ ὁ λόγος*, id eſt *ἐν τῇ σοφίᾳ*. Facile autem intelligimus, eum, qui eſt *ἐν ἀρχῇ* i. e. *τῇ σοφίᾳ*, ſemper eſſe, nec prohiberi eſſe apud Deum, cum etiam ſit ipſe Deus; ſubjungit enim: *οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος*. Poterat enim dicere: Hic erat apud Deum. Sed quemadmodum erat *ἐν ἀρχῇ*, ſic et apud Deum *ἐν ἀρχῇ* erat, et omnia facta ſunt per eum, qui erat *ἐν τῇ ἀρχῇ*; omnia enim Deus in ſapientia fecit. Poteſt tamen *τῆς ἀρχῆς* nomen etiam ſumi de initio mundi, ut diſcamus per haec dicta, *λόγον* illum antiquiorem eſſe rebus initio factis. *Καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος*. Johannes (*οὐχ ὡς ἑλληνικὴν ἀκριβολογίαν οὐκ ἐπιστάμενος*) accurate alibi quidem articulis uſus eſt, alibi vero eos reticuit; nam in voce *τοῦ λόγου* cum addiderit articulum *ὁ*, in Dei vocabulo aliquando ponit, aliquando discriminis cauſa non ponit. Nam cum Dei vocabulum uſurpatur de ingenito univerſorum auctore, articulum ponit, reticet autem, cum *ὁ λόγος* appellatur Deus. Hinc ſolvi poteſt illud dubium, quod multos perturbat, ac ſi duo praedicarentur Dii. Dicendum enim, Deum cum articulo *αὐτόθεον* eſſe, quapropter etiam ſervator in precatione ad patrem (Joh. XVII, 3) inquit, ut cognoſcant te,

τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν.. Quicquid vero eſt praeter hunc, qui αὐτόθεος dicitur, participatione et communione illius deificatum, non ὁ θεὸς, ſed θεὸς dicitur. Verus igitur Deus eſt ille Deus cum articulo; qui autem Dii afformantur ad ejus formam, ſunt veluti imagines quaedam πρωτοτύπου. Sed rurſus multarum imaginum ἡ ἀρχέτυπος εἰκὼν eſt ille λόγος, qui eſt apud Deum ἐν ἀρχῇ, apud Deum ſemper manens Deus, haudquaquam id habiturus, niſi apud Deum eſſet; et haudquaquam Deus manſurus, niſi perpetuo manſiſſet in contemplatione paternae profunditatis (τῇ ἀδιαλείπτῳ θέᾳ τοῦ πατρικοῦ βάθους)" *).

Ad illuſtrandam Origenis ſententiam de ſenſu **morali** haec duo ſufficient exempla: **Primum** caput I. Geneſeos, in quo explicando Origenes more ſuo literali expoſitioni morales et myſticas admiſcuit. Cf. homil. I. in Geneſ. vol. II, 53. Ad comma 6. haec fere habet: "Cum Deus jam antea feciſſet coelum, nunc firmamentum facit. Coelum et omnis ſpiritalis ſubſtantia, ſuper quam velut in throno quadam Deus requieſcit;

*) Adjungimus, exemplis illuſtrata Origenis in ſenſu literali indagando ſolertia, appendicis loco ejus de **pſalmis graduum** judicium. Select. in Pſalm. CXIX. vol. II, 818: „Conjicimus," ait, „primum graduum canticum fuiſſe recitatum, ſi quando bellum immineret; ſecundum, quando ſe praeparabant et ſocios advocabant; tertium, poſtquam cum hoſtibus congreſſi, ipſis quodammodo ſuperiores evaſerant; quartum, quando de victoria in fine ſperabant; quintum, poſtquam eam fuerant conſequuti; ſextum, quando redibant; ſeptimum, quando jam redierant; octavum, quando templum exſtruebant; nonum, poſtquam in pace verſabantur, deſcribentes quis beatus eſſet recuperata domeſticorum conſuetudine; decimum, ubi alta pace fruebantur; quando dicunt ſe ſaepe quidem fuiſſe impugnatos, at nunquam ab inimicis proſtratos; undecimum, quando jam rebus divinis vacantes earum profunda intelligebant; duodecimum canebant, ut minime elati iis quae cognoverant; decimum tertium de Chriſti reſtitutione; decimum quartum de reſtitutione eccleſiae; denique decimum quintum docet, quomodo oporteat ipſos, poſtquam ad domum Dei pervenerint, in eadem ſtare et ipſi benedicere, attollentes manus in ſancta, ut et ipſis a domino benedicatur."

sed firmamentum et coelum corporeum. Et ideo illud quidem primum coelum, spiritale, mens nostra est, quae et ipsa spiritus est i. e. spiritalis homo noster interior est, qui videt et perspicit Deum, Israël autem corporale coelum, quod firmamentum dicitur, exterior noster homo est, qui corpora aliter intuetur. Sicut ergo firmamentum coelum appellatum est, ex eo quod dividat inter eas aquas, quae sunt super ipsum, et eas, quae sunt sub ipso; ita et homo, qui in corpore positus est, si dividere potuerit et discernere, quae sint aquae, quae sint superiores super firmamentum et quae sub firmamento sint, etiam ipse coelum i. e. coelestis homo appellabitur, secundum Pauli sententiam Philipp. III, 20. Studeat ergo unusquisque nostrum divisor aquae effici ejus, quae est supra et quae est subtus; quo scilicet spiritalis aquae intellectum et participium capiens ejus, quae est supra firmamentum, flumina de ventre suo educat aquae vivae salientis in vitam aeternam (Joh. VII, 38), segregatus sine dubio et separatus ab ea aqua, quae subtus est, i. e. aqua abyssi, in qua tenebrae esse dicuntur, in qua princeps hujus mundi et adversarius draco et angeli ejus habitant... Si enim aquas istas, quae sunt sub coelo, non separaverimus a nobis, i. e. peccata et vitia corporis nostri, arida nostra non poterit apparere, nec habere fiduciam procedendi ad lucem.„ Ad Genes. I, 10: "Vocavit Deus aridam terram et jubet terram ipsam, cui ipse hoc nomen indulsit, producere fructus... Aridam Deus appellavit terram pro eo, quod ei facultatem ferendorum fructuum largiretur. Secundum literam manifesti sunt fructus, quos terra non arida producit. Sed iterum referamus ad nos. Si jam facti sumus terra, si jam non amplius sumus arida, afferamus fructus uberes et diversos Deo, ut et nos benedicamur a patre dicente: Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, quem benedixit Deus (Gen. XXVII, 28), et illud, quod ait apostolus, compleatur in nobis (Hebr. VI, 7. 8).... Et dixit Deus" (ad Genes. I, 20. p. 55): „Producant aquae repentia animarum vivarum, et volatilia volantia super terram secundum firmamentum coeli i. e. mentis nostrae vel cordis soliditatem, haec eadem fiant. Arbitror, quod si mens nostra illuminata fuerit a nostro sole Christo, jubetur postmodum ex his, quae in ea sunt, aquis pro-

ducere repentia et volatilia volantia i. e. cogitationes bonas vel malas proferre in medium, ut discretio fiat bonorum a malis, quae utique utraque ex corde procedunt. Nos discernamus a bono, quod malum eft, i. e. feparemus a nobis ea, quae fuper terram repunt et terrenas follicitudines gerunt; illa vero quae meliora funt i. e. volatilia finamus volare non tantum fuper terram, fed etiam fecundum firmamentum coeli,, etc. Deinde Exod. I, 15 leguntur haec: Dixit rex Aegyptiorum obftetricibus Hebraeorum: . . Cum obftetricabitis Hebraeis, et prope partum erunt, fi masculus fuerit, occidite illum, fi femina, vivificate. Sed his adjungitur in confequentibus: . . non fecerunt, ficut illis praeceperat rex Aegypti, et vivificabant masculos. In haec verba Origenes, fenfum occultum et h. l. potiffimum moralem indagans, (homil. II. in Exod. vol. II, 133) ita commentatur: "Si fecundum hiftoriae narrationem fuscipienda effent, quae fcripta funt, videtur hoc . . ftare non poffe. Non enim inveniuntur obftetrices non vivificaffe feminas, quas praecepit rex Aegypti vivificare. Et fi non fecerunt obftetrices, ficut rex praeceperat, debuerant utique, ficut masculos vivificabant contra praeceptum regis, ita feminas occidere, ut et hoc effet contra praeceptum regis. . . Haec interim propter eos, qui amici funt literae et non putant legem fpiritalem effe et fpiritaliter intelligendam. Sed nos, qui omnia, quae fcripta funt, non pro narrationibus antiquitatum, fed pro difciplina et utilitate noftra didicimus fcripta, haec quae leguntur etiam nunc fieri non folum in hoc mundo, qui Aegyptus figuraliter dicitur, fed in unoquoque noftrum deprehendimus. . . Saepe oftendimus, quod in feminis caro et affectus carnis defignatur, vir autem rationabilis fenfus et intellectualis fit fpiritus. Senfum autem rationabilem, qui poteft coeleftia fapere, . . . odit Pharao rex, . . hunc necari cupit et interimi. . Cum ergo videris homines in voluptatibus et deliciis vitam ducere . . fcias, quod in iftis rex Aegypti masculos necat et vivificat feminas.,,

Senfus fpiritalis haec fint exempla: Hiftoriam Adami quomodo allegorice interpretatus fit Origenes, infra videbimus in exponendis Origenis fententiis de peccato. Homil. II, 3 in Genef. vol. II, 63 fqq. expofita hiftoria diluvii et defcripta con-

ſtructione arca Noachi, ſic pergit: "Nunc vero jam deprecantes eum prius, qui ſolus poteſt de lectione V. T. auſerre velamen, tentemus inquirere, quid etiam ſpiritalis aedificationis contineat magnifica haec arcae conſtructio.„ Ipſa autem expoſitio ſpiritalis eſt haec: "Diluvium illud, quo paene finis tunc datus eſt mundo, formam tenet finis illius, qui vere futurus eſt mundi. Hoc ipſe dominus pronunciat Luc. XVII, 26. 27. Noſter Noë eſt Chriſtus, ſolus juſtus et ſolus perfectus, cui in conſummatione ſeculorum dictum eſt a patre, ut faceret ſibi arcam ex lignis quadratis, et menſuras ei daret coeleſtibus ſacramentis repletas (Pſalm. II, 8). Conſtruit ergo arcam, et facit in ea nidos i. e. promptuaria quaedam, quibus diverſi generis animalia recipiantur. Qui in arca ſalvantur, ſunt Chriſtiani. Quemadmodum vero in arca Noë diverſae erant manſiones (nam bicamerata erant inferiora et tricamerata ſuperiora), ſic etiam non omnibus unus idemque profectus eſt, unusquisque in ſuo ordine„ et qu. ſq. Homil. III, 4. 5 in Geneſ. p. 68 Origenes legem circumciſionis allegorice explicandam eſſe ſtatuit contra Judaeos, qui diſtinguebant circumciſionem carnis et circumciſionem cordis, ſenſu illam proprio, improprio hanc accipiendam eſſe contendentes, veluti Jerem. IX, 26. Origenes vero in omnibus locis, ubi circumciſionis fit mentio, allegoriam locum habere opinatur, et ad confirmandam hanc ſuam ſententiam utitur loco Exod. VI, 30, ubi Moſes Deo reſpondet: Ego autem incircumciſus labiis ſum. "Quodſi (inquit) circumciſionem labiorum ad allegoriam revocatis . . quomodo non et in circumciſione praeputii allegoriam requiritis?„ Homil. IV, 2 in Geneſ. p. 71 ſqq. explicatur pars capitis XVIII. de tribus viris ad Abrahamum venientibus. Verba hebraica v. 2 verterunt LXX: εἱστήκεισαν ἐπάνω αὐτοῦ. Quaerit Origenes, quid ſit, quod viri ſuper Abrahamum veniant, non contra eum. Reſpondet: "Subjecerat ſe voluntati Dei, ideo ſuper eum adſtare dicitur Deus.„ Deinde ſic pergit: „Apponit panes tribus menſuris ſimilaginis conſperſos. Tres viros ſuſcepit, tribus menſuris ſimilagines panes conſperſit. Totum quod agit myſticum, totum ſacramentis repletum eſt. Apponitur vitulus; ecce aliud ſacramentum. Vitulus ipſe non eſt durus, ſed bonus et tener.

Et quid tam tenerum, quid tam bonum, quam eft ille, qui humiliavit fe pro nobis usque ad mortem, et animam fuam pofuit pro amicis fuis? Vitulus ille faginatus, quem pro recepto poenitente filio jugulat pater." Paucis interjectis, explicaturus verba commatis 9.: Ipfe autem Abraham adftabat eis fub arbore, fic alloquitur nofter auditores fuos: "Ad hujuscemodi narrationes circumcifas aures requirimus.. Quid enim me juvat, qui veni audire, quid fpiritus fanctus humanum doceat genus, fi audiero, quod Abraham ftabat fub arbore? Sed videamus, quae fit arbor, fub qua ftabat Abraham, et convivium domino atque angelis exhibebat. Sub arbore, inquit, Mambre. Mambre in noftra lingua exponitur vifio five perfpicacia. Vides, qui et qualis eft locus, in quo dominus poteft habere convivium? Delectavit eum vifio et perfpicacia Abrahae. Erat enim mundus corde, ut poffet videre Deum.„ Homil. X, 4 in Genef. p. 88 Origenes ait: "De Rebecca dicitur v. 16: Virgo erat decora valde, et vir non cognoverat eam. Sed quid hoc eft?.. Eftne aliqua virgo, quam contigerit vir? Cur igitur additur: Vir non cognoverat eam? Saepe jam dixi, quod in his non hiftoriae narrantur, fed myfteria contexuntur. Tale ergo in hoc aliquid indicari puto. Sicut Chriftus animae vir dicitur, cui nubit anima, cum venit ad fidem; ita et huic contrarius vir ille eft, cui nubit anima, cum declinat ad perfidiam; ipfe ille, qui et inimicus homo dicitur, cum lolium fuperferit tritico„ etc. Homil. VII. in Jof. vol. II, 412 tubas, quarum fono Hierichuntis muri corruerunt, interpretatur de libris N. T. Commentar. in Matth. T. X. §. 23. vol. III, 473 recitatis verbis (Matth. XIV, 13): Quod cum audiiffet Jefus, feceffit inde in navicula in locum defertum feorfum, ad hunc locum haec fere dicit: „Ablato a Judaeis regno Dei, dabitur illud gentibus, et per illud plures funt filii defertae, neque prophetas edoctae, quam ejus, quae virum habet, nempe legem (Gal. IV, 27). In navicula i. e. in corpore feceffit in defertum. Cum autem in defertum perveniffet, feorfum erat in illo, quod extra morem effet illius fermo, doctrinaque ejus praeter confuetudines et fanctiones gentium" etc. T. XV, 14 in Matth. vol. III, 702 fqq. verba (Matth. XX, 6. 7): Quid hic ftatis otiofi? cet. praeexiftentiam animarum fpectare ait, et

hom. XII. in Luc. vol. III, 945 sub pastoribus, quibus (Luc. II.) ortus Christi ab angelo annunciatus est, ex "sacratiori intelligentia„ angelos intelligit, terrae custodes. Ad Luc. III, 12. hom. XXIII. in Luc. vol. III, 960 haec verba facit: "Hoc et juxta simplicem intelligentiam docet publicanos nihil amplius quaerere, quam in lege praeceptum est. Nescio autem utrum, ut secundum ἀναγωγὴν, aliud quiddam excellentius sermo significet. . . Cum exierimus a seculo, et haec vita nostra fuerit commutata, erunt quidam in finibus mundi sedentes velut publicanorum officio diligentissime perscrutantes, ne quid sui in nobis inveniant. Videtur mihi princeps seculi hujus quasi publicanus esse.„ Comm. in Joh. vol. IV, 185 sqq. 270 dubitat Origenes, locum de Jesu mercatores et emptores ex templo expellente ad literam, an spiritaliter interpretetur. Videtur tamen allegoricam interpretationem praeferre, et optioni dat duplicem: Aut templum est ecclesia christiana, mercatores et emptores sunt homines avari sui tantummodo lucri studiosi; aut templum est anima, quae rationi paret, quamque Jesus a stultis impurisque affectibus liberat. Jam satis apparet, quomodo apud Origenem litera spiritui serviat *). Alia nonnulla exempla, qualia ubique scriptorum Origenis exegeticorum, praecipue ad V. T. pertinentium, obvia sunt, collegit Staeudlinus S. V. Geschichte der Sittenlehre Jesu P. II. p. 249 sqq.

Restat, ut animadversionibus quibusdam universalibus quaestionem de Origene hermeneuta concludamus. Dummodo

*) De Cantico Canticorum judicium tulit Prolog. ad Cant. Cant. vol. III, 26 his verbis: "Epithalamium libellus hic, i. e. nuptiale carmen, dramatis in modum mihi videtur a Salomone conscriptus, quem cecinit instar nubentis sponsae et erga sponsum suum, qui est sermo Dei, coelesti amore flagrantis. Adamavit enim eum, sive anima, quae ad imaginem ejus facta est, sive ecclesia. Sed et magnificus hic ipse atque perfectus sponsus, quibus verbis usus sit ad conjunctam sibi animam vel ecclesiam, haec ipsa scriptura nos docet. Sodales quoque sponsae adolescentulae cum ipsa sponsa positae quae dixerint, quaeque etiam amici ac sodales sponsi, ex eodem nihilominus libro, qui Canticum Canticorum attitulatur, cognoscimus.„

(ſalva ſcilicet auctoritate et Chriſti, ubi Vetus T. de ſemetipſo interpretatur, et, ut Paulum (et ep. ad Hebr. auctorem) praeteream, Petri apoſtoli poſterioris ep. I, 19—21) ſolam grammaticam ſ. ſ. interpretationem unice veram habeamus, reprehendendus nobis erit Origenes, quod praeter literalem alios V. T. ſenſus eſſe ſtatuit, immemor hoc loco, nimis jam regulas hermeneuticas arbitrio niti et ſacrarum fidem hiſtoriarum praeceptorumque divinorum perverti. Accedit inſuper, quod ne ſoli quidem Veteri T. allegorias noſter infert, ſed etiam Novo, ita ut Veteris ſua interpretatio ſat firmo fundamento carere eo dilucidius videatur. Attamen haud mediocriter Origenes de ratione ſ. ſ. interpretandae meritus eſt cenſendus. Allegoriarum ſtudium minime erat novum; floruerat jam inter Graecos et Judaeos, atque Alexandriae praeter aſcetas, quos Euſebius hiſt. eccl. II, 17 commemorat, Philo, Clemens et Ammonius ei ſeſe dederant (cf. Moshemii Commentar. laud. p. 630—634, Roſenmüller. l. l. p. 51—56); ſed vaga prorſus et omnibus paene legibus et regulis ſoluta erat ante Origenem allegoriarum ſacri codicis inveſtigatio. Origenes demum eam ſub certas regulas coëgit. Praeterea eo, quod allegoriarum ſtudium fovit, repugnavit alteri oppoſito eique periculoſiori, interpretationi carnali et illiteratae, cui ipſe adoleſcens addictus fuerat (memoriam carnalis loci Matth. XIX, 12 interpretationis in ſuo ipſius corpore ſervatam gerebat) et de qua Comm. in Matth. T. XV, 3. vol. III, 654: *Ἡμεῖς δὲ*, ait, *Χριστὸν θεοῦ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ κατὰ σάρκα καὶ κατὰ τὸ γράμμα ποτὲ νοήσαντες, νῦν οὐκέτι γινώσκοντες, οὐκ εὐδοκοῦμεν ὡς καλῶς ἐξειληφόσι τοῖς καὶ τὸν τρίτον εὐνουχισμὸν ἑαυτοῖς προφάσει τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπάγουσι* (cf. Neandri S. V. der heil. Chryſoſtomus P. II. p. 302). Hac demum repugnantia effici potuit, ut, quod maximum ipſius meritum haberi debet, noſter primum literatae ſ. ſ. interpretationis — qua commotus non proceſſit ad allegorias, niſi ſenſu grammatico antea indagato atque examinato — (commentariorum) exemplum dederit (vid. Erneſti comm. laudata §. 26; cf. quoque (polemico) exegeticum Origenis conſilium in conſcribendis hexaplis).

Quoquomodo autem de Origene hermeneuta judicaveris, probe in animo volutanda est, qua ille perfundebatur, pia erga scripturam sacram reverentia. Haec enim sunt verba ipsius ad Gregorium Thaumat. (§. 3. vol. I. p. 32): *Πρόςεχε τῇ τῶν θείων γραφῶν ἀναγνώσει· ἀλλὰ πρόςεχε. πολλῆς γὰρ προςοχῆς ἀναγινώσκοντες τὰ θεῖα δεόμεθα, ἵνα μὴ προπετέστερον εἴπωμέν τινα, ἢ νομίσωμεν περὶ αὐτῶν. Καὶ προςέχων τῇ τῶν θείων ἀναγνώσει μετὰ πιστῆς καὶ θεῷ ἀρεσκούσης προλήψεως, κρούε τὰ κεκλεισμένα αὐτῆς, καὶ ἀνοιγήσεταί σοι ὑπὸ τοῦ θυρωροῦ, περὶ οὗ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς* (Joh. X, 3)· *τούτῳ ὁ θυρωρὸς ἀνοίγει. Καὶ προςέχων τῇ θείᾳ ἀναγνώσει ὀρθῶς ζήτει καὶ μετὰ πίστεως τῆς εἰς θεὸν ἀκλινοῦς τὸν κεκρυμμένον τοῖς πολλοῖς νοῦν τῶν θείων γραμμάτων. Μὴ ἀρκεῖ δὲ τῷ κρούειν καὶ ζητεῖν· ἀναγκαιοτάτη γὰρ καὶ ἡ περὶ τοῦ νοεῖν τὰ θεῖα εὐχή· ἐφ' ἣ προτρέπων ὁ σωτὴρ οὐ μόνον εἶπε τό* (Matth. VII, 7)· *κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν, καὶ τό· ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, ἀλλὰ καὶ τό* (Luc. XI, 9)· *αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν.*

DIONYSIUS.

Historiam Adami Dionysius ad literam sumit fragment. e Nicetae catena patrum in Iobum apud Routh. reliqu. sacr. T. II. p. 395. 396 (cf. Routh. l. l. III, 348 et quod de Petri Martyris hermeneutica annotabimus). Necnon grammaticae interpretationis amicum critica et grammatica de apocalypseos authentia disquisitio prodit (grammaticam autem Dionysii interpretationem nonnihil ex arbitrio pependisse, ostendere videntur verba Oecumenii catenae in ep. ad Rom. (apud Routh. II, 410) haecce: *Καὶ οὕτως πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται· Διονυσίου Ἀλεξανδρείας, ἀντὶ τοῦ οἱ πλείονες*). Minime vero solum apertum literalem scripturae s. sensum noster magni fecit; nam de argumento apocalypseos apud Eusebium h. e. VII, 25. p. 528 ed. Zimmerm. haec dixit: *Κεκρυμμένην εἶναί τινα καὶ θαυμασιωτέραν τὴν καθ' ἕκαστον ἐκδοχὴν ὑπολαμβάνω· καὶ γὰρ εἰ μὴ συνίημι, ἀλλ' ὑπονοῶ γε νοῦν τινὰ βαθύτερον ἐγκεῖσθαι τοῖς ῥήμασιν, οὐκ ἰδίῳ ταῦτα μετρῶν καὶ κρίνων λογισμῷ, πίστει δὲ πλέον νέμων, ὑψηλότερα ἢ ὑπ' ἐμοῦ καταληφθῆναι νενόμικα· καὶ οὐκ ἀποδοκιμάζω ταῦτα, ἃ μὴ συνεώ-*

ρακα· θαυμάζω δὲ μᾶλλον, ὅτι μὴ καὶ εἶδον. Videtur, cum Origeni ejusque dogmatis valde faviſſe dicatur a Photio in bibliotheca cod. CXVII. p. 293 ed. Hoeſchel. Rothom. e ſententia auctoris anonymi apologiae cujusdam pro Origene his verbis: Ὁ τοῦ συγγράμματος πατὴρ μάρτυρας ὑπὲρ Ὠριγένους τε καὶ τῶν αὐτοῦ δογμάτων Διονύσιον προκομίζει τὸν Ἀλεξανδρείας et qu. ſq., allegoriarum ſtudium non omnino improbaſſe, id quod eo confirmatur, quod ipſe contra Nepotis ἔλεγχον ἀλληγοριστῶν ſuos de promiſſionibus libros ſcripſit. Praeterea magnum interpretationis moralis Dionyſii ſtudium pluribus ex exemplis fit perſpicuum. Ita non ſolum hiſtoriae Iobi (fragm. e Niceta l. l. p. 397 ſqq.) praeclare moralem ſententiam illuſtrat, verum etiam in epiſtola canonica ad Baſilidem ap. Routh. II. p. 390 eos, qui ad quartam usque vigiliam fortiter abstineant, eo nomine laudat, quod eadem vigilia etiam ſervator noſter in mari ambulans navigantibus apparuerit, et ibid. p. 392 mulieres ſperat, quae ſint in absceſſu, ſic affectas domum Dei ingreſſuras non eſſe, quoniam, quae XII annorum fluxum paſſa ſit, non ipſum dominum feſtinans ad medicinam tetigerit, ſed ſolam ejus fimbriam.

PIERIUS

Euſebius h. e. VII, 32 Pierium dicit in ſacrarum literarum contemplatione atque expoſitione (ταῖς περὶ τὰ θεῖα θεωρίαις καὶ ἐξηγήσεσι) exercitatum; ſed θεωρία, cum de interpretatione librorum ſacrorum ſermo eſt, apud ſcriptores eccleſiaſticos ſatis frequenter notat ſenſus myſtici indagationem (cf. Iſidori Peluſiotae lib. IV. epiſt. 117. p. 58 ed. Rittershuſ. 1605. Tom. II. et Suiceri theſaur. eccl.). Videtur igitur Pierius Origenis, cujus etiam nomen gerebat, praecipue interpretationi allegoricae operam dediſſe.

PETRUS MARTYR.

Tunicarum ſcortearum aliarumque rerum quarundam paradiſi allegoricae interpretationi contradicere ait Procopius Gazaeus Comm. in Geneſin cap. III. p. 76 Comm. in Octateuch. ed. Tigur. eccleſiae doctores omnes, additis nominatim inter alios multos „Dionyſio Alexandrino epiſcopo in expo-

stione, quam in Ecclesiastem fecit, et ejusdem urbis episcopo et martyre Petro in primo de anima sermone" (vid. Routh. reliqu. sacr. III, 348). Neque omnino, quia (quod infra videbimus) aliis quoque Origenis sententiis non favit, allegoriarum studium magnopere Petrus videtur fovisse.

DIDYMUS.

Hermeneuticam Didymi (qui etiam hebraicam linguam calluisse videtur; cf. de spiritu sancto lib. I. in Hieronymi Opp. ed. Martianaei T. IV. P. I. p. 504; de trinitate lib. I. cap. 18. p. 47 et Mingarell. ad h. l.; lib. II, 11, 240; III, 3, 345. 6; 21, 400) jam e reliquiis commentariorum (in catenis patrum, ex quibus J. C. Wolfius in Anecdot. graec. sacr. et prof. T. IV. init. nonnulla collegit), e libro contra Manichaeos (in Canisii lectt. antiqu. I, 204 sqq.), e libris de spiritu sancto (l. l. p. 493 sqq.) et ex enarrationibus in epp. catholicas (in bibl. pp. max. Lugd. T. IV. p. 320 sqq.) cognoscere licet (enarrationes autem istae non sunt commentarii, sed liberiores explicationes non singularum vocum et sententiarum, sed earum tantummodo, quas uberius illustrare Didymo placuit); melius tamen e libris de trinitate rationem, qua noster scripturam s. interpretatus sit, cognoscimus, et singulare doctrinae exegeticae specimen Didymus edidit libro de trin. tertio, ad demonstrandum (neque id tamen ubique ita egit, ut assensum dare nos possemus) ex scripturae s. iis dictis, quae haeretici in suam sententiam interpretabantur, Arianorum, Eunomianorum et Macedonianorum de filio Dei et spiritu sancto opiniones fundamento carere.

Haud raro in nostro deprehendimus studium, fusius, quam necessarium sit, eos, quos tangit, s. s. locos illustrandi. Ita v. c. de trin. II, 24, 295 Marci textum haud brevem sic interpretatur, ut ea etiam explanet, quae ad propositum argumentum nihil attinent; ac simile quid occurrit ib. c. 13. p. 260 sqq., ubi Zachariae locum sic explicari videbis, ut jam non theologum de spiritus sancti divinitate agentem legere te putes, sed interpretem scripturas explanantem. Quod lib. III. quoque paginam 345 aliasque nonnullas legenti continget. Praeterea satis longas exscribit interdum Didymus scripturae locos, id-

τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν.. Quicquid vero eſt praeter hunc, qui αὐτόθεος dicitur, participatione et communione illius deificatum, non ὁ θεὸς, ſed θεὸς dicitur. Verus igitur Deus eſt ille Deus cum articulo; qui autem Dii afformantur ad ejus formam, ſunt veluti imagines quaedam πρωτοτύπου. Sed rurſus multarum imaginum ἡ ἀρχέτυπος εἰκὼν eſt ille λόγος, qui eſt apud Deum ἐν ἀρχῇ, apud Deum ſemper manens Deus, haudquaquam id habiturus, niſi apud Deum eſſet; et haudquaquam Deus manſurus, niſi perpetuo manſiſſet in contemplatione paternae profunditatis (τῇ ἀδιαλείπτῳ θέᾳ τοῦ πατρικοῦ βάθους)" *).

Ad illuſtrandam Origenis ſententiam de ſenſu **morali** haec duo ſufficient exempla: **Primum** caput I. Geneſeos, in quo explicando Origenes more ſuo literali expoſitioni morales et myſticas admiſcuit. Cf. homil. I. in Geneſ. vol. II, 53. Ad comma 6. haec fere habet: "Cum Deus jam antea feciſſet coelum, nunc firmamentum facit. Coelum et omnis ſpiritalis ſubſtantia, ſuper quam velut in throno quadam Deus requieſcit;

*) Adjungimus, exemplis illuſtrata Origenis in ſenſu literali indagando ſolertia, appendicis loco ejus de pſalmis graduum judicium. Select. in Pſalm. CXIX. vol. II, 818: „Conjicimus," ait, „primum graduum canticum fuiſſe recitatum, ſi quando bellum immineret; ſecundum, quando ſe praeparabant et ſocios advocabant; tertium, poſtquam cum hoſtibus congreſſi, ipſis quodammodo ſuperiores evaſerant; quartum, quando de victoria in fine ſperabant; quintum, poſtquam eam fuerant conſequuti; ſextum, quando redibant; ſeptimum, quando jam redierant; octavum, quando templum exſtruebant; nonum, poſtquam in pace verſabantur, deſcribentes quis beatus eſſet recuperata domeſticorum conſuetudine; decimum, ubi alta pace fruebantur; quando dicunt ſe ſaepe quidem fuiſſe impugnatos, at nunquam ab inimicis proſtratos; undecimum, quando jam rebus divinis vacantes earum profunda intelligebant; duodecimum canebant, ut minime elati iis quae cognoverant; decimum tertium de Chriſti reſtitutione; decimum quartum de reſtitutione eccleſiae; denique decimum quintum docet, quomodo oporteat ipſos, poſtquam ad domum Dei pervenerint, in eadem ſtare et ipſi benedicere, attollentes manus in ſancta, ut et ipſis a domino benedicatur."

d firmamentum et coelum corporeum. Et ideo illud qui-
im primum coelum, spiritale, mens nostra est, quae et ipsa
iritus est i. e. spiritalis homo noster interior est, qui videt et
erspicit Deum, Israël autem corporale coelum, quod firma-
ientum dicitur, exterior noster homo est, qui corpora aliter
ituetur. Sicut ergo firmamentum coelum appellatum est, ex
o quod dividat inter eas aquas, quae sunt super ipsum, et
is, quae sunt sub ipso; ita et homo, qui in corpore positus
t, si dividere potuerit et discernere, quae sint aquae, quae
nt superiores super firmamentum et quae sub firmamento sint,
tiam ipse coelum i. e. coelestis homo appellabitur, secundum
auli sententiam Philipp. III, 20. Studeat ergo unusquisque
ostrum divisor aquae effici ejus, quae est supra et quae est
ibtus; quo scilicet spiritalis aquae intellectum et participium
apiens ejus, quae est supra firmamentum, flumina de ventre
io educat aquae vivae salientis in vitam aeternam (Joh.
II, 38), segregatus sine dubio et separatus ab ea aqua, quae
abtus est, i. e. aqua abyssi, in qua tenebrae esse dicuntur, in
ua princeps hujus mundi et adversarius draco et angeli ejus
abitant... Si enim aquas istas, quae sunt sub coelo, non sepa-
averimus a nobis, i. e. peccata et vitia corporis nostri, arida
ostra non poterit apparere, nec habere fiduciam procedendi
d lucem.„ Ad Genes. I, 10: "Vocavit Deus aridam terram
t jubet terram ipsam, cui ipse hoc nomen indulsit, producere
ructus... Aridam Deus appellavit terram pro eo, quod ei
acultatem ferendorum fructuum largiretur. Secundum lite-
am manifesti sunt fructus, quos terra non arida producit.
Sed iterum referamus ad nos. Si jam facti sumus terra, si jam
ion amplius sumus arida, afferamus fructus uberes et diver-
sos Deo, ut et nos benedicamur a patre dicente: Ecce odor
filii mei sicut odor agri pleni, quem benedixit Deus (Gen.
XXVII, 28), et illud, quod ait apostolus, compleatur in no-
bis (Hebr. VI, 7. 8).... Et dixit Deus" (ad Genes. I, 20.
p. 55): „Producant aquae repentia animarum vivarum, et vo-
latilia volantia super terram secundum firmamentum coeli i. e.
mentis nostrae vel cordis soliditatem, haec eadem fiant. Ar-
bitror, quod si mens nostra illuminata fuerit a nostro sole Chri-
sto, jubetur postmodum ex his, quae in ea sunt, aquis pro-

ducere repentia et volatilia volantia i. e. cogitationes bonas vel malas proferre in medium, ut discretio fiat bonorum a malis, quae utique utraque ex corde procedunt. Nos discernamus a bono, quod malum est, i. e. separemus a nobis ea, quae super terram repunt et terrenas sollicitudines gerunt; illa vero quae meliora sunt i. e. volatilia sinamus volare non tantum super terram, sed etiam secundum firmamentum coeli„ etc. Deinde Exod. I, 15 leguntur haec: Dixit rex Aegyptiorum obstetricibus Hebraeorum: .. Cum obstetricabitis Hebraeis, et prope partum erunt, si masculus fuerit, occidite illum, si femina, vivificate. Sed his adjungitur in consequentibus: .. non fecerunt, sicut illis praeceperat rex Aegypti, et vivificabant masculos. In haec verba Origenes, sensum occultum et h. l. potissimum moralem indagans, (homil. II. in Exod. vol. II, 133) ita commentatur: "Si secundum historiae narrationem suscipienda essent, quae scripta sunt, videtur hoc .. stare non posse. Non enim inveniuntur obstetrices non vivificasse feminas, quas praecepit rex Aegypti vivificare. Et si non fecerunt obstetrices, sicut rex praeceperat, debuerant utique, sicut masculos vivificabant contra praeceptum regis, ita feminas occidere, ut et hoc esset contra praeceptum regis. .. Haec interim propter eos, qui amici sunt literae et non putant legem spiritalem esse et spiritaliter intelligendam. Sed nos, qui omnia, quae scripta sunt, non pro narrationibus antiquitatum, sed pro disciplina et utilitate nostra didicimus scripta, haec quae leguntur etiam nunc fieri non solum in hoc mundo, qui Aegyptus figuraliter dicitur, sed in unoquoque nostrum deprehendimus. .. Saepe ostendimus, quod in feminis caro et affectus carnis designatur, vir autem rationabilis sensus et intellectualis sit spiritus. Sensum autem rationabilem, qui potest coelestia sapere, ... odit Pharao rex, .. hunc necari cupit et interimi.. Cum ergo videris homines in voluptatibus et deliciis vitam ducere .. scias, quod in istis rex Aegypti masculos necat et vivificat feminas.„

Sensus spiritalis haec sint exempla: Historiam Adami quomodo allegorice interpretatus sit Origenes, infra videbimus in exponendis Origenis sententiis de peccato. Homil. II, 3 in Genes. vol. II, 63 sqq. exposita historia diluvii et descripta con-

ftructione arca Noachi, fic pergit: "Nunc vero jam deprecantes eum prius, qui folus poteft de lectione V. T. auferre velamen, tentemus inquirere, quid etiam fpiritalis aedificationis contineat magnifica haec arcae conftructio.„ Ipfa autem expofitio fpiritalis eft haec: "Diluvium illud, quo paene finis tunc datus eft mundo, formam tenet finis illius, qui vere futurus eft mundi. Hoc ipfe dominus pronunciat Luc. XVII, 26. 27. Nofter Noë eft Chriftus, folus juftus et folus perfectus, cui in confummatione feculorum dictum eft a patre, ut faceret fibi arcam ex lignis quadratis, et menfuras ei daret coeleftibus facramentis repletas (Pfalm. II, 8). Conftruit ergo arcam, et facit in ea nidos i. e. promptuaria quaedam, quibus diverfi generis animalia recipiantur. Qui in arca falvantur, funt Chriftiani. Quemadmodum vero in arca Noë diverfae erant manfiones (nam bicamerata erant inferiora et tricamerata fuperiora), fic etiam non omnibus unus idemque profectus eft, unusquisque in fuo ordine„ et qu. fq. Homil. III, 4. 5 in Genef. p. 68 Origenes legem circumcifionis allegorice explicandam effe ftatuit contra Judaeos, qui diftinguebant circumcifionem carnis et circumcifionem cordis, fenfu illam proprio, improprio hanc accipiendam effe contendentes, veluti Jerem. IX, 26. Origenes vero in omnibus locis, ubi circumcifionis fit mentio, allegoriam locum habere opinatur, et ad confirmandam hanc fuam fententiam utitur loco Exod. VI, 30, ubi Mofes Deo refpondet: Ego autem incircumcifus labiis fum. "Quodfi (inquit) circumcifionem labiorum ad allegoriam revocatis . . quomodo non et in circumcifione praeputii allegoriam requiritis?„ Homil. IV, 2 in Genef. p. 71 fqq. explicatur pars capitis XVIII. de tribus viris ad Abrahamum venientibus. Verba hebraica v. 2 verterunt LXX: *εἱστήκεισαν ἐπάνω αὐτοῦ.* Quaerit Origenes, quid fit, quod viri fuper Abrahamum veniant, non contra eum. Refpondet: "Subjecerat fe voluntati Dei, ideo fuper eum adftare dicitur Deus.„ Deinde fic pergit: „Apponit panes tribus menfuris fimilaginis confperfos. Tres viros fuscepit, tribus menfuris fimilagines panes confperfit. Totum quod agit myfticum, totum facramentis repletum eft. Apponitur vitulus; ecce aliud facramentum. Vitulus ipfe non eft durus, fed bonus et tener.

Et quid tam tenerum, quid tam bonum, quam eft ille, qui humiliavit fe pro nobis usque ad mortem, et animam fuam pofuit pro amicis fuis? Vitulus ille faginatus, quem pro recepto poenitente filio jugulat pater." Paucis interjectis, explicaturus verba commatis 9.: Ipfe autem Abraham adftabat eis fub arbore, fic alloquitur nofter auditores fuos: "Ad hujuscemodi narrationes circumcifas aures requirimus.. Quid enim me juvat, qui veni audire, quid fpiritus fanctus humanum doceat genus, fi audiero, quod Abraham ftabat fub arbore? Sed videamus, quae fit arbor, fub qua ftabat Abraham, et convivium domino atque angelis exhibebat. Sub arbore, inquit, Mambre. Mambre in noftra lingua exponitur vifio five perfpicacia. Vides, qui et qualis eft locus, in quo dominus poteft habere convivium? Delectavit eum vifio et perfpicacia Abrahae. Erat enim mundus corde, ut poffet videre Deum.„ Homil. X, 4 in Genef. p. 88 Origenes ait: "De Rebecca dicitur v. 16: Virgo erat decora valde, et vir non cognoverat eam. Sed quid hoc eft? .. Eftne aliqua virgo, quam contigerit vir? Cur igitur additur: Vir non cognoverat eam? Saepe jam dixi, quod in his non hiftoriae narrantur, fed myfteria contexuntur. Tale ergo in hoc aliquid indicari puto. Sicut Chriftus animae vir dicitur, cui nubit anima, cum venit ad fidem; ita et huic contrarius vir ille eft, cui nubit anima, cum declinat ad perfidiam; ipfe ille, qui et inimicus homo dicitur, cum lolium fuperferit tritico„ etc. Homil. VII. in Jof. vol. II, 412 tubas, quarum fono Hierichuntis muri corruerunt, interpretatur de libris N. T. Commentar. in Matth. T. X. §. 23. vol. III, 473 recitatis verbis (Matth. XIV, 13): Quod cum audiiffet Jefus, fecefſit inde in navicula in locum defertum feorfum, ad hunc locum haec fere dicit: „Ablato a Judaeis regno Dei, dabitur illud gentibus, et per illud plures funt filii defertae, neque prophetas edoctae, quam ejus, quae virum habet, nempe legem (Gal. IV, 27). In navicula i. e. in corpore fecefſit in defertum. Cum autem in defertum perveniffet, feorfum erat in illo, quod extra morem effet illius fermo, doctrinaque ejus praeter confuetudines et fanctiones gentium" etc. T. XV, 14 in Matth. vol. III, 702 fqq. verba (Matth. XX, 6. 7): Quid hic ftatis otiofi? cet. praeexiftentiam animarum fpectare ait, et

hom. XII. in Luc. vol. III, 945 ſub paſtoribus, quibus (Luc. II) ortus Chriſti ab angelo annunciatus eſt, ex "ſacratiori intelligentia„ angelos intelligit, terrae cuſtodes. Ad Luc. III, 12. hom. XXIII. in Luc. vol. III, 960 haec verba facit: "Hoc et juxta ſimplicem intelligentiam docet publicanos nihil amplius quaerere, quam in lege praeceptum eſt. Neſcio autem utrum, ut ſecundum ἀναγωγὴν, aliud quiddam excellentius ſermo ſignificet. . . Cum exierimus a ſeculo, et haec vita noſtra fuerit commutata, erunt quidam in finibus mundi ſedentes velut publicanorum officio diligentiſſime perſcrutantes, ne quid ſui in nobis inveniant. Videtur mihi princeps ſeculi hujus quaſi publicanus eſſe.„ Comm. in Joh. vol. IV, 185 ſqq. 270 dubitat Origenes, locum de Jeſu mercatores et emptores ex templo expellente ad literam, an ſpiritaliter interpretetur. Videtur tamen allegoricam interpretationem praeferre, et optioni dat duplicem: Aut templum eſt eccleſia chriſtiana, mercatores et emptores ſunt homines avari ſui tantummodo lucri ſtudioſi; aut templum eſt anima, quae rationi paret, quamque Jeſus a ſtultis impurisque affectibus liberat. Jam ſatis apparet, quomodo apud Origenem litera ſpiritui ſerviat *). Alia nonnulla exempla, qualia ubique ſcriptorum Origenis exegeticorum, praecipue ad V. T. pertinentium, obvia ſunt, collegit Staeudlinus S. V. Geſchichte der Sittenlehre Jeſu P. II. p. 249 ſqq.

Reſtat, ut animadverſionibus quibusdam univerſalibus quaeſtionem de Origene hermeneuta concludamus. Dummodo

*) De Cantico Canticorum judicium tulit Prolog. ad Cant. Cant. vol. III, 26 his verbis: "Epithalamium libellus hic, i. e. nuptiale carmen, dramatis in modum mihi videtur a Salomone conſcriptus, quem cecinit inſtar nubentis ſponſae et erga ſponſum ſuum, qui eſt ſermo Dei, coeleſti amore flagrantis. Adamavit enim eum, ſive anima, quae ad imaginem ejus facta eſt, ſive eccleſia. Sed et magnificus hic ipſe atque perfectus ſponſus, quibus verbis uſus ſit ad conjunctam ſibi animam vel eccleſiam, haec ipſa ſcriptura nos docet. Sodales quoque ſponſae adoleſcentulae cum ipſa ſponſa poſitae quae dixerint, quaeque etiam amici ac ſodales ſponſi, ex eodem nihilominus libro, qui Canticum Canticorum attitulatur, cognoſcimus.„

(salva scilicet auctoritate et Christi, ubi Vetus T. de semetipso interpretatur, et, ut Paulum (et ep. ad Hebr. auctorem) praeteream, Petri apostoli posterioris ep. I, 19—21) solam grammaticam s. s. interpretationem unice veram habeamus, reprehendendus nobis erit Origenes, quod praeter literalem alios V. T. sensus esse statuit, immemor hoc loco, nimis jam regulas hermeneuticas arbitrio niti et sacrarum fidem historiarum praeceptorumque divinorum perverti. Accedit insuper, quod ne soli quidem Veteri T. allegorias noster infert, sed etiam Novo, ita ut Veteris sua interpretatio sat firmo fundamento carere eo dilucidius videatur. Attamen haud mediocriter Origenes de ratione s. s. interpretandae meritus est censendus. Allegoriarum studium minime erat novum; floruerat jam inter Graecos et Judaeos, atque Alexandriae praeter ascetas, quos Eusebius hist. eccl. II, 17 commemorat, Philo, Clemens et Ammonius ei sese dederant (cf. Moshemii Commentar. laud. p. 630—634, Rosenmüller. l. l. p. 51—56); sed vaga prorsus et omnibus paene legibus et regulis soluta erat ante Origenem allegoriarum sacri codicis investigatio. Origenes demum eam sub certas regulas coëgit. Praeterea eo, quod allegoriarum studium fovit, repugnavit alteri opposito eique periculosiori, interpretationi carnali et illiteratae, cui ipse adolescens addictus fuerat (memoriam carnalis loci Matth. XIX, 12 interpretationis in suo ipsius corpore servatam gerebat) et de qua Comm. in Matth. T. XV, 3. vol. III, 654: *Ἡμεῖς δὲ*, ait, *Χριστὸν θεοῦ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ κατὰ σάρκα καὶ κατὰ τὸ γράμμα ποτὲ νοήσαντες, νῦν οὐκέτι γινώσκοντες, οὐκ εὐδοκοῦμεν ὡς καλῶς ἐξειληφόσι τοῖς καὶ τὸν τρίτον εὐνουχισμὸν ἑαυτοῖς προφάσει τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπάγουσι* (cf. Neandri S. V. der heil. Chrysostomus P. II. p. 302). Hac demum repugnantia effici potuit, ut, quod maximum ipsius meritum haberi debet, noster primum literatae s. s. interpretationis — qua commotus non processit ad allegorias, nisi sensu grammatico antea indagato atque examinato — (commentariorum) exemplum dederit (vid. Ernesti comm. laudata §. 26; cf. quoque (polemico) exegeticum Origenis consilium in conscribendis hexaplis).

Quoquomodo autem de Origene hermeneuta judicaveris, probe in animo volutanda est, qua ille perfundebatur, pia erga scripturam sacram reverentia. Haec enim sunt verba ipsius ad Gregorium Thaumat. (§. 3. vol. I. p. 32): *Πρόσεχε τῇ τῶν θείων γραφῶν ἀναγνώσει· ἀλλὰ πρόσεχε. πολλῆς γὰρ προσοχῆς ἀναγινώσκοντες τὰ θεῖα δεόμεθα, ἵνα μὴ προπετέστερον εἴπωμέν τινα, ἢ νομίσωμεν περὶ αὐτῶν. Καὶ προσέχων τῇ τῶν θείων ἀναγνώσει μετὰ πιστῆς καὶ θεῷ ἀρεσκούσης προλήψεως, κρούε τὰ κεκλεισμένα αὐτῆς, καὶ ἀνοιγήσεταί σοι ὑπὸ τοῦ θυρωροῦ, περὶ οὗ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς* (Joh. X, 3)· *τούτῳ ὁ θυρωρὸς ἀνοίγει. Καὶ προσέχων τῇ θείᾳ ἀναγνώσει ὀρθῶς ζήτει καὶ μετὰ πίστεως τῆς εἰς θεὸν ἀκλινοῦς τὸν κεκρυμμένον τοῖς πολλοῖς νοῦν τῶν θείων γραμμάτων. Μὴ ἀρκεῖ δὲ τῷ κρούειν καὶ ζητεῖν· ἀναγκαιοτάτη γὰρ καὶ ἡ περὶ τοῦ νοεῖν τὰ θεῖα εὐχή· ἐφ' ἣ προτρέπων ὁ σωτὴρ οὐ μόνον εἶπε τό* (Matth. VII, 7)· *κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν, καὶ τό· ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, ἀλλὰ καὶ τό* (Luc. XI, 9)· *αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν.*

DIONYSIUS.

Historiam Adami Dionysius ad literam sumit fragment. e Nicetae catena patrum in Iobum apud Routh. reliqu. sacr. P. II. p. 395. 396 (cf. Routh. l. l. III, 348 et quod de Petri Martyris hermeneutica annotabimus). Necnon grammaticae interpretationis amicum critica et grammatica de apocalypseos authentia disquisitio prodit (grammaticam autem Dionysii interpretationem nonnihil ex arbitrio pependisse, ostendere videntur verba Oecumenii catenae in ep. ad Rom. (apud Routh. II, 410) haecce: *Καὶ οὕτως πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται· Διονυσίου Ἀλεξανδρείας, ἀντὶ τοῦ οἱ πλείονες*). Minime vero solum apertum literalem scripturae s. sensum noster magni fecit; nam de argumento apocalypseos apud Eusebium h. e. VII, 25. p. 528 ed. Zimmerm. haec dixit: *Κεκρυμμένην εἶναί τινα καὶ θαυμασιωτέραν τὴν καθ' ἕκαστον ἐκδοχὴν ὑπολαμβάνω· καὶ γὰρ εἰ μὴ συνίημι, ἀλλ' ὑπονοῶ γε νοῦν τινὰ βαθύτερον ἐγκεῖσθαι τοῖς ῥήμασιν, οὐκ ἰδίῳ ταῦτα μετρῶν καὶ κρίνων λογισμῷ, πίστει δὲ πλέον νέμων, ὑψηλότερα ἢ ὑπ' ἐμοῦ καταληφθῆναι νενόμικα· καὶ οὐκ ἀποδοκιμάζω ταῦτα, ἃ μὴ συνεώ-*

ϕαια· *θαυμάζω δὲ μᾶλλον, ὅτι μὴ καὶ εἶδον.* Videtur, cum Origeni ejusque dogmatis valde faviſſe dicatur a Photio in bibliotheca cod. CXVII. p. 293 ed. Hoeſchel. Rothom. e ſententia auctoris anonymi apologiae cujusdam pro Origene his verbis: *Ὁ τοῦ συγγράμματος πατὴρ μάρτυρας ὑπὲρ Ὠριγένους τε καὶ τῶν αὐτοῦ δογμάτων Διονύσιον προκομίζει τὸν Ἀλεξανδρείας* et qu. ſq., allegoriarum ſtudium non omnino improbaſſe, id quod eo confirmatur, quod ipſe contra Nepotis *ἔλεγχον ἀλληγοριστῶν* ſuos de promiſſionibus libros ſcripſit. Praeterea magnum interpretationis moralis Dionyſii ſtudium pluribus ex exemplis ſit perſpicuum. Ita non ſolum hiſtoriae Iobi (fragm. e Niceta l. l. p. 397 ſqq.) praeclare moralem ſententiam illuſtrat, verum etiam in epiſtola canonica ad Baſilidem ap. Routh. II. p. 390 eos, qui ad quartam usque vigiliam fortiter abstineant, eo nomine laudat, quod eadem vigilia etiam ſervator noſter in mari ambulans navigantibus apparuerit, et ibid. p. 392 mulieres ſperat, quae ſint in absceſſu, ſic affectas domum Dei ingreſſuras non eſſe, quoniam, quae XII annorum fluxum paſſa ſit, non ipſum dominum feſtinans ad medicinam tetigerit, ſed ſolam ejus ſimbriam.

PIERIUS

Euſebius h. e. VII, 32 Pierium dicit in ſacrarum literarum contemplatione atque expoſitione (*ταῖς περὶ τὰ θεῖα θεωρίαις καὶ ἐξηγήσεσι*) exercitatum; ſed *θεωρία*, cum de interpretatione librorum ſacrorum ſermo eſt, apud ſcriptores eccleſiaſticos ſatis frequenter notat ſenſus myſtici indagationem (cf. Iſidori Peluſiotae lib. IV. epiſt. 117. p. 53 ed. Rittershuſ. 1605. Tom. II. et Suiceri theſaur. eccl.). Videtur igitur Pierius Origenis, cujus etiam nomen gerebat, praecipue interpretationi allegoricae operam dediſſe.

PETRUS MARTYR.

Tunicarum ſcortearum aliarumque rerum quarundam paradiſi allegoricae interpretationi contradicere ait Procopius Gazaeus Comm. in Geneſin cap. III. p. 76 Comm. in Octateuch. ed. Tigur. eccleſiae doctores omnes, additis nominatim inter alios multos „Dionyſio Alexandrino epiſcopo in expo-

stione, quam in Ecclesiastem fecit, et ejusdem urbis episcopo et martyre Petro in primo de anima sermone" (vid. Routh. reliqu. sacr. III, 348). Neque omnino, quia (quod infra videbimus) aliis quoque Origenis sententiis non favit, allegoriarum studium magnopere Petrus videtur fovisse.

DIDYMUS.

Hermeneuticam Didymi (qui etiam hebraicam linguam calluisse videtur; cf. de spiritu sancto lib. I. in Hieronymi Opp. ed. Martianaei T. IV. P. I. p. 504; de trinitate lib. I. cap. 18. p. 47 et Mingarell. ad h. l.; lib. II, 11, 240; III, 3, 345. 6; 21, 400) jam e reliquiis commentariorum (in catenis patrum, ex quibus J. C. Wolfius in Anecdot. graec. sacr. et prof. T. IV. init. nonnulla collegit), e libro contra Manichaeos (in Canisii lectt. antiqu. I, 204 sqq.), e libris de spiritu sancto (l. l. p. 493 sqq.) et ex enarrationibus in epp. catholicas (in bibl. pp. max. Lugd. T. IV. p. 320 sqq.) cognoscere licet (enarrationes autem istae non sunt commentarii, sed liberiores explicationes non singularum vocum et sententiarum, sed earum tantummodo, quas uberius illustrare Didymo placuit); melius tamen e libris de trinitate rationem, qua noster scripturam s. interpretatus sit, cognoscimus, et singulare doctrinae exegeticae specimen Didymus edidit libro de trin. tertio, ad demonstrandum (neque id tamen ubique ita egit, ut assensum dare nos possemus) ex scripturae s. iis dictis, quae haeretici in suam sententiam interpretabantur, Arianorum, Eunomianorum et Macedonianorum de filio Dei et spiritu sancto opiniones fundamento carere.

Haud raro in nostro deprehendimus studium, fusius, quam necessarium sit, eos, quos tangit, s. s. locos illustrandi. Ita v. c. de trin. II, 24, 295 Marci textum haud brevem sic interpretatur, ut ea etiam explanet, quae ad propositum argumentum nihil attinent; ac simile quid occurrit ib. c. 13. p. 260 sqq., ubi Zachariae locum sic explicari videbis, ut jam non theologum de spiritus sancti divinitate agentem legere te putes, sed interpretem scripturas explanantem. Quod lib. III. quoque paginam 345 aliasque nonnullas legenti continget. Praeterea satis longas exscribit interdum Didymus scripturae locos, id-

que fine magna neceffitate, uti de libris de trinitate obfervavit Mingarellius p. XXXI. et de libris de fpir. fancto idem ad lib. III. de trin. p. 347. not. 2. Unde fit perfpicuum, f. f. ftudium noftro maximopere fuiffe commendatum; atque omnino vix alia via f. f. fententiam explorat, quam congeftis locis qui dicuntur parallelis.

Interpretationi grammaticae maxime favet (quod ad illuftrandum conferunt etiam animadverfiones, quas faepiffime — cf. Mingar. ad l. I. de tr. p. 12. not. 5 — de articulo graeco injicit; effe quidem, ait de fp. fcto lib. I. p. 540, "articulum in graeco fermone fingularitatis fignificatorem„ et valde effe cavendum, ne eidem vocabulo fine articulo pofito eadem vis tribuatur, quae cum articulo pofito, exemplis — v. c. de trin. I. c. 9. p. 12; de fp. fcto I, 495 — docet), ita tamen, ut ad allegoricam interdum recurrat. Neque enim is erat, qui in fchola Alexandrina educatus Origenianae facrum codicem myftice interpretandi rationi prorfus renuntiare valeret.

Literali vel grammatica interpretatione femper ibi utitur, ubi haereticos refellit ex iisdem f. f. locis, unde fua hi dogmata derivabant. Ita de fpir. fcto I. p. 503: "Haeretici„ ait, "ad conditionem fpiritus fancti approbandam etiam propheticum fermonem ufurpant, dicente Deo: creo fpiritum; etiam in hoc eos monftrare debemus prorfus ab intellectu veritatis alienos. Neque enim de fpiritu fancto propofitus fermo prophetae fuit, ut ex ipfa ferie et contextu eloquii intelligitur„ et qu. fq. Lib. III. de fp. fcto p. 525 fq., poftquam varias vocabuli fpiritus fignificationes ad hasce reduxit: ventus, anima, fupernae rationabilesque naturae, voluntas hominis et animi fententia, et: "Haec„ perrexit p. 527, "interim juxta poffibilitatem ingenii noftri, quot res fpiritus fignificaret, attigimus; fuo tempore quid unumquodque fignificet, fi Chriftus tribuerit, differturi. Nonnunquam autem fpiritus et dominus nofter Jefus Chriftus i. e. Dei filius appellatur„: ibidem "Porro ad haec„ ait, "neceffario devoluti fumus, ut quia frequenter appellatio fpiritus in fcripturis eft refperfa divinis, non labamur in nomine; fed unumquodque fecundum locorum varietates et intelligentias accipiamus. Omni itaque ftudio ac di-

ligentia vocabulum ſpiritus, ubi et quomodo appellatum ſit, contemplantes, ſophismata eorum et fraudulentas decipulas conteramus, qui ſpiritum ſanctum aſſerunt creaturam. Legentes enim in propheta, Ego confirmavi tonitruum et creans ſpiritum, ignorantia multiplicis in hac parte ſermonis putaverunt ſpiritum ſanctum ex hoc vocabulo demonſtrari, cum in praeſentiarum ſpiritus nomen ventum ſonet. Necnon in Zacharia audientes loquutum dominum, quod ipſe ſit qui creat ſpiritum hominis in eo, exiſtimaverunt ſpiritum ſanctum etiam in hoc capitulo ſignificari, non animadvertentes, quod animam hominis aut ſpiritum (quem tertium in homine eſſe jam diximus) ſpiritus appellatio ſignificet. Ergo ut praeloquuti ſumus, quomodo unumquodque dictum ſit conſideremus, ne forte per ignorantiam in barathrum decidamus erroris. Siquidem in aliis rebus ex conſortio vocabulorum error eveniens confuſionem et pudorem ei, qui erravit, importat, de ſupernis vero et divinis lapſus ad prava ad aeternam poenam deducit et barathrum, maxime cum ſemel deceptus noluerit reſipiſcere, ſed ſuum defenſare impudenter errorem.„ Libro contra Manichaeos p. 206 vocabulum *φύσει* loci Paulini ad Epheſ. II, 2 interpretatur: *οὐ τὸ κατὰ φύσιν σημαίνει, ἀλλὰ τὸ ἀληθείᾳ*; ſuamque ſententiam allegatis pluribus ſ. ſ. locis conatur ſtabilire. De trin. I. c. 9. p. 13 ad Matth. III, 17 haec habet: „In hoc," inquit, „complacui, per ejus incarnationem ſalutem vobis comparari. Quamvis vero de divinitate interpretetur quis verbum *εὐδόκησα*, eorum tamen ſophisma inane redditur; nec enim quaelibet vox a Deo, et praeſertim de Deo Verbo dicta, eo ſenſu accipienda eſt, quem mundana fert conſuetudo. Deinde ſi de filio jam exiſtente dixit: In quo complacui; non eſt exiſtentiae filii cauſa complacentia. Quo autem manifeſtum magis id fiat, quod hac dictione ſignificatur, teſte utamur Pſalte Pſ. CXLIX, 4" et qu. ſq. Ibidem c. 15. p. 18 de ev. Joh. I, 1 haec verba facit: „Illud *ἐν ἀρχῇ ἦν* abſurditatem ejus haereticorum locutionis: *ἦν ὅτε οὐκ ἦν*, perſpicuam facit eamque fugiendam eſſe oſtendit. Nam vox *ἦν* indefinita eſt; *ῥωμαϊστὶ δὲ ἡ ἀπαρέμφατος ἐκ δύο λέξεων σύγκειται·* PLUSQVAMPERFECTUS. *ἑρμηνεύεται δὲ, πλέον ἢ τέλειος*. Itaque hic exigit, ut intelligatur *ὑπεράχρο-*

νος ἢ ἄναρχος. Nam qui erat in principio, aut, ut quis dixerit, qui erat aliquando principium, quomodo non ita erat, ut nullam caufam agnofceret? Aut rurfus quomodo tempus, quod nondum exiftat, menfura illius effe poteft, qui tempus ipfum fecit?" Ibidem c. 16. p. 43: „Omnia illa," inquit, „quae nonnulli refpectu divinitatis humilia effe putant, ut et illud: Qui mifit me pater, major me eft, in facris libris divinitus dictata ac fcripta funt ob benignam atque ineffabilem ipfius incarnationem, quae propter nos et pro nobis facta eft, propter quam etiam fcriptum fuit, eum angelis minorem factum effe juxta apoftolum." Exempla graviffima libro III. de trin. invenimus. Cap. 2. p. 333 fqq. fapientiam demonftrat Proverb. VIII, 22 commemoratam intelligendam non effe filium Dei. Cap. 4. p. 347 fqq. de Pauli verbis (Coloff. I, 15) πρωτότοκος πάσης κτίσεως, quae Ariani in fuam fententiam interpretabantur, „Si eft primogenitus," inquit, „non eft fane unigenitus, fed refpectu aliorum, qui poft eum creati fuere, primogenitus eft. Si vero eft unigenitus filius, quomodo eft primogenitus? Nos ergo in primis dicimus, hujus etiam oraculi altitudinem eorum intelligentiam fuperare, ac Paulum ea loquutum effe, quae non noverat, fed illa credidiffe, quae loquebatur, quia ab eo fuggerebantur, qui vere eft fapientia, quique haec omnia manifeftabat. Deinde totum hunc locum exfcribemus, tum ad ejus interpretationem veniemus, neque vero ullis conjecturis indigebimus, nec verifimilitudinibus ad ea enarranda, quae luce fplendidiora funt; fed quaecunque ab his ipfis vel confulto, vel inconfiderate neglecta funt, nobis vero vim fermoni addere poffe videntur, haec apponemus." Praeter alia haec facit verba: „Ut reliqua omnia (p. 348) Pauli verba modo allata praeteream, quonam alio modo interpretari poffumus illa, quibus ait, per ipfum et in ipfo omnia conftare et reconciliari et pacificari, nifi ita interpretemur, ut per ejus incarnationem, qua propter nos et pro nobis fine ulla mutatione fui ipfius et peccati expers homo factus eft, convertamur ad agnitionem increatae ipfius filii deitatis? Dictus eft ergo praedicatusque unigenitus quidem utpote non habens fecundum coeleftem cujusvis fluxus expertem generationem alterum praeter ipfum, qui fecundum

naturam sit ipsius frater; πρωτότοκος vero πάσης κτίσεως non quod ante ipsam creatus sit; alioqui vocatus fuisset πρωτόκτιστος; sed quia per praescientiam . . ante omnem creaturam ex sancta Maria virgine natus est, (p. 349) et quia idem est primogenitus et unigenitus omnis creaturae ineffabiliter juxta divinum textum. Simili modo vocatus est etiam πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, non quod ante ipsos mortuos sit, sed quia, cum primus surrexerit a mortuis, securitatem resurrectionis generaliter nobis praebuit, qui per gratiam et donum ejus digni facti sumus, qui essemus filii quidem Dei patris, fratres vero ipsius Christi. . Primogenitus omnis creaturae dictus est pro primogenito omnis humanitatis. . Suffragatur autem nobis quoad denominationes primogeniti et unigeniti evangelista narrans, Mariam mansisse virginem, donec pepererit filium suum primogenitum; nam neque cuiquam nupsit illa summe prae omnibus honoranda et maxime inclyta virgo, nec alterius mater unquam facta est, sed post puerperium quoque mansit semper et omni tempore immaculata virgo, et tamen ejus primogenitus recte vocatus est qui et ipsam (p. 350) et omnes formavit. Quoad nuncupationem vero primogeniti e mortuis suffragatur nobis ipse Paulus 1 Cor. XV, 20 sqq. . . Sed et aliter accipi recte potest objectus locus; neque enim certum quemdam sensum duntaxat spectare nos oportet in oraculis tam sublimibus, nec illum amplecti, qui minus praestans sit, sed eum, qui excelsior ac melior; nam cum de iis agitur, quae Deum spectant, in sublimiori explanatione inest veritas. Dici ergo potest, primogenitum omnis creaturae dici Christum cum propter eos, qui in divino baptismo per adoptionem a spiritu sancto factam generantur ex Deo, tum etiam quia quidquid sumus et possidemus, ab ipso accepimus. . . Quodsi etiam de incomprehensibili Christi deitate audacter explicare velis objecta verba, ita fere accipienda erunt, ut vocatus sit primogenitus omnis creaturae aut quia genitus est ante quamvis creatam generationem, aut quia est primus et solus filius Verbum, qui ex nihilo quamcunque creaturam creatura quavis anteriorem produxit ac veluti fabricavit omniumque rerum causa est, aut etiam quia ipse est fundamentum omnia portans verbo virtutis suae. . . Atque (p. 351) ob hanc solam rationem

ait, Primogenitus omnis creaturae, ὅτι in ipſo creata ſunt omnia, ſi vox ὅτι pro διότι vel ἐπειδὴ ſano ſenſu intelligatur; neque enim exiſteret rerum univerſitas, nec illaeſa maneret, niſi baſin ac fundamentum haberet conditorem filium Dei Verbum, et in ipſo inniteretur. Icciroo non dixit πρωτόκτιστος, ſed πρωτότοκος, nec ait αὐτὸς ἐγένετο πρὸ πάντων, ſed ἐστὶ πρὸ πάντων, id eſt ἀνάρχως. Nam in natura ineffabili omne tempus eſt inſtans, et in praeſenti adeſt, neque in illa praeteritum eſt quidquam, nec futurum; ſed in uno tempore quodammodo degunt, quae aeterna ſunt, ſicut ait Plato in Timaeo ... Nec vero dici omnino debet, eum, qui ſit primogenitus, non eſſe unigenitum, ſed aliquando unus idemque et primogenitus dicitur et unigenitus. Quin is qui unigenitus est (p. 352), continuo eſt etiam primogenitus, etſi nullum poſt ſe habeat ſecundogenitum aut tertiogenitum, utpote ſolus genitus et nomen ex re adeptus" et qu. ſq. Porro cap. 5 p. 354 ſq. contra haereticos disputat, qui ex verbis apocal. XXI, 6: ἐγώ εἰμι ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος „filii exiſtentiam temporariam eſſe colligunt, ineptas ſingendo interpretationes, atque in eo enituntur, ut ipſorum nequitia virtus cenſeatur." „Vox principium," ait, „denotat, eum, ut principio carentem, conſtitutionis rerum omnium cauſam eſſe, ſicut eſt Deus pater. Nam qui eſt principium, nullum habet ante ſe exiſtentem, ſicut ultimus nullum habet poſt ſe ultimum. Etenim ἀρχή, ut ait Ariſtoteles in quinto Metaphyſicorum, dicitur multis modis. Dicitur enim ἀρχὴ ut regnum et imperium ducis in bello; dicitur etiam relate ad locum, ut ἀρχὴ curſus in ſtadio eſt repagulum ſeu carcer; dicitur et relate ad tempus, ut ἀρχὴ anni et haec dies; dicitur relate ad naturam, ut ἀρχὴ infantis eſt ſemen; dicitur ſecundum cauſam, ut ἀρχὴ ſtatuae eſt ſtatuarius. Sic ergo filium dicimus eſſe principium, ut cauſam et conditorem; eum vero appellari etiam finem, tum quia in ipſo, cum circumſcriptus ſit ac ſolus habens immortalitatem, omnium ſimul rerum termini innituntur ac firmantur, tum quia poſt hujus univerſi finem ſemper et in infinitum permanebit." Praeterea cap. 23 p. 409: „Denuo," ait, „commemoremus, quae objiciunt haeretici. Scribit Paulus: Unus Deus Pater et Unus Dominus Jeſus Chr.,

non quasi nomen τῆς θεότητος sit excellentius nomine τῆς κυριότητος, aut quasi conveniat soli quidem patri, ut dicatur Deus, soli autem filio ut vocetur dominus; utriusque enim propria sunt haec duo; sed ideo sic loquitur apostolus, ut et propriam subsistentiam hypostasium enunciet, et eas in una deitate ac dominatione esse significet. Nam alioqui, si filius eorum sententia non est natura Deus, ne pater quidem Dominus erit.. quoniam vero unum et idem est Deus et Dominus, et alterum ab altero non differt, nec sejungitur ullo modo, scriptura praeponit nomen Dominus nomini Deus (Deuter. VI, 6; XXXII, 30; Ps. VII, 3 vel 4). Juxta Josuam vero cultus ille, qui soli Deo debetur, Domino offertur, nulla scilicet alia causa, nisi quia Deus est (Jos. XXIV, 22). Verum ex aliis etiam scripturae locis intelligere licet, non uni hypostasi nomen Dominus convenire" et qu. sq. „At omnia," inquit cap. 32 p. 429, „per filium facta sunt; si omnia vero facta sunt, etiam spiritus sanctus factus est. Sed cum dixit Johannes omnia, creaturas omnes designavit; nusquam vero scriptum est, spiritum Dei esse creaturam, sicut ne filium quidem. Nam creatura est serva; servus autem neque liberat, ut spiritus sanctus, neque novit, quid faciat ejus dominus, neque denuo creat, quod a domino creatum est, neque templum habet hominem, sicut illud habet Deus, neque divinus dictus est in scriptura." Denique, ut alia exempla missa faciamus, quia, quae attulimus, nostro consilio sufficiunt, cap. 34 p. 431 „Illud," dicit, „quod a Johanne dictum est: Nondum erat spiritus sanctus, quia Jesus nondum glorificatus fuerat, hanc habet veram interpretationem. Nondum, inquit, omnes perfectam sanctificationis et charismatum spiritus Dei cognitionem habebant; nondum cognitus fuerat ab orbe terrarum; nondum glorificabatur una cum patre et filio. Nam respectu nostrum existentia Dei est ejus cognitio; tunc nempe Deus a nobis existere dicitur, cum eum cognoscimus; sanctum vero spiritum cognoscimus non quando volumus, sed quando perfectionem intelligentiae acquisiverimus." Interpretationem loci Marc. XIII, 32 Didymeam in capite dogmatico (de trinitate) dabimus.

Neque vero in his tantum locis literalem fenfum Didymus fcrutari confuevit, fed paene in omnibus Novi Teft. Ita de trin. lib. I. c. 15. p. 19 de ev. Joh. I, 1 verbis: „Illud ἦν πρὸς τὸν θεὸν," ait, „oftendit eam, quam filius habet cum Deo patre naturae communionem, atque hoc etiam oftendit, ex quo nempe fuit, fi ita loqui fas eft, increatus pater, ipfi coexftitiffe filium, qui ex ipfo eft. Quin etiam illorum verborum, Erat apud Deum, fana interpretatio foret, fi ita intelligerentur: Erat fecundum (κατὰ) Deum, i. e. erat, aeque ac Deus, principio carens, non factus, incomprehenfibilis, bonus, immortalis, omnium rex." (Eundem in locum de tr. III, 3, 345 his commentatur: „Ait πρὸς τὸν θεὸν pro κατὰ τὸν πατέρα, aeque ac pater, erat et ipfe afyncritus (incomparabilis) et increatus, et intra incomprehenfibilem ipfius deitatem intuens. Cum enim quis ait, πρὸς τόνδε ἦν, non modo fignificat: Cum hoc erat, fed etiam comparative haec locutio accipitur, ut valeat: Secundum hunc erat.") Doxologiam Rom. IX, 5 de filio accipit ib. p. 29. Ad locum 1 Cor. XIII, 13 ib. c. 16. p. 40 annotat: διὰ τὴν εἰς ἀρετὴν ἐπίτασιν ἀπένειμεν τῇ ἀγάπῃ τὸ μείζω. Locum Philipp. II, 6. 7 ib. c. 26. p. 74 hisce verbis interpretatur: „Quid in hac aequalitate invenitur inaequale? Neque enim rapuit, inquit, non aliunde accepit, ut effet natura Deo et patri aequalis. Et fane qui non ab alio exinanitus eft, fed femetipfum exinanivit, is fe ipfum oftendit dominum effe propria auctoritate agentem fimul et aeternum (αὐθέντην δεσπότην ὁμοῦ καὶ ἀΐδιον). Si enim in forma fervi factus eft, indubitate, antequam hoc fieret, inter creaturas non numerabatur, fed in libera erat natura patris; et quoniam fieri non poterat ut afpiceretur, condefcendit immutabiliter ac realiter usque ad formam fervi, et famuli moleftias repulit et laetioris vitae initium dedit, unde et, qui ab aeterno erat, agnitus eft." Locum 1 Timoth. III, 16 de tr. I, 27, 83 his verbis interpretatur: „Cum beneficus ifte rerum omnium conditor nondum aperte omnibus manifeftatus effet, tum manifeftus factus eft; unde juftificatus eft in fpiritu, i. e. affirmatus fuit aut confirmatus ab iis etiam, qui eum antea ignorabant, verus Deus; idque non fine examine, inquit, fed ipfa animae noftrae motione

peractum est; atque hoc sensu communem loquendi consuetudinem sequuti dicere nonnunquam solemus: Ille ἐδικαιώθη verus filius hujus, genus suum atque originem comprobando; et nonnunquam: Ille ἐδικαιώθη recte administrare. Quo majorem autem ad persuadendum sermo vim habeat, ipsum etiam ab angelis visum esse addit; quibus, eo quod divinae esset et infinitae naturae formaque careret, invisibilis ante illud tempus erat aeque atque ille, qui dicitur in scriptura solus invisibilis Deus... Eum vero praedicatum esse in hoc universo et creditum esse addit, quia qui ex ineffabili luce ab aeterno eluxit, e semper-virgine posterioribus temporibus ob suam benignitatem in homines ineffabiliter natus est, atque omnia in semetipso manifestavit, quae patris sunt. Et eum, qui omnia comprehendit, ascendisse ait in gloria, in qua semper fuit cum Deo." Ad Hebr. II, 9 de tr. I, 32, 98 annotat: „Ὑστεροπρώτως εἴρηται. Sententia enim haec est: Eum, qui aliquibus visus est minorari propter passionem mortis, Jesum videmus gloria et honore coronatum." Verba Christi Matth. V, 17: Non veni solvere legem, sed implere, explicat de tr. II, 10, 230 τοῦτ᾽ ἐστιν ἢ παῦσαι, ἢ τὸ λεῖπον ἀναπληρῶσαι. Denique verba Joh. V, 43 ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου interpretatur de tr. II, 19, 287 θεὸς τοιοῦτος, οἷος ἐκεῖνος.

Nonnunquam tamen ab allegorica N. T. interpretatione propius abest. Ita Enarratt. ad 1 Petri III, 6. p. 365. B. haec verba facit: "Invitat feminas, ut imitentur sanctas, et praecipue Saram, suadens eis, sic subjici viris, sicut illa subdita erat Abraham, cujus et filias eas factas dicit per operationes bonas. Sicut enim qui faciens opus Abraham, et habens ejus fidem, filius ejus fit, ita bona facientes fideles feminae matrem habent Saram. Et haec quidem ad textum. Allegorice vero consideramus, quomodo quilibet sit filius Abraham et Sarae, hoc modo ut apostolus ait, dicens: Quia Abaham duos habuit filios, unum de ancilla, et unum ex libera. Deinde spiritualiter intelligit per mulieres duo testamenta, et post alia dicit: eum, qui ex libera natus est, secundum spiritum sanctum liberam dicens supernam Jerusalem. Concordat his verbis prophetia dicens: Respicite Abraham patrem vestrum, et

Saram quae vos concepit. Non enim poſſibile eſt, ad illos homines, id eſt Abraham et Saram haec referri carnaliter. Quomodo enim adhuc conciperet hujus prophetae tempore, quae ante multos annos naturae debitum ſusceperat, mortem? Quapropter et haec percipienda ſunt proxime verbis apoſtoli dicentis: Matrem eſſe earum, qnae ſecundum ſpiritum generantur, non feminam, ſed teſtamentum novum et Jeruſalem eſſe ſupernam, et invitat mulieres per opera bona matrem habere Saram, et ſuper omnia conſiſtere, nec habere timorem illum, quem pavor ſequitur et tumultus, quem rationabiliter perfecta caritas mittit foras, quoniam poenae magis eſt, non Dei.„ Chriſti autem verba: Non veni pacem mittere, ſed gladium, ſic intelligit noſter de tr. II, 5. p. 147, ut nomen gladii ſignificet „ſapientiam, qua ſpiritus ſanctus obdurata corda incidit." Simili modo in Enarratt. ad Jacobi c. IV. p. 321: "Veniens Jeſus,„ inquit, ". , gladium miſit in terram. Sermo namque et doctrina illius dividit, et abjungit a terrenis atque materialibus rebus.„ Denique Enarr. in 1 Petri p. 321 in verſus 1. verbis: „advenis diſperſionis Ponti," poſtquam ea ad literam interpretatus eſt ("ſi quid ſupra textum hic poteſt intelligi„), praeexiſtentiam animarum videtur invenire.

In Vetere Teſt. Didymus non ſolum vera de Chriſti perſona vaticinia contineri ſtatuit Pſalm. XXI. LXXI (ὃν ὁμολογουμένως περὶ τοῦ Χριστοῦ προεφήτευσεν — de tr. I, 32, 96). CIX et Jeſai. XLV (Enarratt. in 1 Petri II p. 323. G), ſed etiam doctrinam de trinitate ibi invenit. Pariter enim e Vetere ac Novo Teſt. demonſtrat, eſſe et trinitatem Dei et unitatem (de tr. I, 15, 27—30 et c. 18 p. 45 ſqq.), et ſpiritum ſanctum non tantum eſſe virtutem quandam patris, ſed perſonam ſingularem (ib. p. 53 ſqq.), divinis praeditam nominibus (de tr. II, 3, 123 ſqq.) vereque Deum (de tr. II, 10, 226 ſqq.); necnon Chriſtum Deum eſſe oſtendit ex utroque (de tr. I, 27 p. 77 ſqq.), indeque ejus virtutes derivat (ib. c. 28 p. 86). Separatim de noſtri ſententia Jobus XXVII, 2. 3 (de tr. I, 18, 66) de trinitate, Amos IX, 6 (de tr. I, 15, 22) de omnipotentia Chriſti et Malachias III, 1. 2 (ib. p. 36) de incarnatione ejus agit. Et ita quidem de tr. I, 18, 48 ſq. (cf. II, 10, 230): „In ſumma", Didymus ait, „Vetus Teſtamentum Novi ty-

pum ferens myſtice et conſultiſſime (προμηθεστάτως) loquitur, myſterium hocce (trinitatis, τῆς τριάδος), quod poſtea patefactum fuit, aenigmatice potius multis in locis indicans, quam in uno eodemque explanans, ac ſimul magis illud explicans, quam obſcure indicans; ne ſcilicet aut eos, qui initiati non erant, quique nondum ſatis firmi divinaeque cognitionis capaces exiſtebant, repentina impreſſione percelleret, aut omni eos damno afficeret; illud enim eſſet imperitiae, hoc autem inhumanitatis. Saepe vero etiam eorum, quae ex occaſione uno in loco nobis dixit ad comprehendendum difficilia, ſolutionem explicationemque alio in capitulo praebere conſuevit. Novum autem Teſt. non jam tanquam in umbra et ſub velo, ſed manifeſto et expreſſe loquitur." Pſalmi LXXXIII, 13 verba „in medio terrae" de Golgotha (de tr. I, 15, 33) et Jobi XL comma 10. ſqq. de diabolo vult intelligantur, atque ubi ſcriptores Veteris T. brachium Dei aut dexteram Dei nominant, filium Dei interpretatur (de tr. I, 9, 13 et pluribus locis libror. de ſp. ſto, uti Mingarellius obſervavit ad l. l. not. 6). Saepius quoque in allegoriis acquieſcit. Quod ad demonſtrandum, nonnulla e lib. II. de trinitate capite 14 exſcribemus. Pag. 263 ſqq. aquae baptismalis ſanctitatem confirmaturus hiſtoria antechriſtiana, traditis verbis Moſis: Et ſpiritus domini ferebatur ſuper aquae, et Davidis (Pſ. XXVIII, 3): Dominus ſuper aquas multas, „At id ipſum," pergit, „ſimul ex eo etiam ſatis oſtenditur, quod ſupra Jordanis fluenta, dum dominus baptizabatur, apparuerit ſpiritus ſanctus, et manſerit ſuper eum. Apparuit autem tunc in columbae ſpecie, quia hoc animal et ſimplex eſt et bile caret. Ait enim Chriſtus: Eſtote ſimplices ſicut columbae. Quodſi etiam e numero, qui colligitur ex commemoratae volucris nomine, adjumentum aliquod orationi noſtrae comparari oportet, is quoque ſubindicat quodammodo, ſpiritum ſanctum eſſe incircumſcriptum; nam vox περιστερὰ valet octingenta et unum, qui numerus ſignificatur per α et ω; duo autem haec elementa ſunt initium et finis omnium elementorum. Porro diluvium etiam, quod mundum a veteri iniquitate expurgavit, myſtice delictorum mundationem a divina piſcina faciendam quodammodo praenunciabat. Et arca ipſa, quae illos ſer-

vavit, qui in eam admiſſi ſunt, imago erat venerandae ecclesiae ac bonae, quae inde nobis eſt, ſpei. Et columba, quae ramum olivae in arcam tulit, ac telluris detectionem indicavit, ſpiritus ſancti adventum ſignificabat coeleſtemque reconciliationem; ſymbolum enim pacis eſt ea. Quin etiam mare rubrum, quod eos Israëlitas excepit, qui neque ancipites fuerunt, neque in incerto crediderunt, quodque illos a malis, quae ipſis in Aegypto a Pharaone ejusque exercitu imminebant, liberavit, atque adeo tota fugae illorum ex Aegypto hiſtoria typus erat ſalutis, quam in baptismo conſequimur. Significabat enim Aegyptus mundum, in quo, niſi recte vivamus, male nobiscum agitur, populus autem eos, qui baptismo nunc illuminantur; aquae, quae populo ſecuritatis veluti mediatrices fuerunt, baptismum deſignabant, Pharao ac milites Satanam ejusque miniſtros, Moſes vero, qui amaram aquam virga utilem fecit, ſalutem univerſalem praenunciabat. Ipſe enim typum gerebat Chriſti, virga crucis; aqua autem amara benedictam piſcinae aquam praemonſtrabat; quae aqua utilis quidem aliquando viſa eſt infidelibus, fidelibus vero utilis ad omnem refrigerationem comperta eſt, et tanquam ros Aërmon deſcendens ſuper montes Sion. Sed liber quoque regnorum luculentum nobis hac de re praebet teſtimonium, cum et ipſe ſimilia praecedentibus arcane ſubindicet in capitulo atque hiſtoria, quae hic ſubſcribitur... (Jam ſequuntur verba 2 Reg. VI, 4—7.) Etenim per Eliſſaeum hominem Dei et interrogantem, Ubi cecidit ſecuris? ſignificabatur Deus, qui cum hominibus verſatus eſt, quique olim dixit: Adam, ubi es? Per unam vero perſonam, quae lignum dejicit et oſtendit locum, in quem ſecuris cecidit, Adamus deſignabatur, qui Deo, quem nihil latet, reſpondit, Nudus ſum et me abscondi, atque his verbis locum oſtendit, ubi prae verecundia ſeſe abscondebat; inſuper autem indicabatur etiam planta, quam tetigerat contra fas. Per ferrum, quod cecidit in obſcuram profunditatem, vis humanae naturae denotabatur, quae excidit a luce, propterea quod manum injecerit homo in lignum vitae. Per id vero quod dixit, Et illud commodatum fuerat, ſignificabatur, e dono Dei habuiſſe protoplaſtum eam, quam amiſit vim; quam

etiam illum oportebat ei, qui ipſam dederat, talem reſtituere qualem acceperat. Per lignum, quod acceptum eſt, et projectum in eum locum, ubi erat quod quaerebatur, ſancta hymnisque ſemper celebranda crux deſignabatur. Per Jordanem vero immortale baptisma; nam in Jordane is, qui Jordanem fecerat, baptizari propter nos dignatus eſt. Ferri innatatio in aquis ejusque acceſſus ad eum, qui illud amiſerat, ſignificabat, nos per baptismum in coeleſtem ſublimitatem extolli, et priſtinam gratiam ſuscipere et veterem patriam recipere. Verba illa, Attolle tibi, atque haec alia, Extendit manum et accepit, ſignificant, opus eſſe ut ſciamus, illum ipſum, qui ad baptismum acceſſit, credere debere, et attollere i. e. glorificare eo modo, qui baptismi lege ac formula praeſcriptus fuit, et illas manus nunc recte ad Deum extendere, quas olim communi naturalis cum Adamo unionis ratione non recte in plantam vitae injecit. Quodſi quis renuens atque ea, quae dicimus, improbans baptismum in hoc ſcripturae loco praenunciari infitietur, ab illo ſciſcitari par eſt, quaenam ſit talium verborum ac narrationum utilitas, quam reſpexerit ſacer ſcriptor, dum haec poſuit." (Alias, quas in poſterioribus ſubnectit Didymus, hujuscemodi interpretationes inducere longum eſt.) Accedit, quod ait noſter in commentariis ad cap. VII. Actorum Tom. IV. Anecdotorum Wolfii, verba Salomonis, quae exſtant Proverbiorum cap. V, 20, Ne multus ſis cum aliena, de uxore marito juncta accipi non poſſe, ſed de ethnicorum ſapientia accipienda eſſe. Necnon allegorica interprètatio invenitur apud Nicetam in Catena in Iobum I, 2. Cum enim Iobo ſeptem filios ac tres filias fuiſſe narret ibi ſacer ſcriptor, Didymus binis hisce numeris myſtice acceptis ſeptem ſpiritus ſancti dona ac divinarum perſonarum trinitatem deſignari ait, *ἵνα μάθωμεν τὴν ἐν τριάδι πίστιν τῆς ἑβδόμης χάριτος εἶναι δημιουργόν.*

Apparet, Didymi hermeneuticam vitiorum non eſſe expertem; neque tamen prohibemur, quin eum de grammatica ſcripturae ſacrae interpretatione promovenda optime meritum jure praedicare videamur.

SUMMA.

Postquam Athenagoras, paene neglecto Novo Test., ex prophetis Veteris T. doctrinam christianam derivaverat, allegoricae interpretationis studium Alexandrinorum mentes capere coepit. (Minime quidem id jacebat apud occidentales doctores (cfr. Irenaeus adv. haer. II, 24; de Tertulliano vid. Rosenmülleri hist. interpr. l. f. II, 35); hi tamen Alexandrinis multo inconstantiores sese praebebant. Cfr. Tertullianus de resurr. carnis c. 20, ubi ne prae allegoriarum studio negligatur sensus historicus hortatur). Pantaeno auctore et forsan suasore Clemens allegoriarum inveniendarum erat studiosissimus; certas autem ad regulas demum Origenes studium istud composuit, idemque primum literatae f. f. interpretationis exemplum reliquit hisque suis commentariis non processit ad allegorias, nisi sensu grammatico satis probabili ratione indagato. Dionysius, grammaticae amicus, neque — adversarius quidem Nepotis — allegoricae valedicens, valde favit interpretationi morali, Pierius autem Origenis vestigia videtur pressisse. Petrus Martyr allegorias missas facere coepit, et Didymus, in refutandis haereticis librorum sacrorum grammaticum sensum amplexatus, raro tantum in Veteris T. nonnullis locis et rarius in Novo allegoricum investigavit. Prorsus vero allegorice scripturam f. interpretandi rationem paulatim et removisse et emendasse, hoc meritum non est Alexandrinae, sed Antiochenae scholae (vid. F. Münteri S. V. tract. de schola Antiochena in Staeudlini et Tzschirneri SS. VV. Archiv für alte u. neue Kirchengeschichte P. I. fasc. 1. p. 15 sqq.).

CAPUT TERTIUM.

DOGMATICA.

ATHENAGORAS.

Cf. J. S. Semleri Hiſtor. Einleit. in Baumgartens Unterſuch. theol. Streitigkk. P. II. p. 70—80.

(Th. Adr. Clariſſe S. V. Comment. de Athenag. vita, ſcriptis et doctrina cet. Lugd. B. 1819. IV.)

Athenagoras eis annumerari ſolet (cf. Moshemii diſſ. de turbata per recentiores Platonicos eccleſia, in diſſertt. ad hiſt. eccl. pert. T. I. p. 94 ed. 3, et C. A. Th. Keil. de doctoribus veteris eccleſiae culpa corruptae per Platonicas ſententias theologiae liberandis in ej. opuscul. ed. J. D. Goldhorn. p. 448), qui in philoſophando Platonem ducem ſequuti ſint *). Neque id injuria ſit, ſi philoſophiam cum religionis chriſtianae profeſſione ita conjunxiſſe dicitur, ut non uni tantum Platonicae philoſophiae deditus fuerit, ſed ex omnibus, quae certiora et meliora viderentur, ſelegerit (Moshem. l. l.). Attamen Platonis ceterorumque philoſophiam non adeo eſt admiratus, ut ea ad probandam aliquam ſententiam duci ſe paſſus fuerit (Keil. l. l. p. 451; cf. C. F. Staeudlini S. V. Geſch. der Sit-

*) Paulo poſt Chriſtum natum nulla auctoritatem philoſophia ſibi vindicavit ampliorem, quam Platonica. Haec ab exeunte ſeculo II. Alexandriae potiſſimum regnabat, ubi jam ipſis Chriſti temporibus Philo Judaeus Platonem magni habuerat, atque ubi ſeculo p. Chr. III. tres ſcholae Platonicae exſtabant, una Judaica, altera Plotiniana potius, quam Ammoniaca nominanda, tertia chriſtiana. Cfr. F. Bouterwekii V. Ill. Philoſophorum Alexandrinorum ac Neo-Platonicorum recenſio accuratior, in Commentatt. ſoc. reg. ſcient. Gotting. vol. V, 1823, p. 227—258.

tenlehre Jesu vol. II. p. 180). Nihil potius docuit, quod scripturae sacrae auctoritate aliqua ratione non niteretur ac defenderetur.

Jam convertamur ad singula ipsius dogmata, quae praecipua sunt, describenda.

Bibliologia.

De inspiratione s. s. et unice quidem Veteris Test. apol. c. 8. p. 35 sq. haec verba facit: „His et hujusmodi tantum rationibus — e ratione humana desumptis — si contenti niteremur, merito humanam esse persuasionem nostram aliquis judicaret. Verum cum insuper prophetarum voces rationibus nostris fidem afferant, non dubito, quin vos etiam, literarum amantissimi et sapientissimi principes, historias et scripta Mosis, Jesaiae, Jeremiae et reliquorum prophetarum aliqua ex parte cognoveritis, qui extra se suasque cogitationes positi, divini spiritus impulsu, quicquid ille in ipsis efficiebat, eloquebantur (*οἳ κατ' ἔκστασιν τῶν ἐν αὐτοῖς λογισμῶν, κινήσαντος αὐτοὺς τοῦ θείου πνεύματος, ἃ ἐνηργοῦντο, ἐξεφώνησαν*), cum spiritus eis ceu organis uteretur, ut tibiis ad inflandum uti solet tibicen."

Theologia.

Unitatem Dei Athenagoras tum ex auctoritate philosophorum graecorum defendit apol. c. 6, tum philosophice demonstrat apoc. c. 7. p. 32 sqq. (ita argumentatur: Si initio duo vel plures dii fuerint, aut uno in loco, aut alius alibi fuerunt. Prius esse non potest; alioqui dii impares forent. Sin deorum quisque alius alibi est, et qui mundum fecit, in eo et circa eum versatur, ubi est alius vel ceteri? Cet. Vid. Münscheri Handb. der Dogmengeschichte P. I. p. 388 sq.), tum Veteris T. locis quibusdam comprobat (apol. c. 8. p. 36). Hunc Deum discernit quidem a materia (C. 5. p. 19 sqq. „Discernimus," ait, „Deum a materia et docemus, aliud esse Deum, aliud materiam, et magnum inter haec esse discrimen (*καὶ τὸ διὰ μέσου πολύ*); Deum enim ingenitum aeternumque, menti tantum et rationi visibilem esse asserimus, materiam *γεννητὴν καὶ φθαρτὴν*), neque tamen ab ejus no-

tione omnes omnino corporeas notiones feparaverit, cum l. l. de unitate Dei a creatore dixerit mundum circumdari, ideoque, quia hic Deus omne fpatium expleat, alteri Deo fpatium nullum fupereffe (unde quidem fequitur, ab Athenagora Deum non in immenfum fupra mundum elatum effe cogitatum). Benignitas Dei non eft proprietas affumpta, fed naturae neceffaria, uti corpori color (apol. c. 22. p. 97). Ipfe Deus eft ὂν, *αὐτὸς* igitur *οὐ γενόμενος* (*ὅτι τὸ ὂν οὐ γίνεται, ἀλλὰ τὸ μὴ ὄν*) (apol. c. 5. p. 21), fed *ἀγέννητος καὶ ἀΐδιος καὶ ἀόρατος καὶ ἀπαθὴς καὶ ἀκατάληπτος καὶ ἀχώρητος, νῷ μόνῳ καὶ λόγῳ καταλαμβανόμενος, φωτὶ καὶ κάλλει καὶ πνεύματι καὶ δυνάμει ἀνεκδιηγήτῳ περιεχόμενος* (apol. c. 9. p. 37). *Πάντα ἐστὶν αὐτὸς αὐτῷ, φῶς ἀπρόσιτον, κόσμος τέλειος, πνεῦμα, δύναμις, λόγος* (apol. c. 12. p. 55 fq.).

De creatione quid Athenagoras fenferit, infra apparebit, ubi de trinitate agemus.

De providentia doctrina quam fit graviffima, ait nofter apol. c. 11. p. 44 his verbis: *Ἆρα τοίνυν, εἰ μὴ ἐφεστηκέναι θεὸν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει ἐνομίζομεν, οὕτως ἂν ἑαυτοὺς ἐξεκαθαίρομεν; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Ἀλλ' ἐπεὶ πεπείσμεθα ὑφέξειν παντὸς τοῦ ἐνταῦθα βίου λόγον τῷ πεποιηκότι καὶ ἡμᾶς καὶ τὸν κόσμον θεῷ, τὸν μέτριον καὶ φιλάνθρωπον καὶ εὐκαταφρόνητον βίον αἱρούμεθα, οὐδὲν τηλικοῦτον πείσεσθαι κακὸν ἐνταῦθα νομίζοντες, κἂν τῆς ψυχῆς ἡμᾶς ἀφαιρῶνταί τινες, ὧν ἐκεῖ κομιούμεθα, τοῦ πρᾴου καὶ φιλανθρώπου καὶ ἐπιεικοῦς βίου, παρὰ τοῦ μεγάλου δικαστοῦ.* Miniftris et interceſſoribus in adminiftrando mundo utitur Deus angelis, quos *διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ λόγου διένειμε καὶ διέταξε περί τε τὰ στοιχεῖα εἶναι καὶ τοὺς οὐρανούς, καὶ τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν τούτων εὐταξίαν* (apol. c. 10. p. 41), et ita quidem, ut univerfalem et generalem rerum univerfarum providentiam ipfe Deus, particularem vero univerfitatis partium, quibus praepofiti funt, angeli habeant (apol. c. 22. p. 98). Qui non omnes bona fide res fibi creditas procurant, fed nonnulli improbi negligentesque deprehunduntur, unde variae hominibus calamitates infliguntur (ib. p. 99), quas, id quod ex apol. c. 22. p. 103 fq. fequi videtur (ubi haec legimus: „Quoniam autem

commotiones illae et operationes daemonicae, quae a contraria ſpiritu proficiſcuntur, inordinatos iſtos impetus excitant, atque inſuper homines, alium aliter, et ſingulatim et per nationes totas, particulatim et communiter (*μερικῶς καὶ κοινῶς*), pro ratione materiae et erga Deum affectionis intus foris que movent; eam ob cauſam aliqui, quorum non parva auctoritas eſt, non certo ordine hanc univerſitatem conſtare, ſed temere fortuitoque agi ferrique omnia cenſuerunt; *οὐκ εἰδότες, ὅτι τῶν μὲν περὶ τὴν τοῦ παντὸς κόσμου σύστασιν, οὐδὲν ἄτακτον, οὐδὲν ἀπημελημένον, ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν γεγονὸς λόγῳ· διὸ οὐδὲ τὴν ὡρισμένην ἐπ' αὐτοῖς παραβαίνουσι τάξιν*"), Deus ut rectum fauſtumque habeant exitum vertit.

De trinitate.

Praeter ea, quae de Deo in univerſum, de patre ſeparatim extra nomen nihil dixit Athenagoras. Addimus tantummodo, quod Deus univerſe ipſi eſt *ὁ τοῦδε τοῦ παντὸς ποιητής, πάντα διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ λόγου πεποιηκὼς* (apol. c. 5. p. 21), *ὑφ' οὗ γεγέννηται τὸ πᾶν διὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου καὶ διακεκόσμηται καὶ συγκρατεῖται* (ib. c. 9. p. 37). De filio haec docet: Apol. c. 9. p. 37 ſtatim poſt deſcriptam ingeniti Dei naturam addit: *Νοοῦμεν γὰρ καὶ υἱὸν τοῦ θεοῦ· καὶ μή μοι γελοῖόν τις νομίσῃ τὸ υἱὸν εἶναι τῷ θεῷ. οὐ γὰρ ὡς ποιηταὶ μυθοποιοῦσιν, οὐδὲν βελτίους τῶν ἀνθρώπων δεικνῦντες τοὺς θεούς. ἔστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, λόγος τοῦ πατρὸς ἐν ἰδέᾳ καὶ ἐνεργείᾳ· πρὸς αὐτοῦ γὰρ καὶ δι' αὐτοῦ πάντα ἐγένετο, ἑνὸς ὄντος τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ· ὄντος δὲ τοῦ υἱοῦ ἐν πατρὶ καὶ πατρὸς ἐν υἱῷ, ἑνότητι καὶ δυνάμει πνεύματος, νοῦς καὶ λόγος τοῦ πατρὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ.* Cap. 10 pergit p. 38: *Ὁ παῖς τί βούλεται, ἐρῶ διὰ βραχέων· πρῶτον γέννημα εἶναι τῷ πατρὶ, οὐχ ὡς γενόμενον (ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὁ θεὸς, νοῦς ἀΐδιος ὢν, εἶχεν αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον ἀϊδίως λογικὸς ὢν), ἀλλ' ὡς τῶν ὑλικῶν ξυμπάντων . . . ἰδέα καὶ ἐνέργεια εἶναι προελθών* (Proverb. VIII, 22). De ſpiritu ſancto dicit apol. c. 10. p. 40: *Καί τοι καὶ αὐτὸ τὸ ἐνεργοῦν τοῖς ἐκφωνοῦσι προφητικῶς ἅγιον πνεῦμα ἀπόῤῥοιαν εἶναί φαμεν τοῦ θεοῦ, ἀποῤῥέον καὶ ἐπαναφερόμενον, ὡς ἀκτῖνα ἡλίου.* Patet igitur, quod de patris, filii ſanctique

ſpiritus mutua ratione Athenagoras ſtatuit. Filius eſt *λόγος τοῦ πατρὸς*, qui, et ipſe quidem aeternus (*ἐνδιάθετος*), ante omne tempus ex patre prodiit (*προφορικὸς*), ut mundum crearet. Spiritus ſanctus continuo e Deo emanat eodemque redit. Perſonae an Athenagorae ſint filius et ſpiritus, diſſentiunt viri docti, quorum ſententias recenſere a noſtro conſilio alienum eſt. Hoc tantummodo profiteamur neceſſe eſt: Münſcherus Dogmengeſch. II, 443 ita argumentatur: Spiritus Athenagorae perſona non fuit, unde etiam filium non fuiſſe veriſimillimum eſt; de mea quidem ſententia falſo. Proficiſcendum enim eſt non ab Athenagorae doctrina de ſpiritu, de quo nonniſi per comparationem exponit, ſed ab ipſius doctrina de filio. Dicta, filium in patre eſſe patremque in filio aliaque hujusmodi nihil dijudicant; quod vero, natura ingeniti Dei, Dei in univerſum, deſcripta, ſine ſubtiliori definitione Athenagoras pergit: *νοοῦμεν γὰρ καὶ υἱὸν τοῦ θεοῦ*, eo (maxime vocula *καὶ*, etiam, praeterea) mihi quidem videtur oſtendiſſe, patrem et filium minime eſſe unam tantummodo perſonam. Quodſi autem filius perſona Athenagorae eſt, etiam ſpiritum talem eſſe veriſſimillimum eſt (vox enim *ἀπόῤῥοια*, quae etiam de natura hypoſtatica uſurpatur, ſicuti comparatio cum radiis ſolis (et luce ignis), quia comparatio eſt, neque ſimul ad filium pertinet, rem integram relinquit; cf. Keil. tract. in Flatt. Magazin für Dogm. u. Moral faſc. IV, 1798, p. 45 ſqq.), quoniam patrem, filium et ſpiritum ſanctum conjunctos noſter memorat, iisque communiter et *ἕνωσιν* et *διαίρεσιν* quandam tribuit. Ita apol. c. 22. p. 96: *Ὡς γὰρ θεόν φαμεν*, ait, *καὶ υἱὸν τὸν λόγον αὐτοῦ καὶ πνεῦμα ἅγιον, ἑνούμενα μὲν κατὰ δύναμιν τὸν πατέρα, τὸν υἱὸν, τὸ πνεῦμα (ὅτι νοῦς, λόγος, σοφία, υἱὸς τοῦ πατρὸς, καὶ ἀπόῤῥοια, ὡς φῶς ἀπὸ πυρὸς, τὸ πνεῦμα), οὕτως καὶ ἑτέρας εἶναι δυνάμεις κατειλήμμεθα περὶ τὴν ὕλην κ. τ. λ.*; cap. 11. p. 46: Nos tantum ſtudemus *ὃν* (legendum *τὸν*) *ἴσως θεὸν καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ λόγον εἰδέναι· τίς ἡ τοῦ παιδὸς πρὸς τὸν πατέρα ἑνότης, τίς ἡ τῶν τοσούτων* (fortaſſe *τούτων* vel *τῶν τριῶν*) *ἕνωσις καὶ διαίρεσις, ἑνουμένων τοῦ πνεύματος, τοῦ παιδὸς, τοῦ πατρός*, et cap. 10. p. 40: *Τίς οὖν οὐκ ἂν ἀπορήσαι, λέ-*

γοντας θεὸν πατέρα καὶ υἱὸν θεοῦ καὶ πνεῦμα ἅγιον, δεικνύντας αὐτῶν καὶ τὴν ἐν τῇ ἑνώσει δύναμιν καὶ τὴν ἐν τῇ τάξει διαίρεσιν, ἀκούσας ἀθέους καλουμένους; (i. e. Quis atheiftas nos increpat, cum non unam tantummodo, fed tres fubftantias divinas effe credamus?) Attamen obfcurior eft Athenagorae de trinitate doctrina, quam ut fatis certo eam enucleare poffimus. Id vero conftat, tantum abeffe, ut Ario viam nofter muniat, ut non fatis procul a Sabellio abeffe videatur.

Angelologia et Daemonologia.

Angelis, iccirco creatis, ut Deus haberet, quorum auxilio quibusque inftrumentis in adminiftrando mundo uteretur (apol. c. 22. p. 98; cf. doctrinam Athenagorae de providentia), neque tamen ideo adorandis (apol. c. 13. p. 56: *οὐ τὰς δυνάμεις προςιόντες θεραπεύομεν, ἀλλὰ τὸν ποιητὴν αὐτῶν καὶ δεσπότην*), arbitrii libertas data eft (ib. c. 22. p. 99). „Alii liberi, quales a Deo facti erant, perftiterunt in iis, quorum gratia Deus ipfos crearat et difpofuerat; alii vero fimul et natura fua et credita fibi adminiftratione abufi funt (*οἱ δὲ ἐνύβρισαν καὶ τῇ τῆς οὐσίας ὑποστάσει καὶ τῇ ἀρχῇ*. ibid.), materiae fcilicet ejusque formarum conftitutus princeps et alii ex illis, qui circa primum mundi firmamentum erant (ib.). Poteftatum enim (ib. p. 96 fqq.), quae vel circa materiam vel intra eam verfantur, una Deo adverfatur, non quod ulla vis cum Deo pugnare queat.., fed quoniam Dei bonitati, quae ei adjuncta copulataque eft, .. fpiritus materiae adhaerens adverfatur, qui et ipfe a Deo creatus eft, ut reliqui angeli, et materiae ejusque formis adminiftrandis praefectus." Ifte igitur dux eft angelorum lapforum, qui quidem (quod conjiciendi locus Genef. VI, 2 e verfione *τῶν ὀ* Athenagorae occafionem dederit; cf. Keil. l. l. p. 575 fqq.) lapfi funt „amoribus (apol. c. 22. p. 100) capti virginum, et libidine carnis victi; ipfe vero princeps tum negligentia, tum improbitate circa procurationem fibi concreditam" — *εἰς ἐπιθυμίαν πεσόντες παρθένων καὶ ἥττους σαρκὸς εὑρεθέντες· οὗτος δὲ ἀμελήσας καὶ πονηρὸς περὶ τὴν τῶν πεπιστευμένων γενόμενος διοίκησιν* — (cf. 2 Petri II, 4). Primus igitur,

haec Athenagorae sententia esse videtur, lapsus est diabolus propter materiae appetitum, per quem homines sunt decepti; quo facto etiam plures angeli per concubitum cum puellis humanis perpetratum divina sua natura sunt destituti diaboloque adjuncti. Non modo isti angeli lapsi daemones vocantur (apol. c. 22. p. 101), sed etiam animae gigantum, ex amatoribus istis virginum genitorum (ib. et p. 100). „Illi, qui de coelo exciderunt, circa aërem et terram obversantes, non amplius ad coelestia suspicere possunt; hi daemones illi sunt, qui circa mundum oberrant, motus edentes hi quidem constitutioni, quam a parentibus acceperunt, illi vero pristinae libidini suae convenientes. Princeps autem ille materiae, ut ipse rerum eventus probat, Dei bonitati sua procuratione se opponit (ib. p. 101)." Cuncti isti daemones (ex LXX interpretatione Ps. XCVI, 5; cf. Keil. l. l. p. 601 sqq.) ad idola (quae homines fuerunt) homines pertrahunt (apol. c. 22. p. 104. 5), adque hunc finem hominum illorum aut deorum nomina sibi affectant (c. 23. p. 105), quocunque modo homines decipiunt (ib. p. 109: *οἱ .. δαίμονες .. ἀπατηλοὶ ἀνθρώπων, προςλαβόντες τὰς ψευδοδόξους ταύτας τῶν πολλῶν τῆς ψυχῆς κινήσεις, φαντασίας αὐτοῖς, ὡς ἀπὸ τῶν εἰδώλων καὶ ἀγαλμάτων ἐπιβατεύοντες αὐτῶν τοῖς νοήμασιν, εἰςρεῖν παρέχουσιν*) facinorumque committendorum suasores sunt (ib. p. 105). Neque vero corporis omnino expertes sunt isti daemones, sed *περὶ τὰς κνίσσας καὶ τὸ τῶν ἱερείων αἷμα ὄντες* (ib. p. 109), sanguini victimarum sunt affixi easque lambunt (*προςτετηκότες τῷ ἀπὸ τῶν ἱερείων αἵματι καὶ ταῦτα περιλιχμώμενοι,* apol. c. 22. p. 105).

Anthropologia.

Homines habent *αὐθαίρετον καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν* (apol. c. 22. p. 99). Natura eorum per se bona est, peccatum autem ortum e libero arbitrio, per daemones corrupto (ib. p. 104: „Homo etiam ordinem a creatore sibi decretum servat, tum in generationis suae natura, quae una communique ratione in omnibus perficitur, tum formationis et membraturae modo, qui veluti lege quadam intra suos fines co-

hibetur, tum termino vitae, qui aequalis communisque omnes manet; quanquam vero etiam ratiocinandi vis eadem et communis omnium ſit, unusquisque tamen, prout partim ſuo ingenio inclinat, partim a principe materiam obtinente et aſſeclis ejus, malis geniis, afficitur, alius aliter fertur moveturque." Cf. c. 28. p. 108: „Et hoc tunc maxime in animum cadit, cum ſpiritum materialem in ſe admiſit eique unione quadam permixtus eſt, non ad coeleſtia et eorum conditorem, ſed deorſum ad terreſtria omnino reſpiciens ét in terram, quaſi ſanguis prorſus et caro, non amplius purus ſpiritus ſit."). Minime vero ex ſolo corpore peccatum proficiſcitur; neque ſolum corpus peccat (de reſurrectione c. 16. p. 201), neque ſolus animus virtutem exercet (ib. c. 17. p. 210 ſq.), ſed utrumque fit ab utroque, ab animo et corpore, a toto homine (ib. p. 207 ſq. 209 ſqq.).

Eſchatologia.

Summa eorum, quae Athenagoras libro ſingulari de reſurrectione ex ſola ratione humana disputavit, haec eſt: Futura in reſurrectione priſtini corporis elementa rurſus conjungentur, idem corpus eandem animam recuperabit, corpus nimirum doloribus non obnoxium, in quod putredo non cadit. Quod ad demonſtrandum, ſagaciſſime oſtendit primum, corporis reſuſcitandi nec facultatem nec voluntatem Deo deeſſe (facultatem, quae in ſeſe comprehendat ſcientiam ac potentiam, tum probat ex opere creationis, tum defendit contra objectiones gentilium philoſophorum, repetitas a corporibus humanis vel a beſtiis, vel ab hominibus devoratis, ab opere forma privato cet.; voluntatem eo probat, quod neque injuſtum ſit, in vitam revocare mortuos, cum nulla injuria fiat, neque reſurgentibus eorumque vel animae vel corpori, neque aliis creaturis extra ipſos; neque indignum Deo, quod a creatione iterum demonſtrat), ac dein fundamenta cauſae ſuae tradit, primum ſit finis hominis, qui in eo cernatur, ut homo ſit perpetuus ſpectator ſapientiae divinae; alterum communis hominum natura vel conditio, cui ad conſequendum vitae rationalis finem debeatur vita perpetua; tertium judicium conditoris de hominibus neceſſarium tum propter pro-

videntiam, tum justitiam Dei (quia semper totus homo agat, anima et corpus, ideoque totus homo judicio obnoxius sit), et postremum summum bonum hominis seu finis ultimus, qui in hac vita non reperiatur.

Antequam dogmaticam Athenagorae relinquamus, pauca

de *Apologetica*

ipsius adjiciemus. *Τρία*, apol. c. 4. p. 15 ait, *ἐπιφημίζουσιν ἡμῖν ἐγκλήματα, ἀθεότητα, Θυέστεια δεῖπνα, Οἰδιποδείους μίξεις.* Quibus a criminibus Christianos noster defendit. Primum igitur eo, quod Christianorum de Deo trinuno naturisque divinis sententias exponit opponitque tum has, tum Christianorum castitatem gentilium variis et stolidis et obscoenis fabulis, atheismi crimen removet. Rationem demonstrandi accurate breviterque descripsit Langius in praefatione ad Athenagorae apologeticum, quam invenire licet ante editionem Ed. Dechairi. Porro a capite 27. p. 123 sqq. contra infamiam Thyestearum dapium et promiscui concubitus objicit rationem illam, permissu Dei semper in rebus humanis virtuti adversatam esse vitiositatem, adjiciens, hominibus bonis et innocentibus nunquam obtrectationes confictas nocuisse, et crimina ipsa in adversarios et deos eorum retorquet. Adversus ea disciplinam Christianorum vitaeque in timore Dei degendae sanctitatem, pudicitiam conjugalem, virginitatem, viduitatem, spiritalem inter se necessitudinem, tolerantiam malorum, a caedis quoque justae conspectu, nedum a caede ipsa, proindeque ab humanarum carnium esu abstinentiam, resurrectionis futurae exspectationem et judicii supremi metum opponit. Quantopere autem ordine, eloquentia, venustate, tranquillitate nostri apologia excellat, jam Tzschirnerus S. V. animadvertit Gesch. d. Apologetik Tom. I. p. 247.

PANTAENUS.

Theologia.

Nihil nobis licet, nisi Pantaenum (qui in doctrina de gnosi cum Clemente discipulo videtur statuisse „ id quod ex eo verisimile fit, quod Clemens Strom. lib. I. c. I. p. 323 gloriatur, se a praeceptoribus, quorum „praecipuum et ultimum" Pan-

taenum h. l. intelligendum esse satis constat, disciplinam quandam arcani accepisse) eo nomine laudare, quod satis divinas de Deo sententias foverit. Exstant enim haec ad pag. 19 scholiorum Maximi in S. Gregorium Theol., quae cum opere Joh. Erigenae Scoti de divisione naturae Thomas Gale edidit (vid. Routh. rel. sacr. I, 340): Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ περὶ Πάνταινον (i. e. ut recte vertit Galius, ex usu Graecorum Pantaenus) τὸν γενόμενον καθηγητὴν τοῦ Στρωματέως μεγάλου Κλήμεντος θεῖα θελήματα τῇ γραφῇ φίλον καλεῖσθαι φασὶν, ὅθεν ἐρωτηθέντες ὑπό τινων τῶν τὴν ἔξω παίδευσιν γαύρων· πῶς γινώσκειν τὰ ὄντα τὸν θεὸν δοξάζουσιν Χριστιανοὶ, ὑπειληφότων ἐκείνων νοερῶς τὰ νοητὰ καὶ αἰσθητικῶς τὰ αἰσθητὰ γινώσκειν αὐτὸν τὰ ὄντα, ἀπεκρίναντο (Pantaenus scilicet, cujus jam verba sequuntur, ut Routhius l. l. p. 343 recte statuit), μήτε αἰσθητῶς τὰ αἰσθητὰ, μήτε νοερῶς τὰ νοητά. οὐ γὰρ εἶναι δυνατὸν τὸν ὑπὲρ τὰ ὄντα κατὰ τὰ ὄντα τῶν ὄντων λαμβάνεσθαι· ἀλλ' ὡς ἴδια θελήματα γινώσκειν αὐτὸν τὰ ὄντα φαμὲν, προσθέντες καὶ τοῦ λόγου τὸ εὔλογον, εἰ γὰρ θελήματι τὰ πάντα πεποίηκε, καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ λόγος, γινώσκειν δὲ τὸ ἴδιον θέλημα τὸν θεὸν, εὐσεβές τε λέγειν ἀεὶ καὶ δίκαιόν ἐστιν· ἕκαστον δὲ τῶν γεγονότων θέλων πεποίηκεν, ἄρα ὡς ἴδια θελήματα ὁ θεὸς τὰ ὄντα γινώσκει, ἐπειδὴ καὶ θέλων τὰ ὄντα πεποίηκεν. Hactenus Pantaenus. Cognoscit igitur de ipsius sententia Deus universum ita, ut suam ipsius voluntatem. Videmus ex illa Pantaeni demonstratione acumen ingenii a nostro optime adhibitum, neque possumus non valde dolere, quod ex pluribus illud videre non liceat.

CLEMENS.

Cf. J. S. Semleri Histor. Einleit. in Baumgartens Untersuch. theol. Streitigkk. P. II. p. 133—156.

Magni, id quod inter omnes constat, habebat Clemens Platonem, quem φιλαλήθεα nominat, οἷον θεοφορούμενον (Strom. lib. I. c. 8. pag. 341 cf. Str. V, 12, 692). Neque vero solo in Platone acquiescebat (vituperat enim v. c. Callianum, quod πλατωνικώτερον aliquid statuerit Str. III, 3, 553), sed ἥ τε βάρβαρος, ait (Str. I, 12, 349), ἥ τε ἑλληνικὴ φιλο-

σοφία τὴν ἀΐδιον ἀλήθειαν παραγμόν τινα, οὐ τῆς Διονύσου μυθολογίας, τῆς δὲ τοῦ λόγου τοῦ ὄντος ἀεὶ θεολογίας πεποίηται· imo Str. I, 7, 337 dicit: *Φιλοσοφίαν δὲ οὐ τὴν Στωϊκὴν λέγω, οὐδὲ τὴν Πλατωνικὴν, ἢ τὴν Ἐπικούρειόν τε καὶ Ἀριστοτελικήν· ἀλλ' ὅσα εἴρηται παρ' ἑκάστῃ τῶν αἱρέσεων τούτων καλῶς, δικαιοσύνην μετ' εὐσεβοῦς ἐπιστήμης ἐκδιδάσκοντα, τοῦτο σύμπαν τὸ ἐκλεκτικὸν φιλοσοφίαν φημί· ὅσα δὲ ἀνθρωπίνων λογισμῶν ἀποτεμόμενοι παρεχάραξαν, ταῦτα οὐκ ἄν ποτε θεῖα εἴποιμ' ἄν.* Philofophia autem five Platonica five eclectica (id quod jam e locis laudatis intelligitur) ad probandam aliquam fententiam uti Clemens haudquaquam voluit; fcripturam facram potius veri fontem agnovit. „Principium doctrinae," haec verba funt ipfius Str. VII, 16, 890, „habemus dominum, qui et per prophetas, et per evangelium et per beatos apoftolos multifariam multisque modis a principio ad finem deducit cognitionis. . Qui eft ex fe ipfo fidelis, ei merito fides habetur in dominica fcriptura et voce. . Ipfo autem tanquam criterio utimur ad res inveniendas" et qu. fq. *Ὁ πιστεύσας* (Str. II, 2, 433) *ταῖς γραφαῖς ταῖς θείαις, τὴν κρίσιν βεβαίαν ἔχων, ἀπόδειξιν ἀναντίῤῥητον, τὴν τοῦ τὰς γραφὰς δεδωρημένου φωνὴν λαμβάνει θεοῦ* (cf. Str. VII, 16, 891). Scriptura facra inftrumentum eft gnoftico (Str. VI, 11, 786), quo praeterita et futura perfcrutatur. „Quis autem eft (Str. V, 1, 646) adeo impius et a Deo alienus, ut Deo non credat et probationes a Deo poftulet, tanquam ab hominibus?" Quae fcriptura f. continetur, ea demum vera eft fapientia, quam hoc modo Str. VI, 7, 767 Clemens defcribit: *Τὴν δὲ σοφίαν, ἔμπεδον γνῶσιν, θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων κατάληψίν τινα βεβαίαν οὖσαν καὶ ἀμετάπτωτον, συνειληφυῖαν τά τε ὄντα, καὶ τὰ παρῳχηκότα, καὶ τὰ μέλλοντα· ἣν ἐδιδάξατο ἡμᾶς διά τε τῆς παρουσίας, διά τε τῶν προφητῶν ὁ κύριος· καὶ ἔστιν ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου παραδοθεῖσα.* Eandem, non humanam, divinam fapientiam fignificavit Clemens loco jam laudato Str. I, 7, 338; ipfam etiam philofophiam nominare non dubitat Str. II, 2, 430 (*ἡμῖν οὖν βάρβαρος φιλοσοφία, ἣν μεθέπομεν ἡμεῖς, τελεία τῷ ὄντι καὶ ἀληθής*) et Str. VI, 7, 767. 8; dicit vero Str. I, 20, 376:

χωρίζεταί τε ἡ ἑλληνικὴ ἀλήθεια τῆς καθ' ἡμᾶς, εἰ καὶ τοῦ αὐτοῦ μετείληφεν ὀνόματος, καὶ μεγέθει γνώσεως, καὶ ἀποδείξει κυριωτέρᾳ, καὶ θείᾳ δυνάμει, καὶ τοῖς ὁμοίοις, ac ſapientiae chriſtianae ancillam eſſe dicit humanam philoſophiam ib. c. 5. p. 333 (κυρία ἡ σοφία τῆς φιλοσοφίας) allegoriaque hoc dictum illuſtrat. Nunc, ait Cohort. c. 11. p. 86, „cum ipſum Verbum ad nos venerit coelitus, non ſunt nobis amplius frequentandae hominum ſcholae, nec Athenae reliquave Graecia, aut etiam Ionia ſtudiorum cauſa adeundae. Nam ſi hoc utamur magiſtro, qui ſanctis virtutibus, opificio, ſalute, beneficio, legislatione, vaticinio, doctrina complevit omnia: nulla eſt doctrina, quam is non tradit, ipſique univerſus jam orbis terrarum Athenae atque Graecia factus eſt" (eſt enim, ait ib. c. 9. p. 72, ὁ λόγος φῶς κοινὸν, ἐπιλάμπει πᾶσιν ἀνθρώποις). Accedit res graviſſimi momenti, quod quidem Clemens, ſi, quod ſaepiſſime ſit, Platonis doctrinam laudat, non eam laudat per ſe, ſed propterea quod ex ſcriptura ſacra (ex illa quidem ejus verſione graeca, quam — ſecundum probabilem ſententiam Ariſtobuli — jam ante Alexandrinam exſtitiſſe ſignificat Clemens Str. I, 22, 411) Plato omnem ſuam ſapientiam hauſerit (ὁ ἐξ Ἑβραίων φιλόσοφος Πλάτων Str. I, 1, 321). Sic vitae poſt mortem juſtos manſurae ſpem e libris ſacris Hebraeorum Plato ſumpſiſſe dicitur Str. I, 19, 373; ἐκ τῶν Μωσέως τὰ περὶ τὴν νομοθεσίαν ὠφεληθεὶς nominatur ib. c. 25. p. 419; mundi creationem, uti a Moſe eam acceperat, fertur tradidiſſe Str. V, 14, 701, atque ibid. p. 710 etiam de patre, filio et ſpiritu ſancto Platonis qualemcunque doctrinam hebraeo ex fonte Clemens derivat. Neque vero Plato ſolum, ſed univerſe graeci philoſophi ſapientiam ſuam ex ſ. ſ. hauſiſſe feruntur (omnium enim vetuſtiſſimam eſſe Hebraeorum philoſophiam ait Clemens Str. I, 21, 378) Str. II, 5, 439 (πάντα τοίνυν τὰ προειρημένα φαίνεται παρὰ Μωσέως τοῦ μεγάλου ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας διαδεδόσθαι δόγματα) et ib. c. 18. p. 469 („Clarum eſt ergo, omnes quoque alias virtutes, quae ſcriptae ſunt apud Moſem, praebuiſſe Graecis principium totius loci moralis, fortitudinem dico et temperantiam, et prudentiam et juſtitiam et tolerantiam etiam, et patientiam et modeſtiam et honeſtatem et continentiam, et

quae eas ſuperat pietatem"). Quam opinionem adeo ſibi perſuaſam Clemens habet, ut pluribus locis philoſophos graecos fures eſſe demonſtret (Str. I, 17, 369: „In hoc autem latrones et fures fuerint Graecorum philoſophi, quod cum ante domini adventum a prophetis hebraeis quasdam partes veritatis ſumpſerint, id minime agnoſcentes, ſibi tanquam propria dogmata attribuerunt, et alia quidem adulterarunt, alia autem ſupervacanea quadam diligentia imperite ac ſophiſtarum more interpolarunt, alia etiam invenerunt;" Str. II, 1, 428 ſqq.: „Deinceps autem fuerit nitendum, quoniam barbarae (ſ. e. hebraeae potiſſimum) philoſophiae fures ſcriptura Graecos eſſe dixit, ut hoc paucis oſtendatur. Non ſolum enim illa miracula, quae hominum opinionem ſuperant, e ſcriptis noſtris in ſua illos transtuliſſe; ſed etiam principalia ipſorum dogmata inde ſumpta . . atque ab ipſis adulterata eſſe oſtendemus, tum in illis, quae ad fidem, tum etiam in his, quae ad ſapientiam, cognitionem et ſcientiam itemque ad ſpem et caritatem, ut ad poenitentiam et continentiam, quin etiam ad Dei timorem pertinent;" Str. VI, 2, 737).

Neque tamen ſola Clemens nitebatur ſcriptura ſacra, eaque tum Veteris, tum Novi T. („Fides enim eſt ex propriis teſtamentis, vel potius ex teſtamento, quod eſt unum diverſis temporibus" Str. VII, 17, 899), verum etiam traditione eccleſiaſtica. *Ἄνθρωπος εἶναι τοῦ θεοῦ,* Clemens dicit Str. VII, 16. p. 890, *καὶ πιστὸς τῷ κυρίῳ διαμένειν ἀπολώλεκεν, ὁ ἀναλακτίσας τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν καὶ ἀποσκιρτήσας εἰς δόξας αἱρέσεων ἀνθρωπίνων.* Haec traditio (vera ſcilicet, nam „qui impios attingunt ſermones aliisque tradunt, neque verbis divinis recte, ſed perverſe utuntur, neque ipſi in regnum coelorum ingrediuntur, neque eos, quos deceperunt, ſinunt aſſeqni veritatem. Sed nec ipſi introitus clavem habentes, ſed falſam quandam, et, ut dicit conſuetudo, *ἀντικλεῖδα,* averſam clavem, per quam, non relaxato velo, ut nos ingredimur per domini traditionem, ſed exciſo oſtio et muro eccleſiae clam perfoſſo veritatem transgredientes, efficiuntur principes ac duces myſteriorum animae impiorum." Str. VII, 17, 897), alibi *κανὼν ἐκκλησιαστικὸς* (Str. VI, 15, 803; VII, 15, 887), tum rectam ſcripturae ſ. ſen-

tentiam et legis prophetarumque cum Novo Test. consensum nos docet (Str. VI, 15, 803), tum haereticos a vero doctrina aberrasse ostendit (Str. VII, 17, 899 sq.). Nota igitur sit (id quod ex superioribus, et potissimum ex Str. VII, 16 l. l. sequitur) haec traditio ecclesiastica necesse est omnibus Christianis, probeque iccireo discernenda est a gnostica quadam traditione, de qua infra agemus.

Fundamentum itaque, hoc nunc constabit, doctrinae Clementinae erat scriptura sacra una cum ecclesiastica traditione. Neque tamen recte de illa doctrina judicare poterimus, usque dum philosophiae, fidei gnoseosque notiones, quae ubique apud Clementem obviam nobis fiunt, enucleatas mutuamque earum rationem compertam habeamus. Est hac de re liber scriptus: De fidei gnoseosque ideae, qua ad se invicem atque ad philosophiam referatur, ratione, secundum mentem Clementis Alex., Heidelberg. 1811, cujus inspiciendi copiam mihi dari non potuisse vehementer doleo.

Nemo illius aevi vir aeque ac Clemens graecis literis excultus graecaque philosophia imbutus erat. Idem autem si scripturam sacram veri fontem habuit, cogitari vix potest, qua alia via ad eam pervenerit, quam ope philosophiae — potissimum eclecticae. — Neque haec sententia ipsius testimoniis destituta est. Haec enim habet: Str. I, 1, 326: „Alii philosophiam cum maximo malo et ad hominum perniciem venisse in vitam existimant, ut quae profecta sit a maligno aliquo inventore. Ego autem .. in his totis ostendam libris, *ἀμηγέπη θείας ἔργον προνοίας καὶ φιλοσοφίαν·* porro ib. c. 5. p. 331: „Atque erat quidem ante domini adventum philosophia Graecis necessaria ad justitiam; *νυνὶ δὲ χρησίμη πρὸς θεοσέβειαν γίνεται, προπαιδεία τις οὖσα τοῖς τὴν πίστιν δι' ἀποδείξεως καρπουμένοις. . .* Si quae bona sunt, ad Dei providentiam referas, sive graeca sunt, sive nostra. Omnium enim bonorum Deus est causa; sed aliorum quidem principaliter (*κατὰ προηγούμενον*), ut Testamenti V. et N., aliorum autem per consequentiam (*κατ' ἐπακολούθημα*), sicut philosophiae. Quam tamen verisimile est ipsum Graecis per se dedisse, priusquam dominus Graecos quoque vocasset. Nam ipsa quoque Graecos paedagogi more docebat, sicut lex He-

braeos, ad Christum. *Προπαρασκευάζει τοίνυν ἡ φιλοσοφία, προοδοποιοῦσα τὸν ὑπὸ Χριστοῦ τελειούμενον*" (cf. ib. p. 335: *φαμὲν τὴν φιλοσοφίαν ζήτησιν ἔχειν περὶ ἀληθείας καὶ τῆς τῶν ὄντων φύσεως*); cap. 9. p. 341. 2 eos, qui sine philosophia ad fidem pervenire volunt, eis comparat, qui, cum nullam vitis curam gesserint, velint ab initio statim uvas accipere: *χρηστομαθῆ*, pergit, *φημὶ τὸν πάντα ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν ἀναφέροντα, ὥςτε καὶ ἀπὸ γεωμετρίας καὶ μουσικῆς, καὶ ἀπὸ γραμματικῆς καὶ φιλοσοφίας αὐτῆς δρεπόμενον τὸ χρήσιμον, ἀνεπιβούλευτον φυλάσσειν τὴν πίστιν.* Tum c. 16. p. 366: *Εἰ μὲν*, ait, *μὴ καταλαμβάνει ἡ ἑλληνικὴ φιλοσοφία τὸ μέγεθος τῆς ἀληθείας, ἔτι δὲ ἐξασθενεῖ πράττειν τὰς κυριακὰς ἐντολάς, ἀλλ' οὖν γε προκατασκευάζει τὴν ὁδὸν τῇ βασιλικωτάτῃ διδασκαλίᾳ, ἀμηγέπῃ σωφρονίζουσα, καὶ τὸ ἦθος προτυποῦσα, καὶ προστύφουσα εἰς παραδοχὴν τῆς ἀληθείας τὴν πρόνοιαν δοξάζοντα.* Accedit cap. 20. p. 375, ubi Clemens largitur, philosophiam saepe argumentis uti ad fidem faciendam aptis („Etiam philosophia confert ad comprehendendam veritatem, cum sit inquisitio veritatis, non quod sit causa comprehensionis, sed causa cum aliis et cooperatrix, et forte etiam causa concausans —. *τὸ συναίτιον αἴτιον* —. Quemadmodum autem cum beatitudo unum sit, ejus causae sunt plures virtutes; et quemadmodum ut quis calefiat, efficiunt et sol et ignis et balneum et vestis; ita cum sit una veritas, multa sunt, quae conferunt ad ejus inquisitionem, inveniri autem sine filii auxilio non potest."): Simili ratione ib. p. 377 philosophia comparatur cum primo et secundo gradu ei, qui ascendit *εἰς τὸ ὑπερῷον.* Praeterea Str. VI, 17, 820 haec dicit: „Extrinsecus philosophia populi est tanquam vestis. Philosophi ergo, qui ad proprium sensum spiritu sensili exercitati, postquam non partem philosophiae, sed eam quae est per se absolute philosophia, curiose indagaverint, cum quodam amore veritatis et citra ullam arrogantiam veritati ferentes testimonium, et ex iis, quae apud eos, qui sunt diversae opinionis, recte dicta sunt, profecerint ad intelligentiam, per divinam administrationem et ineffabilem bonitatem, quae semper, quantum fieri potest, ad id quod est melius adducit eorum, quae sunt, naturam; deinde non

ſolum cum Graecis, ſed etiam cum barbaris habuerint conſuetudinem, a communi ad propriam intelligentiam exercitatione ducuntur ad fidem; tanquam fundamento autem ſuscepta veritate acquirunt etiam ulteriorem potentiam progrediendi ad inquirendum, et exhinc eis quidem gratum eſt diſcere, cupientes autem cognitionem magno ſtudio contendunt ad ſalutem;" ib. p. 821: „Qui ergo dicunt philoſophiam non venire huc a Deo, videntur omnino dicere, fieri non poſſe, ut Deus videat omnia ſingularia, neque eum eſſe cauſam bonorum omnium, ſiquidem unumquodque eorum ſit ex ſingularibus; verum nihil ex iis, quae ſunt, omnino conſtitit nolente Deo; quodſi eo volente, tum eſt a Deo philoſophia, cum talem eſſe, qualis eſt, eſſe ipſam voluerit propter eos, qui non alia ratione abstinerent a malis," et p. 823: „Merito igitur Judaeis lex, Graecis autem data eſt philoſophia usque ad adventum; ex eo autem tempore univerſalis eſt vocatio ad peculiarem populum juſtitiae, per eam quae eſt ex fide doctrinam, per unum congregante domino, qui eſt unus ſolus Deus amborum, Graecorum ſcilicet et barbarorum, vel potius totius humani generis. Philoſophiam autem ſaepe diximus id quod per philoſophiam aſſequitur veritatem, etiamſi partiale tantum." Denique memoratu digniſſimus eſt locus Str. VII, 3, 839: *Φιλοσοφία ἡ ἑλληνικὴ οἷον προκαθαίρει καὶ προεθίζει τὴν ψυχὴν εἰς παραδοχὴν πίστεως.* Cf. quoque Str. VI, 5, 761; 8, 771. Philoſophia igitur (quippe quae veritatem deſiderare nos doceat) de Clementis ſententia viam munit ad fidem acceſſuro.

Fidem Clemente judice habet is, cui ad verum indagandum divina auctoritate opus eſt, quique hanc ſcripturae ſacrae tribuit ſummamque eorum, quae libri ſacri cum traditione eccleſiaſtica docent, credendorum regulam ponit. Nos breviter hujusmodi fidem nominamus objectivam. Quoties hanc fidem (quam quidem non per ſe conſiderat, ſed tanquam iis propriam hominibus, qui, quippe philoſophico ingenio vel carentes vel non utentes, altiores de ea disquiſitiones repudient), quoties igitur hanc fidem Clemens intelligit (praecipuos autem, quibus aliter de fide ſentire videtur, locos infra tractabimus, ubi de conditionibus agemus, quibus ſalutem per Chriſtum repa-

ratam amplecti hominibus liceat), probe ab ea discernit *γνῶσιν* (opponit vero *τῇ τῶν ψευδωνύμων ἀνοσίῳ γνώσει* eum, qui est *τῷ ὄντι κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα γνωστικὸς* Str. VII, 7, 854. 5; II, 11, 457), ductus scripturae f. locis, quos in suam sententiam interpretatur, v. c. Ps. CXIX, 66 Str. VII, 7, 852; Proverb. XXX, 3 Str. II, 17, 469; 1 Cor. VI, 1. 2 Str. VII, 14, 883 sqq.; 1 Cor. II, 5 sqq. et IX, 10. 14 Str. V, 4, 659; 1 Cor. VIII, 7 Str. IV, 15, 606; Col. II, 8 et Hebr. V, 12 Str. VI, 8, 771, multis aliis. Esse quidem gnosis non potest, ubi non est fides; ut autem fides perfecta fiat, gnosis ea fiat necesse est. Gnosticus enim intimo ex animo ea intelligit, quae fidelis auctoritati credit, atque etiam supplere ea et amplificare valet. Gnosticus demum vere est Christianus, quippe qui non modo nequeat fidem Christo non habere, sed etiam christiane non vivere non possit. Proficisci igitur licet quidem a philosophia, quae viam munit fidei; sed ne in fide quidem consistendum, sed pergendum ad gnosin. Gnosis autem Clementis a nostra subjectiva fide procul non abest, hoc tamen discrimine, ut Clemens in constituenda gnoseos notione humanis suis nimis indulserit opinionibus, istamque fidem subjectivam effici dixerit praecipue etiam m e d i t a t i o n e quadam philosophica.

Jamvero talem, qualem breviter jam antea descripsimus, a Clemente fidem gnosinque intelligi, ipsius dicta luculenter confirmant. Primum eos tractabimus locos, ubi de utraque sermo est, quippe qui de ratione, quae fidem inter et gnosin ex Clementis mente obtineat, optime nos erudiant. Ait Clemens Str. II, 4, 436: *Πιστὴ* (fortasse *πειστὴ*) *τοίνυν ἡ γνῶσις· γνωστὴ δὲ ἡ πίστις, θείᾳ τινὶ ἀκολουθίᾳ τε καὶ ἀντακολουθίᾳ γίνεται.* Str. II, 6, 445: *Στοιχείων γοῦν τῆς γνώσεως τῶν προειρημένων ἀρετῶν, στοιχειωδεστέραν εἶναι συμβέβηκε τὴν πίστιν, οὕτως ἀναγκαίαν τῷ γνωστικῷ ὑπάρχουσαν, ὡς τῷ κατὰ τὸν κόσμον τόνδε βιοῦντι πρὸς τὸ ζῆν τὸ ἀναπνεῖν. ὡς δ' ἄνευ τῶν τεσσάρων στοιχείων οὐκ ἔστι ζῆν, οὐδ' ἄνευ πίστεως γνῶσιν ἐπακολουθῆσαι. αὕτη τοίνυν κρηπὶς ἀληθείας.* Ib. c. 11. p. 456: *Πέπηγεν οὖν τῇ πίστει ὁ γνωστικός.* Str. V, 1, 643: *Οὔτε ἡ γνῶσις ἄνευ πίστεως, οὔθ' ἡ πίστις ἄνευ γνώσεως.* Ib. p. 646: *Τὴν μὲν γὰρ μετὰ*

πίστεως συνιοῦσαν ζήτησιν, ἐποικοδομοῦσαν τῷ θεμελίῳ τῆς πίστεως τὴν μεγαλοπρεπῆ τῆς ἀληθείας γνῶσιν ἀρίστην ἴσμεν. Ib. c. 4. p. 659: Αὐτίκα ὁ ἀπόστολος πρὸς ἀντιδιαστολὴν γνωστικῆς τελειότητος τὴν κοινὴν πίστιν πῇ μὲν θεμέλιον λέγει, πῇ δὲ γάλα (1 Cor. III, 1—3). Str. VI, 1, 736: Φθάσας δὲ ὁ παιδαγωγὸς ἡμῖν ἐν τρισὶ διαιρούμενος βίβλοις, τὴν ἐκ παίδων ἀγωγήν τε καὶ τροφὴν παρέστησεν, τουτέστιν ἐκ κατηχήσεως συναύξουσαν τῇ πίστει πολιτείαν, καὶ προπαρασκευάζουσαν τοῖς εἰς ἄνδρας ἐγγραφομένοις ἐνάρετον τὴν ψυχὴν εἰς ἐπιστήμης γνωστικῆς παραδοχήν. Ib. c. 14. p. 794: Πλέον δέ ἐστι τοῦ πιστεῦσαι τὸ γνῶναι. Str. VII, 3, 839: Φιλοσοφία δὲ ἡ ἑλληνικὴ οἷον προκαθαίρει καὶ προεθίζει τὴν ψυχὴν εἰς παραδοχὴν πίστεως· ἐφ' ᾗ τὴν γνῶσιν ἐποικοδομεῖ ἡ ἀλήθεια. Ib. c. 10. p. 864—866: "Ἐστιν γὰρ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡ γνῶσις τελείωσίς τις ἀνθρώπου ὡς ἀνθρώπου διὰ τῆς τῶν θείων ἐπιστήμης συμπληρουμένη. . Διὰ ταύτης γὰρ τελειοῦται ἡ πίστις, ὡς τελείου τοῦ πιστοῦ ταύτῃ μόνως γιγνομένου. Πίστις μὲν οὖν ἐνδιάθετόν τί ἐστιν ἀγαθὸν, καὶ ἄνευ τοῦ ζητεῖν τὸν θεὸν ὁμολογοῦσα εἶναι τοῦτον καὶ δοξάζουσα ὡς ὄντα . . . πλὴν ἀλλὰ τὸ μὴ διστάσαι περὶ θεοῦ, πιστεῦσαι δὲ θεμέλιος γνώσεως. ἄμφω δὲ ὁ Χριστὸς, ὅ τε θεμέλιος, ἥ τε ἐποικοδομή . . ἡ γνῶσις δὲ ἐκ παραδόσεως διαδιδομένη κατὰ χάριν θεοῦ . . . εἴρηται γὰρ (Luc. XIX, 26) τῷ ἔχοντι προςτεθήσεται· τῇ μὲν πίστει ἡ γνῶσις· τῇ δὲ γνώσει ἡ ἀγάπη· τῇ ἀγάπῃ δὲ ἡ κληρονομία . . ἡ μέν οὖν πίστις σύντομός ἐστιν, ὡς εἰπεῖν, τῶν κατεπειγόντων γνῶσις· ἡ γνῶσις δὲ ἀπόδειξις τῶν διὰ πίστεως παρειλημμένων ἰσχυρὰ καὶ βέβαιος, διὰ τῆς κυριακῆς διδασκαλίας ἐποικοδομουμένη τῇ πίστει, εἰς τὸ ἀμετάπτωτον καὶ μετ' ἐπιστήμης καὶ καταληπτὸν παραπέμπουσα („Fides eſt brevis et compendioſa eorum, quae neceſſaria ſunt, cognitio; cognitio autem eſt firma ac ſtabilis demonſtratio eorum, quae aſſumpta ſunt per fidem, quae per doctrinam domini ſuper fidem aedificatur, quae transmittit ad infallibilitatem et ſcientiam et per-

factam comprehensionem"). Ib. c. 12. p. 878: *Πίστις μὲν γὰρ ἐν τῷ τὰ αὐτὰ αἱρεῖσθαι· γνῶσις δὲ ἐν τῷ τὰ αὐτὰ μεμαθηκέναι καὶ φρονεῖν.* Ib. c. 13. p. 883 exposita gnostica virtute: *Ἰστέον δὲ, ὅτι ἐὰν ἓν τούτων ὁ πιστὸς ᾖ καὶ δεύτερον κατορθώσῃ, ἀλλ' οὔτε γε ἐν πᾶσιν, ἀλλ' οὐδὲ μὴν μετ' ἐπιστήμης τῆς ἄκρας, καθάπερ ὁ γνωστικός.* Quare etiam in vita aeterna gnosticus splendidioribus, quam fidelis, praemiis afficietur (Str. IV, 17, 615: „Merito ergo diversa etiam sunt horum praemia; gnostico quidem parata sunt, quae nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in animum hominis ascenderunt; ei autem, qui tantummodo credidit, concedit suo testimonio centum partibus plura, quam ea essent, quae reliquit").

Jam illustrabimus fidei gnoseosque notiones nonnullis a Clemente separatim dictis primum de fide, dein (fusius) de gnosi. De fide per se considerata haec habet: Str. I, 20, 377 („Est autem per se perfecta et nullius indiga servatoris doctrina, cum sit Dei virtus et sapientia; accedens autem graeca philosophia veritatem non facit potentiorem; sed cum debiles efficiat sophistarum adversus eam argumentationes, et propulset dolosas adversus veritatem insidias, dicta est vineae apta sepes et vallus;") *καὶ ἡ μὲν, ὡς ἄρτος, ἀναγκαία πρὸς τὸ ζῆν, ἡ κατὰ τὴν πίστιν ἀλήθεια· ἡ προπαιδεία δὲ προσοψήματι ἔοικεν καὶ τραγήματι* (obsonio et bellariis). Str. II, 2, 432: *Πίστις δὲ, ἣν διαβάλλουσι κενὴν καὶ βάρβαρον νομίζοντες Ἕλληνες, πρόληψις ἑκούσιός ἐστι, θεοσεβείας συγκατάθεσις* et qu. sq. (Hebr. XI, 1). Ib. c. 4. p. 435: *Ἡ πίστις δὲ χάρις ἐξ ἀναποδείκτων, εἰς τὸ καθόλου ἀναβιβάζουσα τὸ ἁπλοῦν, ὃ οὔτε σὺν ὕλῃ ἐστὶν, οὔτε ὕλη, οὔτε ὑπὸ ὕλης.* Ib. p. 436: *Κυριώτερον οὖν τῆς ἐπιστήμης ἡ πίστις καὶ ἔστιν αὐτῆς κριτήριον· ὑποκρίνεται δὲ τὴν πίστιν ἡ εἰκασία, ἀσθενὴς οὖσα ὑπόληψις· καθάπερ ὁ κόλαξ τὸν φίλον καὶ ὁ λύκος τὸν κύνα.* Ib. c. 6. p. 445: „Non est fides merito temere reprehendenda, ut et facilis et vulgaris, et quae sit quorumlibet. Si humanum enim esset inventum, ut existimabant Graeci, etiam exstinctum esset. Sin autem augetur, non est ubi non est. Dico ergo fidem .... esse divinum aliquid." Str. V, 1, 650: *Τὴν πίστιν τοίνυν οὐκ ἀργὴν καὶ μόνην,*

ἀλλὰ σὺν ζητήσει (ita ut ea gnosis fiat) δεῖν προφαίνειν φαμέν.

Pergamus ad illustrandam gnoseos notionem. Gnosticus, quae libri sacri nos docent, ea non modo credit, sed etiam funditus intelligit (*γνῶσις δὲ ἐπιστήμη τοῦ ὄντος αὐτοῦ ἢ ἐπιστήμη σύμφωνος τοῖς γινομένοις* Str. II, 17, 468), non accipit inexplorata Dei dona, sed ita rationi suae habet ea commendata, ut non credere nequeat; non mortuae literae affixus haeret, sed spiritu scripturae sacrae duce quaecunque ad fidem humanamque salutem pertinent, ea perscrutari atque e diserte dictis arcana derivare valet (*οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς ἀπ' αὐτῶν περὶ αὐτῶν τῶν γραφῶν τελείως ἀποδεικνύντες ἐκ πίστεως πειθόμεθα ἀποδεικτικῶς* Str. VII, 16, 891). Itaque ὁ *τῆς παντοδαπῆς σοφίας ἔμπειρος, οὗτος κυρίως ἂν εἴη γνωστικός*. (Str. I, 13, 350). Neque vero is jam gnosticus est, qui sapit, sed is demum, qui sapientiam suam, i. e. doctrinam christianam philosophice intellectam, ita in succum et sanguinem vertit, ut imaginem a Christo propositam semper ante oculos habeat Christumque pie agendo celebrare vehementissime studeat. *Τέλος γάρ*, ait noster Str. VII, 16, 895, *οἶμαι τοῦ γνωστικοῦ τό γε ἐνταῦθα διττόν· ἐφ' ὧν μὲν ἡ θεωρία ἡ ἐπιστημονική· ἐφ' ὧν δὲ ἡ πρᾶξις*. De duplici hac gnosi unita vere christiana (judice Clementi, cui apostoli sunt *τῷ ὄντι γνωστικοὶ* Str. IV, 9, 597) ipsum Clementem audiemus, ac primum quidem de gnosi quae dicitur theoretica. Str. II, 11, 457: „Age," ait, „si dominus est veritas, et sapientia ac virtus Dei, sicut est, patet, *ὅτι τῷ ὄντι γνωστικὸς ὁ τοῦτον ἐγνωκὼς καὶ τὸν πατέρα τὸν αὐτοῦ δι' αὐτοῦ.*" Str. III, 5, 531: „Gnosis est ex fructu et vitae institutione, non ex sermone et flore. Neque enim nudum sermonem dicimus esse gnosin, sed quandam divinam scientiam et lucem illam, quae innata animae ex praeceptorum obedientia omnia, quae per generationem oriuntur, manifesta facit et hominem instruit, ut seipsum cognoscat et qua ratione compos fieri possit, edocet. Quod enim oculus est in corpore, hoc est in mente, gnosis." Str. IV, 22, 625: *Ὁ δὴ συνιὼν καὶ διορατικὸς οὗτός ἐστιν ὁ γνωστικός*. Ib. p. 626: „Alicujus usus gratia . . . sam, quae circa Deum versatur, desiderare scientiam, non

rvenit gnostico; verum ei pro causa comtemplationis sufficit a gnosis. Ausim enim dicere, non eo quod velit salvus e, eum electurum gnosin, qui persequitur gnosin propter am divinam scientiam. Intelligentia enim continua exeratione fit perpetua intelligentia. Semper autem intelligere, entia (οὐσία) est gnostici, per temperationem quandam nulintervallis interruptam instituta, et perpetua contemplatio net viva substantia. Si quis igitur per hypothesin gnostico posuerit, utrum malit Dei cognitionem, an salutem aetern; sint autem ea separata, cum sint omnino conjuncta; nipenitus dubitans elegerit Dei cognitionem, propter se juans esse expetendam eam, quae fidem transscendit per catem ad gnosin, proprietatem." Str. V, 4, 659: „Spiritat et gnosticum novit (Paulus ap.) esse sancti spiritus discium, cui Deus suppeditat, quid sit Christi sensus." Str. 1, 736: „Nostra gnosis et hortus spiritalis est ipse noservator, in quem implantamur, transpositi et transforti in terram bonam ex vita veteri. Mutatio autem planonis confert ad fertilitatem et bonitatem fructuum. Lux autem dominus et vera gnosis, in quem sumus transpo-" Ib. p. 787: „Quae excellenter et praecipue nominatur sis, ex mente et ratione formam accipit et characterem, quam solae potestates rationis participes fiunt cognitiones ώσεις), quae iis, quae apprehenduntur intelligentia, per am animae operationem pure ac sincere applicantur." Str. 7, 768: „Philosophi apud nos quidem dicuntur, qui nt sapientiam, quae est omnium opifex et magistra, hoc filii Dei cognitionem." Ib. p. 771: „Si et ipsum Chrit dicimus sapientiam, et ejus operationem, eam quae er prophetas, per quam ediscitur traditio gnostica, ut ipse sens sanctos docuit apostolos: sapientia fuerit gnosis, ut sit scientia et comprehensio eorum quae sunt et futura et praeterita, stabilis et firma, ut quae a filio Dei sit ita et revelata. Atque si est sapientis finis contemo (ἡ θεωρία), tum eorum, qui sunt adhuc philosophi, mplatio divinam quidem appetit scientiam; nondum auassequitur, nisi per disciplinam acceperit vocem propha ipsi declaratam, per quam docetur, quomodo se habeant,

habuerint et habitura sint, quae sunt, quae futura sunt et prius fuerunt. Gnosis autem ipsa est, quae per successionem ad paucos ex apostolis absque scriptis tradita pervenit. Hinc ergo gnosis, seu sapientiam mavis dicere, exerceatur oportet, donec perveniat ad contemplationis habitum aeternum, in quem non cadit alteratio." Ib. c. 15. p. 799 sq.: „Insitio eas (oleas), quae erant inutiles, facit generosas, et quae erant steriles, cogit esse fertiles, arte agriculturae et scientia gnostica. Ajunt autem insitionem fieri quatuor modis: uno, quo inter lignum et corticem oportet eum adaptare qui inseverit, quo quidem modo catechismum suscipiunt, qui sunt ex gentibus idiotae, qui verbum accipiunt in superficie; altero, quando ligno fisso in ipsum plantam generosam immiserint, quod quidem accidit in iis, qui sunt philosophati. Eis enim dissectis dogmatibus ingeneratur agnitio veritatis; ita autem Judaeis quoque aperta veteri scriptura, nova et generosa planta oleae inseritur. Tertia insitio agrestes tangit et haereticos, qui vi trahuntur ad veritatem; nam cum utrumque surculum falce acuta deraserint, donec medullam quidem nudaverint, sed non ulceraverint, eas inter se vinciunt. Quartus modus insitionis est quae dicitur inoculatio; a generoso enim trunco circumciditur oculus, ita ut cum eo in orbem cortex circumscribatur, unius palmi magnitudine. Deinde aequaliter cum oculo circumscriptus eraditur truncus, et sic immittitur circumligatus et luto circumlitus, integro servato oculo et minime inquinato. Hoc est genius doctrinae gnosticae, quae res potest perspicere ipsas." Ib. c. 16. p. 816: *Ἀλλοτρία δὲ τοῦ γνωστικοῦ ἡ ψευδὴς δόξα, ὥςπερ ἡ ἀληθὴς οἰκεία τε καὶ σύζυγος.* Ib. c. 18. p. 825: *Ἡ τῷ ὄντι ἐπιστήμη, ἣν φαμὲν μόνον ἔχειν τὸν γνωστικὸν, κατάληψίς ἐστι βεβαία διὰ λόγων ἀληθῶν καὶ βεβαίων ἐπὶ τὴν τῆς αἰτίας γνῶσιν ἀνάγουσα.* „Eorum enim (Str. VII, 3, 838), quae intelligentia percipiuntur, cognitio et comprehensio jure dici potest stabilis scientia; cujus ea quidem pars, quae versatur in rebus divinis, hoc habet munus, ut consideret, quae sit prima caussa, quid vero sit, per quod facta sunt omnia, et sine quo factum est nihil; et quaenam sint ea, quae se habent ut penetrantia, quae ut continentia, et quae sint conjuncta, quae

...juncta, et quemnam habeat ordinem unumquodque eorum, et quas vires, et quod ministerium afferat unumquodque. Et rursus in rebus humanis quid sit ipse homo, et quid ...t ei secundum et praeter naturam, et quemadmodum eum ...gere vel pati oporteat, et quaenam sint ejus virtutes et quae...am vitia, et de bonis et malis et mediis; tum quaecunque de ...rtitudine, de prudentia et temperantia, et de ea, quae est ...pra omnes omni ex parte perfecta virtus, justitia, tractari ...lent." Str. VII, 11, 867: „Is enim (gnosticus) universa ...ere et magnifice percepit, ut qui divinam acceperit doctri...am." Ib. c. 14. p. 886: *Ὡς γὰρ τέλειόν φαμεν ἰατρὸν, καὶ ...λειον φιλόσοφον, οὕτως οἶμαι καὶ τέλειον γνωστικόν.* ...audet ita quidem gnosticus scientia divina; haudquaquam ...men (id quod jam ex superioribus intelligi potest) com...rata gnosi repudiat literas humanas. „Praecipua," ...t Clemens Str. VI, 10, 779 sqq., „ei est omnium rerum cog...tio. Per consequentiam igitur iis quoque attendit, quae ...ercent ad gnosin, sumens ex unaquaque disciplina id quod ...nfert ad veritatem. E musica ergo persequens proportio...em, quae est in iis, quae sunt apte composita; in arithme...a annotans augmenta et decrementa numerorum et relatio...s inter se invicem, et quod pleraeque res subjectae sint pro...rtioni numerorum; et geometricam ipsam essentiam in se ...fa contemplans eique se assuefaciens aliquod continuum in...lligentia percipit spatium, et immutabilem essentiam, quae ...t a corporibus hisce diversa. Et rursus ab astronomia a terra ...ente elevatus cnm coelo in sublime tolletur, et simul cum ...rorum conversione circumagetur, semper considerans divina ...eam quam inter se invicem habent consensionem, a quibus ...ductus Abrahamus ascendit ad cognitionem ejus, qui creave...t. Quinetiam dialectica utetur gnosticus, annotans divisio...m generum in species, et admittet eorum, quae sunt, di...nctionem, donec attigerit prima et simplicia... Neque vero ...his tanquam virtutibus utatur gnosticus, habebit disciplina...m multarum cognitionem, sed utens tanquam adjutricibus ...communibus et propriis discernendis admittet veritatem. ...riter ib. c. 18. p. 824: „Gnosticus noster," inquit, „sem...r versatur in iis, quae sunt praecipua. Sed si quando ipsi est

otium et tempus relaxandi animi ab iis, quae funt praecipua, loco alterius recreationis graecam quoque attingit philofophiam, veluti bellarium aliquod ad coenam illaturus, non ut qui neglexerit praeftantiora, fed ut qui acceperit quantum decet, idque propter eas, quas dixi, caufas. Qui autem in philofophia appetiverunt ea, quae non funt neceffaria, fed fupervacanea, et folum contentiofis vacant fophismatis, discedunt ab iis, quae funt neceffaria et praecipua, rationum plane umbras perfequentes. Ac bonum quidem eft fcire omnia; cui autem imbecillus eft animus ad multarum difciplinarum fuscipiendam peritiam, ea fola eliget, quae funt praecipua et meliora."

Gnofis Clementis practica efficit et fanctos et fanctitate beatos (fanctitatis gnofticae fingula fpecimina accuratius tractabimus in Clementis ethica; h. l. tantum modo praebebimus, quantum ad integram notionem gnoftici illuftrandam fufficiat). Str. II, 10, 453: „Haec tria," inquit nofter, „fibi vindicat philofophus; primum quidem contemplationem (τῆς θεωρίας fc. ἀντέχεται), fecundo praeceptorum executionem (τῆς τῶν ἐντολῶν ἐπιτελέσεως), tertio bonorum virorum conftitutionem. Quae cum convenerint, efficiunt virum gnofticum." Ib. c. 17. p. 469: „Gnoftici et voluntas et judicium et exercitatio eft eadem. Si funt enim eaedem animi propofitiones, eadem quoque erunt et dogmata et judicia, ut et verba et vita et mores fint ejus inftituto confentanea." Ib. c. 18. p. 470: Ὁ μίαν ἔχων ἀρετὴν γνωστικῶς, πάσας ἔχει διὰ τὴν ἀντακολουθίαν. Ib. c. 19. p. 480: „Hic eft, qui ad imaginem et fimilitudinem Dei eft gnofticus, qui Deum imitatur quoad ejus fieri poteft, nihil praetermittens eorum, quae faciunt ad conciliandam, quatenus fieri poteft, fimilitudinem, continens, fuftinens, jufte vivens, imperans animi perturbationibus, ea, quae habet, impertiens, pro viribus benefaciens, et verbo et opere." Ib. c. 20. p. 494: Τοὺς ἡδονῆς κρείττονας, τοὺς τῶν παθῶν διαφέροντας, τοὺς ἕκαστον ὧν πράσσουσιν ἐπισταμένους, τοὺς γνωστικοὺς, τοὺς τοῦ κόσμου μείζονας. Str. IV, 7, 587: „Gnofticus igitur nunquam finem habebit pofitum in anima, fed in eo, ut fit femper felix et beatus, et regius Dei amicus; et licet quis ei inurat ignominiam eumque

et exilio et publicatione facultatum et postremo morte afficiat, nunquam avelletur a libertate et praecipua in Deum caritate... Primus ergo gradus corporis (— *βαθμὸς τοῦ σώματος* — *τοῦ σώματος* procul dubio mendose; Herveto placuit *τῆς γνώσεως*, Pottero *τῆς σωτηρίας*; fortasse legendum *τῆς σοφίας*) est doctrina cum timore, per quam abstinemus ab injuria; secundus est spes, per quam desideramus quae sunt optima; perficit autem, ut est consentaneum, caritas, quae jam gnostice docet." Str. VII, 3, 837: „Servator est revera unigenitus et omnium regis et omnipotentis patris gloriae figura, quae gnostico imprimit perfectam contemplationem ad sui imaginem, ut sit jam tertia divina imago, quae, quoad ejus fieri potest, assimilatur causae secundae eique, qui est revera vita, per quam veram vitam vivimus." *Συγγενὲς τῷ γνωστικῷ ἠρεμία καὶ ἀνάπαυσις καὶ εἰρήνη* (Str. II, 11, 456). „Nec reprehensione, nec vulgi mala fama afficitur gnosticus, neque opinionibus subjicitur, neque assentationibus; et in sustinendis laboribus sive agit aliquid quod oportet, sive casus omnes fortiter superat, revera vir videtur inter alios homines. Et rursus conservans prudentiam, modeste ac temperate vivit in quiete animi, ea quae praecipiuntur excipit tanquam quae sibi conveniant; ea vero quae sunt turpia, ut aliena aversatur, et veluti mundus et supermundanus, ornate et decore se gerens, nec ullo modo delinquens. Maxime quidem dives, ex eo quod nihil concupiscat, ut qui paucis egeat et omnium bonorum abundet copia propter boni cognitionem" (Str. VII, 3, 838). Si omnes homines ad perfectionem (quae cernitur in cognitione et amore Dei Str. IV, 25, 634 sqq.) pervenire possunt, solus tamen gnosticus vere eo pervenit (Str. VI, 12, 788 sqq.). „Qui primum (Str. VI, 13, 792) suis passionibus moderatus est seque exercuit, ut impatibilis evaderet, et crevit ad beneficentiam gnosticae perfectionis, est hic quidem aequalis angelis; jam vero lucidus et tanquam sol resplendens per beneficentiam contendit justa cognitione per Dei dilectionem ad sanctam mansionem, sicut apostoli." „Hic est verus athleta (Str. VII, 3, 839), qui in magno stadio, nempe pulchro hoc mundo, coronatur, veram assequutus victoriam adversus omnes animi perturbationes. Nam et ago-

nótheta eft omnipotens Deus, et qui praemia distribuit eft unigenitus Dei filius; fpectatores autem funt angeli et dii, variumque et ex omni genere pugnae conftans certamen non eft adverfus carnem et fanguinem, fed adverfus fpiritales poteftates, quae per carnes operantur vehementes vitiorum et affectionum motus." Gnofticus folus (ex hominibus) eft fanctus (Str. IV, 25, 637; 26, 642; VII, 1, 829; 7, 855), cumque ἰσάγγελος gnofticus fit (Str. VI. p. 792 l. l.; VII, 14, 883), angelorum ipfi auxilio non amplius opus eft (ib. c. 13. p. 881); precatur una cum angelis (ib. c. 12. p. 879). Quinetiam ipfe eft Deus (Str. IV, 23, 632: τούτῳ δυνατὸν τῷ τρόπῳ τὸν γνωστικὸν γενέσθαι θεόν) *).

Ad hanc igitur fummam felicitatem (quam hominibus comparaturus tres fuos Clemens libros fcripfit, Cohortationem, qua ἤθη ethnica commutare cum chriftianis, Paedagogum, quo πράξεις impias convertere in pias, Stromata, quibus πάθη fuperare gnofi homines edoceret; vid. Paed. I, 1, 97 fq.; cf. Str. VI, 1, 736) pervenitur gnofi. Quae quidem conftat ex fide (materia) et meditatione quadam philofophica (forma). Fides nititur fcriptura facra et traditione ecclefiaftica; meditatio autem illa de Clementis fententia non folum eft mere humana, fed valde augetur difciplina quadam arcani, quam interdum nofter commemorat. Tribuit enim Clemens Jefu apoftolisque iis, qui ab eo myfteriis initiati erant (ὀλίγοι ἐκ τῶν ἀποστόλων Str. VI, 7, 771), oeconomicam docendi rationem, ex qua vulgo fimplicia praecepta intellectuque facilia, paucis vero electis involutā altiori fapientiā eoque fenfu arcanā quaedam dederint (cf. Str. I, 1, 323: Αὐτίκα οὐ πολλοῖς ἀπεκάλυψεν, ἃ μὴ πολλῶν ἦν, ὀλίγοις δὲ οἷς προςήκειν ἠπίστατο, τοῖς οἵοις τε ἐκδέξασθαι καὶ τυπωθῆναι πρὸς αὐτά· τὰ δὲ ἀπόῤῥητα, καθάπερ ὁ θεὸς, λόγῳ πι-

*) Quia folum gnofticum effe fanctum Clemens ftatuit, etiam in univerfum fanctos homines fieri Deos dixit; cf. Cohort. 11, 88. 89 — οὐρανίῳ διδασκαλίᾳ θεοποιῶν τὸν ἄνθρωπον —; Paed. I, 6, 113. 4; III, 1, 251; Str. II, 20, 494; VI, 14, 797, al. loc., quos citavit Potterus ad Coh. l. l.; cui loquendi modo anfam dedit fcriptura f., ubi homines Deos appellavit.

πιστεύεται, οὐ γράμματι. Cf. Str. VI, 15, 802 ſqq.). Hanc diſciplinam arcani, quam quidem ad doctrinae materiam pertinere nunquam dicit, potius ſua docendi ratione ad formam referre videtur, Clemens accepit a praeceptoribus; *ἀλλ' οἱ μὲν τὴν ἀληθῆ τῆς μακαρίας σώζοντες διδασκαλίας παράδοσιν* (quae h. l. non videtur intelligenda eccleſiaſtica et communis traditio, uti ea docent quae p. 323 leguntur; a nobis jam commemorata), *εὐθὺς ἀπὸ Πέτρου τε καὶ Ἰακώβου, Ἰωάννου τε καὶ Παύλου, τῶν ἁγίων ἀποστόλων, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενος· ὀλίγοι δὲ οἱ πατράσιν ὅμοιοι· ἧκον δὴ σὺν θεῷ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ προγονικὰ ἐκεῖνα καὶ ἀποστολικὰ καταθησόμενοι σπέρματα* (Str. I, 1, 322, quem Euſebius quoque locum laudat, ſed ex perdito Clementis libro, omittens Paulum, hiſt. eccl. II, 1). „Magnum autem eſt periculum, vere arcanam verae philoſophiae rationem iis propalare, qui profuſe quidem ac petulanter, ſed non jure volunt contra omnes dicere, omnia autem nomina ac verba turpiter et indecore ejaculantur, et ſe ipſos fallentes, et eorum, qui ſibi adhaerent, oculos praeſtringentes" (Str. I, 2, 327. 8). *Τὰ μὲν ἑκὼν*, Clemens ait Str. I, 1, 324, *παραπέμπομαι, ἐκλέγων ἐπιστημόνως, φοβούμενος γράφειν, ἃ καὶ λέγειν ἐφυλαξάμην· οὔ τί που φθονῶν· οὐ γὰρ θέμις. δεδιὼς δὲ ἄρα περὶ τῶν ἐντυγχανόντων, μή πῃ ἑτέρως σφαλεῖεν, καὶ παιδὶ μάχαιραν, ἤ φασιν οἱ παροιμιαζόμενοι, ὀρέγοντες εὑρεθῶμεν.* Haec enim doctrinae chriſtianae myſteria (de quibus etiam cfr. Str. V, 4, 656 ſq.; 9, 679 ſq.; 10, 682 ſq.) ſoli gnoſtico ſunt aperta; alius ea recte non capit (Str. I, 12, 348).

Hac ratione ſcripturae ſacrae et traditioni eccleſiaſticae ſyſtema ſuum Clemens ſuperſtruxit (ita argumentatus: Philoſophia eſt bona, fides eſt melior, fides autem cum philoſophia conjuncta i. e. gnoſis eſt optima), laudabili ea quidem illa ex parte, qua ſcientiam humanam divinae, philoſophiam fidei noſtrae ſubjecit, gnoſeosque verae indicium fidem (eamque virtute probandam) magis conſtituit, quam philoſophiam, propterea tamen vituperanda, quod ſimplicem fidem, etiamſi maxime nomine tantum, minoris Clemens aeſtimavit, quam fas eſt, eamque ſubjecit gnoſi, cum veri nominis gnoſis a vera fide nihilo differat, quodque ita exotericam quam dicunt eſotericamque

doctrinam (etsi potissimum formae solum, tamen) aliqua ratione (praesertim cum esotericae formam ab ipso Christo derivaverit) etiam materiae distinxit. (Accedit, quod, cum omnes Christiani debeant esse *πτωχοὶ τῷ πνεύματι*, Clemens haudquaquam satis prohibuerit, ne gnostici sui fierent *πλούσιοι*).

His praemissis convertamur ad singula Clementis dogmata adumbranda. Hauriendum quidem nobis praecipue erit ex Stromatis, quippe quae (ut ipse Clemens dicit) gnosticam disciplinam contineant; verum etiam ii Clementis libri, qui non sunt gnostice scripti, minime sunt negligendi. Licet enim non quivis homo christianus gnosticam intelligere queat sapientiam, gnosticus tamen totam fidem christianam tanquam suam agnoscit. Neque v. c. in Paedagogo aliam Clemens doctrinam protulit, quam in Stromatis, sed eandem, omissis vero illic, quantum id fieri potuerit, philosophicis demonstrationibus et definitionibus. (Fere idem jam hoc loco de usu Paedagogi ad describendam Clementis ethicam dictum esto; licet enim non quivis homo, quod gnostico praecipitur, peragere possit, tamen eorum, quae omnium sunt officia, omnino nihil a gnostico praetermitti debet.)

Bibliologia.

De inspiratione scripturae s. Clemens haec docet: Eorum cogitationes, ait Str. VI, 17, 822, qui sunt virtute praediti, *κατ' ἐπίνοιαν θείαν γίγνονται*. Etenim jam antequam in terram ut homo descenderet, *ὁ λόγος* in hominibus efficacem sese praebuit, sicuti quis tibiis citharisque canit (Cohort. 1, p. 6), variosque inter populos, non modo inter Hebraeos, sed etiam Graecos prophetas excitavit (Str. VI, 5, 761). Praecipue autem per legem et prophetas loquutus est (Paed. I, 11, 155; II, 10, 286; 12, 246; III, 12, 307), omninoque ita in libris sacris, ut eorum effata multo clarius multoque strictiori sensu divina divinitusque inspirata Clemens nuncupaverit. Sic saepius tanquam spiritus sancti dicta ea inducit, veluti Cohort. 7, 66, et ib. c. 9. p. 68 (Johannem apostolum separatim *πνεύματι θεοφορηθέντα* appellat apud Eusebium h. e. VI, 14) dicit: *Καὶ μυρίας ἂν ἔχοιμί σοι γραφὰς παραφέρειν, ὧν οὐδὲ κεραία παρελεύσεται μία, μὴ οὐχὶ ἐπιτελὴς γενο-*

μένη· τὸ γὰρ στόμα κυρίου, τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐλάλησεν ταῦτα. Quin etiam a fententia de librorum facrorum infpiratione fingula ad verba pertinente proxime abeffe videtur, quippe qui l. l. p. 71 haec verba fecerit: *Ἱερὰ γὰρ ὡς ἀληθῶς τὰ ἱεροποιοῦντα καὶ θεοποιοῦντα γράμματα· ἐξ ὧν γραμμάτων καὶ συλλαβῶν τῶν ἱερῶν τὰς συγκειμένας γραφάς, τὰ συντάγματα, ὁ αὐτὸς ἀκολούθως ἀπόστολος θεοπνεύστους καλεῖ.* Quod autem Münfcherus Dogmengefch. I, 345 contendit, ambiguo Platonis loco quodam ad demonftrandam Novi T. infpirationem Clementem ufum effe, id in hanc potius fententiam eft interpretandum, Clementem (Str. V, 13, 697) more fuo Platonizante dixiffe, a Platone manifefto teftimonio probari, Chriftum et prophetas, hos quidem tanquam declaratos liberos Dei, illum germanum filium, veros effe teftes rerum divinarum. (Neque hac ratione quicquam contra Clementis fententiam de infpiratione efficitur.) Quod reliquum eft, etiam Alexandrinae verfioni *τῶν ὁ* divinam Clemens originem tribuit Str. I, 22, 410.

Theologia.

De Deo in univerfum.

Cogitatio Dei de Clementis fententia homini eft innata; cf. Cohort. 6, 59 („Univerfo generi humano, praecipue vero illis, qui in ftudiis literarum verfati funt, divina quaedam femina funt inftillata, a quibus fateri vel inviti et reluctantes coguntur, unum effe Deum, interitus ortusque expertem, qui fupra nos in aliqua coeleftis planities regione, velut in propria fpecula, femper verfetur"); Str. V, 13, 698 („Dei unius omnipotentis manifeftatio apud omnes, qui recte fapiunt, omnino erat naturalis"). „Itaque (ib. c. 14. p. 729. 30) populi omnes, five orientem colunt, five litora occidentis ultima tenent, five ad feptentrionem, five ad meridiem habitant, unam et eandem ejus, a quo inftitutum hoc imperium eft, anticipationem habent, cum loca pariter omnia generales quaeque vis illius effectricis actiones complexae fint." Sed „minime fcientia accipitur demonftrativa de Deo (ib. c. 12. p. 695. 6); ea enim ex prioribus conftat et ex notioribus; nihil eft autem ante ingenitum. Reftat utique, ut divina gratia et folo, qui

apud ipſum eſt, Logo ignotum intelligamus." Hic Deus verbis exprimi nequit (Str. V, 10, 685: Ὁ γὰρ τῶν ὅλων Θεὸς, ὁ ὑπὲρ πᾶσαν φωνὴν καὶ πᾶν νόημα καὶ πᾶσαν ἔννοιαν, οὐκ ἄν ποτε γραφῇ παραδοθείη, ἄῤῥητος ὢν δυνάμει τῇ αὐτοῦ et qu. ſq.; cf. ib. c. 11. p. 689; 12, 692; ib. p. 695 in interpretando Joh. I, 18 pergit: Τὸ δ' ἀόρατον καὶ ἄῤῥητον, κόλπον ὀνομάσας θεοῦ, βαθὺν αὐτὸν κεκλήκασιν ἐντεῦθέν τινες, ὡς ἂν περιειληφότα, καὶ ἐγκολπισάμενον τὰ πάντα, ἀνέφικτόν τε καὶ ἀπέραντον... Οὐκ ἂν δὲ ὅλον εἴποι τις αὐτὸν ὀρθῶς· ἐπὶ μεγέθει γὰρ τάττεται τὸ ὅλον, καί ἐστι τῶν ὅλων πατήρ. οὐδὲ μὴν μέρη τινὰ αὐτοῦ λεκτέον· ἀδιαίρετον γὰρ τὸ ἕν· διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἄπειρον. οὐ κατὰ τὸ ἀδιεξήγητον νοούμενον, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀδιάστατον, καὶ μὴ ἔχον πέρας· καὶ τοίνυν ἀσχημάτιστον καὶ ἀνωνόμαστον· κἂν ὀνομάζωμεν αὐτό ποτε οὐ κυρίως· καλοῦντες ἤτοι ἓν ἢ τἀγαθὸν, ἢ νοῦν, ἢ αὐτὸ τὸ ὂν, ἢ πατέρα, ἢ θεὸν, ἢ δημιουργὸν, ἢ κύριον, οὐχ ὡς ὄνομα αὐτοῦ προφερόμενοι λέγομεν, ὑπὸ δὲ ἀπορίας ὀνόμασι καλοῖς προςχρώμεθα, ἵν' ἔχῃ ἡ διάνοια, μὴ περὶ ἄλλα πλανωμένη, ἐπερείδεσθαι τούτοις). „Si ablatis omnibus quae adſunt corporibus (Str. V, 11, 689) et iis quae dicuntur incorporea, nos ipſos projecerimus in Chriſti magnitudinem, et inde in ejus immenſitatem ſanctitate proceſſerimus, ad intelligentiam omnipotentis utcunque perveniemus, non ita tamen ut quod eſt, ſed quod non eſt cognoſcamus." Ἓν δὲ ὁ Θεὸς (Paed. I, 8, 140) καὶ ἐπέκεινα τοῦ ἑνὸς καὶ ὑπὲρ αὐτὴν μονάδα. „Figura autem (Str. V, 11, 689) et motus, vel ſtatus vel ſedes vel locus, vel dextra vel ſiniſtra de patre univerſorum ne ſunt quidem cogitanda, etiamſi haec de ipſo ſcripta ſint; ſed quid ſignificet unumquodque eorum, oſtendetur ſuo loco. Non eſt ergo prima cauſa in loco, ſed ſupra locum et tempus et nomen et intelligentiam." Οὐ γὰρ ἐν γνόφῳ (Roeſslerus Biblioth. d. Kirchenväter P. II. p. 40 legere vult χρόνῳ, quod rejiciendum videtur, propterea quod de caligine jam ante actum erat idque quod ſequitur per γὰρ antecedentibus ſubjunctum eſt) ἢ τόπῳ ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὑπεράνω καὶ τόπου καὶ χρόνου, καὶ τῆς τῶν γεγονότων ἰδιότητος. διὸ οὐδ' ἐν μέρει καταγίνεταί ποτε· οὔτε περιέχων, οὔτε περιεχόμενος· ἢ καθ' ὁρισμόν τινα ἢ κατ' ἀποτομήν (Str. II, 2, 431).

Comprehendit ea Clemens, quae de Dei natura statuit, fragmenti, quod ex Clementis libro de providentia depromptum apud Maximum T. II. Opp. legitur (ap. Potterum p. 1016 sq.), hisce verbis: *Οὐσία ἐστὶν ἐπὶ θεοῦ, θεὸς οὐσία θεία ἐστὶν, ἀΐδιόν τι καὶ ἄναρχον, ἀσώματόν τι καὶ ἀπερίγραφον, καὶ τῶν ὄντων αἴτιον* et qu. sq.

De omniscientia Dei haec dicit Str. VI, 17, 821: „Deus novit omnia, non solum ea quae sunt, sed etiam quae futura sunt, et ut erit unumquodque, et eos qui sunt singulares motus praevidens, intuetur omnia et omnia exaudit, et nudam animam aspiciens intrinsecus, uniuscujusque etiam ex singularibus aeternam habet intelligentiam, et quod fit in theatris, et in partibus rei uniuscujusque, inspiciendo, circumspiciendo et simul aspiciendo, hoc evenit in Deo. Is enim simul omnia atque unumquodque etiam singulatim aspicit uno intuitu." Bonus est Deus propter se, justus propter nos (Paed. I, 9, 150); benignitas enim Dei est proprietas, qualis calor ignis et illucescere lucis (Str. I, 17, §69), ita autem, ut ignis non voluntarie calefaciat, Deus voluntarie bona impertiat (Str. VII, 7, 855). Maxime memorabile de Dei amore est Clementis dictum in libro Quis dives salvetur cap. 37 p. 956, ubi haec dicit: *Ἔστι δὲ καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς ἀγάπη καὶ δι᾽ ἀγάπην ἡμῖν ἐθηράθη* (vocabulum *ἐθηράθη* Neander S. V. Genet. Entw. der gnost. Syst., ubi hunc locum tradit, p. 209 interpretatur: Vermöge seiner Liebe ist er von uns erjagt worden, durch seine mittheilende Liebe hat er sich uns nahe gebracht; sed addit, propter sequentia fortasse *ἐθηλύνθη* esse legendum) *καὶ τὸ μὲν ἄῤῥητον αὐτοῦ, πατήρ· τὸ δὲ εἰς ἡμᾶς συμπαθὲς γέγονε μήτηρ· ἀγαπήσας ὁ πατὴρ ἐθηλύνθη, καὶ τούτου μέγα σημεῖον, ὃν αὐτὸς γέννησεν ἐξ ἑαυτοῦ· καὶ ὁ τεχθεὶς ἐξ ἀγάπης καρπὸς, ἀγάπη.* His verbis Clemens hoc fere vult: Ab occulto numine divino distinguitur amor divinus, qui revelat et communicat, tanquam femininum; hoc amore commotus Deus vitam suam divinam ex semetipso cum perfectissima sui ipsius imagine communicavit, *λόγῳ*, per quem Deus amans vitam felicitatemque circa se propagat, qui perfectissima novissimaque divini illius amoris revelatio est, cujusque igitur universum numen amore continetur;

vid. Neand. l. l. p. 210. Amor Dei efficit, ut ipse nihil oderit. „Non enim (Paed. I, 8, 135) aliquid odisse potest, et velle id esse quod odit. Neque vero simul vult aliquid non esse, et est causa, ut id sit, quod vult non esse. Neque vult aliquid non esse, id vero est. Si quid igitur odio habet ὁ λόγος, id vult non esse. Nihil autem est, cujus non causam Deus, quod id sit, praebeat. Nihil ergo odio habet Deus." Quodsi autem quem offendant ea scripturae s. dicta, ubi de Dei natura humanis ipsa notionibus utitur, Str. II, 16, 467: „Nos," ait, „non cessamus scripturas carnaliter (σαρκικῶς) intelligere, et a nostris animi affectionibus abducti, Dei impatibilis voluntatem nostris motionibus similem existimare. Quodsi res ita esse in omnipotenti Deo existimamus, uti nos eas audire et percipere valemus, impie erramus. Neque enim Deus, prout in se est, enarrari potuit; sed ut nos audire poteramus, qui carne eramus illigati, ita nobis sunt loquuti prophetae, domino se salubriter accommodante ac demittente ad hominum imbecillitatem."

De creatione mundi.

Rejicit Clemens Str. VI, 16, 816 opinionem eorum, qui mundum ἀγέννητον habent (cf. Str. V, 14, 701), eumque creatum esse dicit (non a demiurgo a supremo Deo diverso; cf. Str. IV, 4, 571; sed) ab ipso Deo (Str. I, 11, 347: ἡ γὰρ ἀκόλουθος Χριστῷ διδασκαλία τὸν δημιουργὸν ἐκθειάζει), „cujus sola voluntas (Cohort. 4, 55) est mundi creatio. Solus enim Deus mundum creavit, ut qui solus sit vere Deus; is autem opera sua volendo conficit, ejusque velle sequitur fieri." Quid de creatione septem diebus confecta sentiat, Str. VI, 16, 813 his verbis exponit: „Quae diversis diebus fuerunt creationes, maxima acceptae sunt consequentia, utpote quod omnia quae facta sunt honorem sint habitura ex antiquitate, nec sit futura par eorum aestimatio, licet cogitatione simul facta sint. Neque voce fuisset declaratus uniuscujusque ortus, si acervatim et simul omnia fecisse dicta esset creatio. Oportebat enim aliquid primum quoque nominasse. Propterea igitur prima a propheta dicta sunt, ex quibus secunda, cum omnia simul potestate facta sint ex una essentia. Est enim

una, ut opinor, Dei voluntas in una identitate. Quomodo autem in tempore facta fuerit creatio, si una cum iis quae sunt tempus quoque factum fuerit?" Postquam autem creaverat Deus, non quievit, sed ordinavit, ut vetus confusio in sempiternum desineret (ib. p. 812: *Οὐ τοίνυν, ὥςπερ τινὲς ὑπολαμβάνουσι, τὴν ἀνάπαυσιν τοῦ θεοῦ πέπαυται ποιῶν ὁ θεός· ἀγαθὸς γὰρ ὤν, εἰ παύσεταί ποτε ἀγαθοεργῶν, καὶ τοῦ θεὸς εἶναι παύσεται· ὅπερ οὐδὲ εἰπεῖν θέμις. ἔστιν δ' οὖν καταπεπαυκέναι τὸ τὴν τάξιν τῶν γενομένων εἰς πάντα χρόνον ἀπαραβάτως φυλάσσεσθαι τεταχέναι, καὶ τῆς παλαιᾶς ἀταξίας ἕκαστον τῶν κτισμάτων καταπεπαυκέναι.*) Videtur igitur de Clementis sententia antea aliquod chaos fuisse; an vero aeternitatem materiae C. docuerit (quod Photius cod. CIX. p. 285 ed. Rothomag. contendit his verbis: *Ὕλην τε γὰρ ἄχρονον . . δοξάζει*, simulque addit: *καὶ πολλοὺς πρὸ τοῦ Ἀδὰμ κόσμους τερατεύεται*), semper dubium manebit.

De providentia.

„Sunt," Clemens ait Str. V, 1, 646, „interrogationes quaedam dignae, quae puniantur; cujusmodi est quaerere probationes, an sit providentia. . . Et fortasse ne conari quidem oportet haec demonstrare, cum sit manifesta divina providentia ex aspectu omnium quae videntur effectorum, quae arte constant et sapientia, quorum alia ordine fiunt, alia ordine manifestantur." Quare non modo christiana religio (*ἡ ἀκόλουθος Χριστῷ διδασκαλία*) providentiam docet eamque *μέχρι τῶν κατὰ μέρος ἄγει* (Str. I, 11, 347), et *ἡ κατὰ τὴν θείαν παράδοσιν φιλοσοφία ἵστησι τὴν πρόνοιαν καὶ βεβαιοῖ* (ib. p. 346); verum etiam optimus quisque philosophorum statuit esse providentiam (Str. V, 14, 730). Quae quidem tanti est momenti doctrina, ut *αὐτῆς ἀναιρεθείσης μῦθος ἡ περὶ τὸν σωτῆρα οἰκονομία* appareat (Str. I, 11, 346. 7). „Maximum autem in providentia divina illud est (Str. I, 17, 369), quod non patiatur, vitium ex voluntaria defectione ortum inutile manere, quodque id, quod per malos aliquos excogitatum est, ad bonum aliquem finem et utilem deducat." „Impium est cogitare, voluntate Dei esse etiam supplicia (Str. IV, 12, 602). Neque enim dominus passus est

voluntate patris, nec qui patiuntur persecutionem, eam Dei voluntate patiuntur. Nam e duobus alterum, aut bonum quid erit persecutio, propter Dei voluntatem, aut erunt insontes, qui decernunt et affligunt. Sed tamen nihil fit sine voluntate domini universorum. Restat itaque, ut breviter dicamus, ea, quae sunt hujusmodi, evenire Deo non prohibente (*μὴ κωλύσαντος τοῦ θεοῦ*). Hoc enim solum servat et providentiam et bonitatem Dei. Non est igitur existimandum, eum operando efficere afflictiones (absit enim, ut hoc vel cogitemus), sed non prohibere eos, qui eas efficiunt, persuasum habere convenit, atque adversariorum facinoribus uti ad bonum ex iis eliciendum." Punit quidem Deus homines, sed punit, ut in melius eos mutet (Paed. I, 8, 139 sqq.; Str. VII, 2, 835), ideoque non tam punit, quam castigat (Str. VII, 16, 895). Accedunt quoque aliae causae (Str. IV, 24, 634), „nimirum ut ii, qui possunt salvi fieri, per exempla praeparentur admoniti (*ὅπως οἱ δι' ὑποδειγμάτων σωθῆναι δυνάμενοι προςανακρούωνται νουθετούμενοι*), et dein, ne is, qui injuria afficitur, contemptu habeatur et aptus sit ad injuriam accipiendam."

In providentiae opere Deus utitur instrumentis et ministris tum astris („Plurimi," Clemens ait Str. VI, 16, 816. 7, „una cum philosophis augmenta et mutationes tribuunt astris principaliter, privantes, quod in se est, universorum patrem indefessa et inexhausta potentia. Elementa autem et astra, hoc est potestates administrantes, ordinata sunt ad ea exequenda, quae divinae oeconomiae conveniunt, eaque parent, et aguntur ad ea, quae sunt eis imperata, quo ea duxerit verbum domini, quandoquidem divina potentia omnia occulte operari solet;" Prophet. eclog. §. 55 p. 1002: „Stellae," inquit noster, „corpora spiritalia (*σώματα πνευματικά*), quibus cum angelis praefectis est rerum administratio communis, non quidem generationis sunt ipsae causae, signa vero sunt eorum, quae sunt, quae futura sunt et quae prius exstiterunt, in vertentibus coeli temperie anni tempestatibus, in frugum ubertate etiam et penuria, in pestibus ac febrium ardoribus; in homines vero nec per somnium virtutem suam exerunt astra, sit indicant tum ea

quae sunt, tum quae futura, quae etiam fuerunt;" cf. Str. IV, 14, 795: „Dedit autem solem, lunam et astra in religionem, quae Deus fecit gentibus, inquit lex (Deuter. IV, 19), ne si omnino essent impii et plane a Deo alieni, omnino etiam interirent. . . Haec enim via data fuit gentibus, ut per astrorum cultum Deum suspicerent"), tum potissimum angelis (Str. VII, 2, 833: *Εἶτα ἐπὶ τέλει τοῦ φαινομένου τῷ ἄκρῳ ἡ μακαρία ἀγγελοθεσία· καὶ δὴ μέχρις ἡμῶν αὐτῶν ἄλλοι ὑπ' ἄλλοις, ἐξ ἑνὸς καὶ δι' ἑνὸς σωζόμενοί τε καὶ σώζοντες διατετάχαται·* Prophet. eclog. l. l., al. loc.), ita tamen, ut ipse Deus (vel *ὁ λόγος*, qui quidem Deus est; cf. Str. VII, 2, 833: *Ἔστιν δὲ τὸ ὡς ἀληθῶς ἄρχον τε καὶ ἡγεμονοῦν ὁ θεῖος λόγος καὶ ἡ τούτου πρόνοια, πάντα μὲν ἐφορῶσα, μηδενὸς δὲ τῶν οἰκείων ἑαυτῆς παρορῶσα τὴν ἐπιμέλειαν*) omnia perficere dicendus sit (Str. VI, 17, 823).

De trinitate.

Quae de Deo adhuc diximus, eadem ad patrem pertinent. De filio (*υἱῷ τοῦ νοῦ* Cohort. 10, 78, plerumque *λόγῳ* dicto) eam doctrinam, quam a Clemente in Hypotyposibus prolatam esse narrat Photius biblioth. cod. CIX. p. 285 ed. Rothomag. (Photius enim haec habet: *Τὸν υἱὸν εἰς κτίσμα κατάγει. . Λόγους τε τοῦ πατρὸς δύο τερατολογῶν ἀπελέγχετο· ὧν τὸν ἥττονα τοῖς ἀνθρώποις ἐπιφανῆναι*), hic non curamus; teneamus potius, quae Clemens nobis scriptis reliquit, memoresque simus, quo longius Clemens ab orthodoxiae formulis postea introductis abfuerit, eo digniorem vituperatu eoque odiosiorem non apparere ipsum non potuisse Photio. Ex Clementis quae supersunt scriptis haec colligere licet: Multis locis talia de *λόγῳ* verba noster facit, qualia qui non personam, sed vim aliquam vel proprietatem Dei eum habet. Ita Paed. III, 12, 309 nominatur *ἀγαθοῦ πατρὸς ἀγαθὸν βούλημα.* Str. V, 1, 646. 7 ait noster: *Ὁ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων λόγος οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ προφορικὸς, σοφία δὲ καὶ χρηστότης φανερωτάτη τοῦ θεοῦ, δύναμίς τε αὖ παγκρατὴς καὶ τῷ ὄντι θεῖα . . θέλημα παντοκρατορικόν*, et Str. VII, 2, 832: *Δύναμις γὰρ τοῦ θεοῦ υἱὸς, ἅτε πρὸ πάντων τῶν γενομένων ἀρχικώτατος λόγος τοῦ πατρὸς καὶ σοφία*

αὐτοῦ.... *Πᾶσα δὲ ἡ τοῦ κυρίου ἐνέργεια ἐπὶ τὸν παντοκράτορα τὴν ἀναφορὰν ἔχει, καὶ ἔστιν, ὡς εἰπεῖν, πατρική τις ἐνέργεια ὁ υἱός. . . Δύναμις οὖν πατρικὴ ὑπάρχων ῥᾳδίως περιγίνεται ὧν ἂν ἐθέλῃ, οὐδὲ τὸ μικρότατον ἀπολείπων τῆς ἑαυτοῦ διοικήσεως ἀφρόντιστον.* Neque vero haec dicta hypoſtaſin *λόγου* excludant neceſſe eſt (cum praeſertim Tertullianus, Athanaſius, alii, paene iisdem utantur; vid. Potteri not. 6. ad Paed. l. l.), neque ex Clementis ſententia eam excludunt. Eadem enim pagina 832 paulo ante illa verba haec ait: *Οὐδ' ὑφ' ἑτέρου κωλυθείη ποτ' ἂν ὁ πάντων κύριος, καὶ μάλιστα ἐξυπηρετῶν τῷ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ παντοκράτορος θελήματι πατρός*, eodemque capite p. 831: *Τελειοτάτη δὴ καὶ ἁγιωτάτη καὶ κυριωτάτη καὶ ἡγεμονικωτάτη καὶ βασιλικωτάτη καὶ ἐνεργετικωτάτη ἡ υἱοῦ φύσις, ἡ τῷ μόνῳ παντοκράτορι προσεχεστάτη*, quibus Clemens verbis patris filiique perſonas, (ficut ubique in Paedagogo patris et paedagogi) aperte ſeparavit. In eandem redeunt ſententiam hi loci: Cohort. 10, 78: *Ἡ μὲν γὰρ τοῦ θεοῦ εἰκὼν ὁ λόγος αὐτοῦ, καὶ υἱὸς τοῦ νοῦ γνήσιος, ὁ θεῖος λόγος, φωτὸς ἀρχέτυπον φῶς· εἰκὼν δὲ τοῦ λόγου ὁ ἄνθρωπος·* ib. p. 86: *Ὁ θεῖος λόγος, ὁ φανερώτατος ὄντως θεός, ὁ τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων ἐξισωθείς·* Paed. III, 1, 251: *Ὁ λόγος τοῦ θεοῦ διάκονος·* Str. VII, 3, 838 filius *τὸ δεύτερον αἴτιον* nominatur, innumerabiles alii loci. Perſona igitur eſt pater, perſona filius, uterque autem Deus. Filii enim divinitatem Clemens ſibi perſuaſam habet; nam primum non modo eum Deum eſſe ſignificat Str. VII, 2, 831, ubi praeſtantiſſimum in coelo dicit eſſe angelum et de *λόγῳ* agit etiam praeſtantiore, verum etiam diſerte afficit eum nomine Dei. Cohort. I, 7: *Νῦν δή*, ait, *ἐπεφάνη ἀνθρώποις αὐτὸς οὗτος ὁ λόγος, ὁ μόνος ἄμφω θεός τε καὶ ἄνθρωπος.* Ib. c. 10. p. 84: *Πίστευσον, ἄνθρωπε, ἀνθρώπῳ καὶ θεῷ· πίστευσον, ἄνθρωπε, τῷ παθόντι καὶ προσκυνουμένῳ θεῷ ζῶντι. πιστεύσατε, οἱ δοῦλοι, τῷ νεκρῷ· πάντες ἄνθρωποι πιστεύσατε μόνῳ τῷ πάντων ἀνθρώπων θεῷ.* Ib. p. 86: *Ὁ θεῖος λόγος, ὁ φανερώτατος ὄντως θεός.* Paed. I, 2, 99: *(Ὁ λόγος) θεὸς ἐν ἀνθρώπου σχήματι ἄχραντος, πατρικῷ θελήματι διάκονος, λόγος θεός, ὁ ἐν τῷ πα-*

τρὶ, ὁ ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, σὺν καὶ τῷ σχήματι θεός. Ib. c. 8. p. 135: „Nihil odio habet Deus, neque verbum; utrumque enim unum eſt, nempe Deus." Dein proprietates divinas aperte ei tribuit. Str. IV, 25, 635 legitur: Διὰ τοῦτο Α καὶ Ω ὁ λόγος εἴρηται· οὗ μόνον τὸ τέλος ἀρχὴ γίνεται καὶ τελευτᾷ πάλιν ἐπὶ τὴν ἄνωθεν ἀρχὴν, οὐδαμοῦ διάστασιν λαβών. Διὸ δὴ καὶ τὸ εἰς αὐτὸν καὶ τὸ δι' αὐτοῦ πιστεῦσαι, μοναδικόν ἐστι γενέσθαι, ἀπερισπάστως ἑνούμενον ἐν αὐτῷ. Porro Str. V, 6, 669 Clemens ait, filium eſſe πρὸ αἰώνων, nominatque eum Str. VII, 1, 829 τὴν ἄχρονον καὶ ἄναρχον ἀρχήν. Ib. autem c. 2. p. 831 haec habet: „Nunquam a ſua excedit ſpecula filius Dei, ut qui non dividatur, non disſecetur, non transeat a loco ad locum, ſit autem ſemper ubique et contineatur nusquam; totus mens, totus lux paterna, totus oculus, qui omnia videt, omnia audit, ſcit omnia, poteſtate ſcrutatur poteſtates. . . Τούτῳ πᾶσα ὑποτέτακται στρατιὰ ἀγγέλων τε καὶ θεῶν, τῷ λόγῳ τῷ πατρικῷ τὴν ἁγίαν οἰκονομίαν ἀναδεδειγμένῳ διὰ τὸν ὑποτάξαντα." Denique ib. p. 833 opera divina filio adſcribuntur, atque etiam ad filium preces ſuas Clemens dirigit his verbis (Paed. III, 12, 311): "Ιλαθι τοῖς σοῖς, Παιδαγωγὲ, παιδίοις, πατὴρ, ἡνίοχε Ἰσραὴλ, υἱὲ καὶ πατὴρ, ἓν ἄμφω, κύριε (cf. Strom. VII, 12, 875, ubi anima gnoſtici ad Chriſtum precatur), idem, qui Str. VI, 18, 825: Τοὺς Ἕλληνας, ait, χρὴ διὰ νόμον καὶ προφητῶν ἐκμανθάνειν ἕνα μόνον σέβειν θεὸν, τὸν ὄντως ὄντα παντοκράτορα, Chriſtumque aeque nos diligere ait oportere ac Deum Qu. div. ſalv. c. 29. p. 952. Ita vere quidem Clementi filius Deus eſt (quo nihil divinius unius Dei cultori eſſe poteſt); tamen ὁμοούσιος τῷ πατρὶ ab eo nusquam diſerte nuncupatur, neque filii natura atque poteſtas numini patris plane aequatur. Sola enim patris perſona eſt prorſus aeterna, ipſe quidem filius in univerſum pariter aeternus, ſua autem perſona genita paternâque circo (etiamſi cogitatione tantum) minus aeterna. Hanc ſententiam conſtituunt (praeter Str. V, 3, 654) loci Str. VI, 7, 769 ἓν μὲν τὸ ἀγέννητον, ὁ παντοκράτωρ θεός· ἓν δὲ καὶ τὸ προγεννηθὲν, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. εἷς γὰρ τῷ ὄντι ἐστὶν ὁ θεὸς, ὃς ἀρχὴν τῶν ἁπάν-

των ἐποίησεν, μηνύων τὸν πρωτόγονον υἱὸν, ὃ Πέτρος γράφει, συνεὶς ἀκριβῶς τό· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· σοφία δὲ οὗτος εἴρηται πρὸς ἁπάντων τῶν προφητῶν· οὗτός ἐστιν ὁ τῶν γενητῶν ἁπάντων διδάσκαλος, ὁ σύμβουλος τοῦ θεοῦ, τοῦ τὰ πάντα προεγνωκότος) et Str. VII, 1, 829 („Gnosticus omnia κατὰ τὴν ἀξίαν aestimat; ἐν δὲ τοῖς νοητοῖς τὸ πρεσβύτερον ἐν γενέσει, τὸν ἄχρονον καὶ ἄναρχον ἀρχήν τε καὶ ἀπαρχὴν τῶν ὄντων, τὸν υἱόν· παρ' οὗ ἐκμανθάνειν ἐπέκεινα αἴτιον, τὸν πατέρα τῶν ὅλων, τὸ πρέσβιστον καὶ πάντων εὐεργετικώτατον, οὐκ ἔτι φωνῇ παραδιδόμενον, σεβάσματι δὲ καὶ σιγῇ μετὰ ἐκπλήξεως ἁγίας σεβαστὸν καὶ σεπτὸν κυριώτατα). Accedit, quod, ut jam ex supra allatis apparet, filius, quippe non Deus per se ipsum, sed (Cohort. 10, 86) a patre ipsi aequatus (cf. Str. VII, 2, 831: Αὕτη ἡ μεγίστη ὑπεροχὴ, ἣ τὰ πάντα διατάσσεται κατὰ τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ πᾶν ἄριστα οἰακίζει, ἀκαμάτῳ καὶ ἀτρύτῳ δυνάμει πάντα ἐργαζομένη, δι' ὧν ἐνεργεῖ τὰς ἀποκρύφας ἐννοίας ἐπιβλέπουσα... Τούτῳ πᾶσα ὑποτέτακται στρατιὰ ἀγγέλων .. διὰ τὸν ὑποτάξαντα), sit natura a paternâ secunda (ib.: ἡ υἱοῦ φύσις, ἡ τῷ μόνῳ παντοκράτορι προσεχεστάτη) et τοῦ θεοῦ διάκονος (Paed. III, 1, 251).

Hujus doctrinae de filio Dei, singulari eo quidem hypostasi et Deo, licet patri haudquaquam aequali, forma quantopere philosophiae Platonicae appropinquet, hac de re videatur Keilius de doct. vet. eccl. culp. corr. etc. p. 530).

Minus de spiritus sancti natura (cujus de operatione in Christianorum animis et in sanctis scriptoribus minime tacet; cf. v. c. Strom. VII, 11, 870; Paed. II, 8, 208 al. loc. et Bibliol.) perspicue et copiose loquitur Clemens. Obscurior est locus Str. V, 13, 699: Ἀλλ' οὐχ ὡς μέρος θεοῦ ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν τὸ πνεῦμα, quam ut inde aliquid secure concludamus, praesertim cum ib. Clemens pergat: Ὅπως δὲ ἡ διανομὴ αὕτη, καὶ ὅ τί ποτέ ἐστι τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἐν τοῖς περὶ προφητείας κἂν τοῖς περὶ ψυχῆς ἐπιδειχθήσεται ἡμῖν. Enimvero id negari non poterit, si pater, filius et spiritus sanctus saepius a Clemente uno tenore celebrentur, verisimillimum esse, idem, quod de illo utroque, etiam de spiritu

sancto a nostro dici, hypostasin quidem eum esse divinam. Atqui locis, ubi trinitas (vel trias potius) celebratur, nequaquam sumus destituti. Ita Paed. I, 6, 123 haec habet: *Ὢ θαύματος μυστικοῦ! εἷς μὲν ὁ τῶν ὅλων πατήρ· εἷς δὲ καὶ ὁ τῶν ὅλων λόγος· καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἓν, καὶ τὸ αὐτὸ πανταχοῦ.* Porro Paed. III, 12, 311: *Εὐχαριστοῦντας,* ait, *αἰνεῖν, αἰνοῦντας εὐχαριστεῖν τῷ μόνῳ πατρὶ καὶ υἱῷ, υἱῷ καὶ πατρὶ παιδαγωγῷ καὶ διδασκάλῳ υἱῷ, σὺν καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι·* (verba sequentia: *πάντα τῷ ἑνί· ἐν ᾧ τὰ πάντα· δι' ὃν τὰ πάντα ἕν· δι' ὃν τὸ ἀεί· οὗ μέλη πάντες· οὗ δόξα αἰῶνες· πάντα τῷ ἀγαθῷ, πάντα τῷ καλῷ, πάντα τῷ σοφῷ· τῷ δικαίῳ τὰ πάντα. ᾧ ἡ δόξα καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν,* neque ad spiritum sanctum, neque ad patrem, neque ad tres triadis personas conjunctas, sed, id quod verba *οὗ μέλη πάντες* nos edocent, referenda sunt ad filium). Tum Str. V, 14, 710 citatis verbis Platonis ex secunda ejus epistola hisce: *Περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντα ἐστὶ, κἀκείνου ἕνεκεν τὰ πάντα· κἀκεῖνο αἴτιον ἁπάντων καλῶν· δεύτερον δὲ περὶ τὰ δεύτερα· καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα* pergit: „Equidem ista non nisi de sancta triade accipio, et tertii quidem nomine spiritum sanctum, secundi vero filium intelligo, per quem ex patris voluntate facta sunt omnia." Denique librum Qu. div. salv. c. 42. p. 961 his verbis finit: *Ὧι (τῷ πατρὶ ἀγαθῷ τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς) διὰ τοῦ παιδὸς Ι. Χ., τοῦ κυρίου ζώντων καὶ νεκρῶν, καὶ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἴη δόξα, τιμὴ, κράτος, αἰώνιος μεγαλειότης, καὶ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς γενεὰς γενεῶν, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.*

Angelologia et Daemonologia.

„In coelo," Clemens ait Str. VII, 2, 831, „res est praestantissima angelus, qui loco propius et jam purius (ratione hominis habita) est aeternae et beatae vitae particeps." Praediti sunt angeli perfecte libero arbitrio (Str. VII, 7, 859), — quo qui recte utuntur beati sunt (ib. c. 2. p. 834: „Quemadmodum vel minima pars ferri lapidis magnetis spiritu movetur per multos annulos ferreos extensa; ita etiam qui sunt virtute praediti (scil. angeli), divino spiritu attracti, cum prima

manfione conjunguntur, deinceps autem alii usque ad postremam"), — necnon, ut videtur, aethereo quodam corpore, quippe quorum *μάννα* dicatur *ἐπουράνιος τροφὴ* (Paed. I, 6, 122; cf. Pf. LXXVIII, 25 e verf. LXX; Sap. XV, 2; 4 Efr. I, 19. 20). *Ἑπτὰ μέν εἰσιν οἱ τὴν μεγίστην δύναμιν ἔχοντες πρωτόγονοι ἀγγέλων ἄρχοντες* (Str. VI, 16, 813, cfr. Philo de feptenar. et feft. p. 1177 ed. Francof.). Angelis (Deuter. XXXII, 8. 9) a Deo commiffa eft mundi hominumque cura (cf. Str. VI, 17, 822: *Κατά τε γὰρ τὰ ἔθνη καὶ πόλεις νενέμηνται τῶν ἀγγέλων αἱ προστασίαι· τάχα δὲ καὶ τῶν ἐπὶ μέρους, ὡς ἐνίοις ἀποτετάχαταί τινες*), per Chriftum (Qu. div. f. c. 29. p. 952: *Οὗτος (Ἰησοῦς) ὁ διακονεῖν ἀγγέλους καὶ ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας ἡμῖν ὑποτάξας ἐπὶ μεγάλῳ μίσθῳ*). Itaque multa per angelos bona accipimus (Str. VI, 17, 824: *Δι' ἀγγέλων γὰρ ἡ θεία δύναμις παρέχει τὰ ἀγαθά· εἴτ' οὖν ὁρωμένων, εἴτε καὶ μή*); veluti cuftodes ipfi funt piorum (Paed. II, 9, 218) injuftosque puniunt (Str. V, 14, 700: *Ἀγγέλους, οἳ παραλαβόντες τοὺς ἀδίκους κολάζουσιν*, Pf. CIV, 4). Per inferiores autem angelos *λόγος* Graecis philofophiam praebuit (Str. VII, 2, 832). Profert etiam Clemens doctrinam de angelis fingulorum hominum tutelaribus (ducibus Matth. XVIII, 10 et Platone docet Str. V, 14, 701 *τὴν εἰς ἡμᾶς δι' ἀγγέλων τῶν ἐφεστώτων ἤκουσαν ἐπισκοπήν*; cf. Str. VI, 17, 822). Neque tamen femper his muneribus angeli fungentur, fed (Qu. div. f. c. 29. p. 952) *καὶ αὐτοὶ ἐλευθερωθήσονται ἀπὸ τῆς ματαιότητος τοῦ κόσμου παρὰ τὴν ἀποκάλυψιν τῆς δόξης τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ* . . (Rom. VIII, 21). Cf. Neandri S. V. Genet. Entw. d. gnoft. S. p. 219. Denique e locis, ubi gnofticum cum angelis Clemens comparat (veluti Str. VII, 19, 879: *Ὁ δὲ καὶ μετ' ἀγγέλων εὔχεται, ὡς ἂν ἤδη καὶ ἰσάγγελος, οὐδὲ ἔξω ποτὲ τῆς ἁγίας φρουρᾶς γίνεται, κἂν μόνος εὔχηται, τὸν τῶν ἁγίων χορὸν συνιστάμενον ἔχει*), eisque, ubi ad folum Deum precandum effe dicit (veluti Str. VI, 18, 825), quid de adoratione angelorum fenferit, haud obfcurum eft.

Magna vero angelorum pars e coelo delapfi funt, altera haud dubie ante hominum lapfum propter incontinentiam in univerfum (*ἤδη δὲ καὶ ἄγγελοί τινες, ἀκρατεῖς γενόμενοι, ἐπιθυμίᾳ ἁλόντες, οὐρανόθεν δεῦρο καταπεπτώκασιν* Str. III,

7, 588; continentia autem (humana scilicet) Clementi, uti ipse h. l. dicit, est „pecuniam despicere, voluptatem, possessionem, spectaculum magno et excelso animo contemnere, os continere, ratione quae sunt mala vincere") vel propter abusum liberi-arbitrii (Str. VII, 7, 859: *Οἶδεν γὰρ καὶ τῶν ἀγγέλων τινὰς ὑπὸ ῥᾳθυμίας ὀλισθήσαντας αὖθις χαμαὶ, μηδέπω τέλεον εἰς τὴν μίαν ἐκείνην ἕξιν ἐκ τῆς εἰς τὴν διπλόην ἐπιτηδειότητος ἐκθλίψαντας ἑαυτούς.* Cf. Str. VII, 2, 834: „Qui sunt mali ex imbecillitate, cum per injustam insatiabilitatem in malum habitum inciderint, cum nec se teneant, neque ab alio teneantur, circumfluunt circumacti perturbationibus, humique decidunt"), altera (cf. Genes. VI, 2 LXX) post hominum lapsum mulierum humanarum amore capti (Paed. III, 2, 260: *Οἱ ἄγγελοι, τοῦ θεοῦ τὸ κάλλος καταλελοιπότες διὰ τὸ κάλλος μαραινόμενον, καὶ τοσοῦτον ἐξ οὐρανῶν ἀποπεσόντες χαμαί·* Str. V, 1, 650). Daemones (id enim commune ipsorum nomen est Str. V, 14, 701, neque ad solos liberos illos recidit, quos ab angelis lapsis e mulieribus humanis genitos esse Clementem dixisse refert Photius biblioth. cod. CIX. p. 285 ed. Rothom.: *Μίγνυσθαί τε τοὺς ἀγγέλους γυναιξὶ, καὶ παιδοποιεῖν ἐξ αὐτῶν ὀνειροπολεῖ*), qui cum mulieribus rem habuere, prodiderunt secreta eis coelestia (Str. V, 1, 650: „Angeli illi, quibus superna sors obtigerat, delapsi ad voluptates, enunciarunt arcana mulieribus, et quaecunque ad eorum venerunt cognitionem, cum alii celarent angeli vel potius reservarent in adventum domini"). Omnium daemonum princeps est diabolus (Str. V, 14, 701: *Τόν τε ὑπὸ τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας θρυλλούμενον διάβολον, τὸν τῶν δαιμόνων ἄρχοντα, κακοεργὸν εἶναι ψυχὴν, ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν νόμων ὁ Πλάτων λέγει*), istudque sacrum collegium imprimisque diabolus (qui saparatim prophetis pseudoprophetas admiscet Str. I, 17, 368) homines, acceptissimis deceptos eos quidem donis impertitis (Cohort. 4, 52: „Magi etiam, qui daemonum ministerio se venditant, quippe qui eos in numerum famulorum suorum adscripserint et necessitate quadam adactos carminibus suis servos fecerint;" cf. Prophet. eclog. §. 53. p. 1002, ubi Henocum Clemens laudat dicentem, *τοὺς παραβάντας ἀγγέλους διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους ἀστρονομίαν*

καὶ μαντικὴν, καὶ τὰς ἄλλας τέχνας) ad flagitia concitat et contumaciam (Cohort. 1, 7: „Nam in hunc usque diem malignus ille ſerpens humanum genus praeſtigiis ſuis in contumelioſam et miſeram ſervitutem abducit, ſaevitque in eos, ut ita dicam, barbarorum ritu, qui captivos ſuos mortuorum cadaveribus, donec una putreſcant, alligare feruntur. Dum enim quoscunque a ſui ortus principio ad proprias trahere partes valet, crudelis ille tyrannus et ſerpens ad lapides, ligna, ſtatuas reliquaque idola miſero ſuperſtitionis vinculo conſtringit, non incommode dicitur vivos communi tumulo inferre, donec una cum illis intereant. Quamobrem Evam olim (unus enim idemque ſeductor eſt) et alios nunc homines in mortem ducit;" Str. II, 20, 489. 90: „Neceſſe eſt animam, cum ab initio ejus cura geratur propter cognationem, immundis ſpiritibus nullum dare aditum, niſi ei vis afferatur et imbecilla probetur. . . . Quomodo autem nos diaboli operationes et ſpiritus immundos in peccatoris animam ſeminare dicamus, non mihi pluribus verbis opus eſt, ſi adduxero teſtem Barnabam apoſtolicum . . . his verbis ſic dicentem: Πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ θεῷ, ἦν ἡμῶν τὸ οἰκητήριον τῆς καρδίας φθαρτὸν καὶ ἀσθενὲς, ἀληθῶς οἰκοδομητὸς ναὸς διὰ χειρός· ὅτι ἦν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας καὶ ἦν οἶκος δαιμόνων, διὰ τὸ ποιεῖν ὅσα ἦν ἐναντία τῷ θεῷ· Str. IV, 12, 601: Πειράζων γὰρ ἡμᾶς ὁ διάβολος, εἰδὼς μὲν ὅ ἐσμεν, οὐκ εἰδὼς δὲ εἰ ὑπομενοῦμεν, ἀλλὰ ἀποσεῖσαι τῆς πίστεως ἡμᾶς βουλόμενος καὶ ὑπάγεσθαι ἑαυτῷ πειράζει). Neque vero daemones (qui quidem a gentilibus divina veneratione coluntur, quod locis Pſ. XCVI, 5 Cohort. 4, 54 et 1 Cor. X, 20 Paed. II, 1, 168 Clemens comprobat, quaque de cauſa Cohort. 4, 49: „Quomodo," ait, „igitur Deorum adhuc numero haberi poterint ſimulacra et daemones, immundi ſane et abominandi ſpiritus, quos omnes fatentur eſſe terrenos et lutulentos, qui degravantur ſuo pondere, et circa mortuorum monimenta atque ſepulcra verſantur? quibus etiam in locis umbroſa phantasmata obſcure conſpici ſolent. Hi itaque ſunt dii veſtri, ſimulacra et umbrae") ipſis hominibus inſunt (Str. II, 20, 490, ubi Clemens laudatis verbis Barnabae adjicit: Τὰς ἐνεργείας οὖν τὰς τοῖς δαιμονίοις καταλλήλους ἐπιτελεῖν φησὶ τοὺς ἁμαρ-

τωλούς· οὐχὶ δὲ αὐτὰ τὰ πνεύματα ἐν τῇ τοῦ ἀπίστου κατοικεῖν ψυχῇ λέγει), ſed in peccando potius *συνέργειαν* diabolus exercet, quam *ἐνέργειαν* (Str. VII, 11, 871). „Ne autem dicant, peccatorem delinquere per daemonum obſeſſionem" (Str. VI, 12, 789); ſed „tentare permiſſum eſt diabolo, partim quod nos ex nobis ipſis ſalvos eſſe oporteat, occaſiones ex praeceptis accipientes; partim ut tentator ſpe ſua fruſtratus pudore ſuffundatur, et partim propter eorum confirmationem, qui ſunt in eccleſia; denique propter eorum conſcientiam, qui martyrum conſtantiam admirati ſunt" (Str. IV, 12, 601). Licet vero diabolus adeo a Deo abſit, tamen *αὐτεξούσιος ὤν, μετανοῆσαι οἷός ἐστιν* (Str. I, 17, 367. 8).

Anthropologia.

In enucleandis Clementis de homine ſententiis agemus primum de natura hominis in univerſum et dein de depravata natura humana ſeparatim.

Homo quisque ex Clementis ſententia, quae cum Platonica (et Paulina) convenit, tribus continetur partibus (ex allegorica decalogi interpretatione decem, Str. VI, 16, 808; *ἔστι δὲ καὶ δέκας τις περὶ τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν, τά τε αἰσθητήρια πέντε καὶ τὸ φωνητικὸν καὶ τὸ σπερματικόν. καὶ τοῦτο δὴ ὄγδοον τὸ κατὰ τὴν πλάσιν πνευματικόν· ἔννατον δὲ τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς, καὶ δέκατον τὸ διὰ τῆς πίστεως προςγινόμενον αγίου πνεύματος χαρακτηριστικὸν ἰδίωμα*), corpore et duplici anima, cujus ſunt partes *λογικὴ ψυχὴ, νοῦς* (Str. V, 14, 703; VI, 8, 774) et *σωματικὴ ψυχὴ, πνεῦμα ἄλογον, σαρκικὸν* (Str. VII, 12, 880; VI, 16, 808). Anima (*σωματικὴ ψυχὴ*) a Deo eſt facta (l. l. p. 808), mens a Deo inſpirata (l. l. p. 703), imago *τοῦ λόγου* (Coh. 10, 78). Saepiſſume tamen ita Clemens utitur vocabulo *ψυχῆς*, ut de illa utriusque animae discrepantia non cogitaverit (quod ex plurium locorum ſententia ſtatim per ſe apparebit). Hoc eſt corporis animique discrimen (Str. IV, 3, 567): *Τὸ μὲν σῶμα γῆν τε ἐργάζεται καὶ σπεύδει εἰς γῆν· τέταται δὲ ἡ ψυχὴ πρὸς τὸν θεόν· ἥ γε διὰ φιλοσοφίας τῆς ἀληθοῦς παιδευομένη, πρὸς τοὺς ἄνω σπεύδει συγγενεῖς, ἀποστραφεῖσα τῶν τοῦ σώματος ἐπιθυμιῶν.* Corpus neque bonum eſt, neque malum, ſed me-

dium locum obtinet (Str. IV, 26, 639). Pejor quidem est hominis pars (ib.), caufa mali (Str. VII, 12, 880), impedimentum virtutis (ib.), vinculum animi (Str. VII, 7, 854). „Neque tamen recte agunt, qui corpus vituperant (Str. IV, 26, 638), non confiderantes corporis conftitutionem rectam factam effe ad coelum contemplandum et organa fenfuum fic effecta effe, ut tendant ad gnofin, et membra et partes apte effe compofitas ad honeftum, non ad voluptatem. Unde fuscipit hoc habitaculum animam Deo pretiofiffimam, et fpiritu fancto dignum cenfetur per animae et corporis fanctificationem, ut quod perfectione fervatoris perficiatur." *Σχῆμα τοῦτ' ἔστιν ἔξωθεν ἡμῖν περιβεβλημένον* (Qu. dives falv. 33, 954), *τῆς εἰς κόσμον παρόδου πρόφασις, ἵνα εἰς τὸ κοινὸν τοῦτο παιδευτήριον εἰςελθεῖν δυνηθῶμεν· ἀλλ' ἔνδον ὁ κρυπτὸς ἐνοικεῖ πατὴρ, καὶ ὁ τούτου παῖς ὁ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανὼν καὶ μεθ' ἡμῶν ἀναστάς.* Mors autem corporis eft felicitas (Str. IV, 3, 569), atque in vita poft mortem futura libera erit caro cupiditatum pravarum (Paed. II, 10, 230; Str. III, 5, 329; 17, 559; IV, 4, 569; VI, 6, 764). Hae fententiae quamvis fint Platonicae (vid. Keil. l. l. p. 748), a Clemente tamen etiam ex fontibus Judaicis, V. T. apocryphis et e Novo T. deprompta effe poffunt Keilioque (p. 750 fqq.) videntur.

De animo acturi differemus de ipfius corpore, libero arbitrio, praeexiftentia et ratione ad Deum. *Ἡ ψυχὴ* (Str. VI, 6, 766. 7) eft *τὸ λεπτομερέστερον*, fcilicet rebus corporeis, *διὰ λεπτότητα καὶ ἁπλότητα μὴ κρατουμένη, ἢ καὶ ἀσώματος προςαγορεύεται.* Quodfi autem de cibo animi fermo eft, id minime de corpore quodam intelligendum eft; veluti Str. I, 1, 319, ubi Clemens: *Εἰσὶν*, ait, *ψυχαὶ, ἰδίας ἔχουσαι τροφάς· αἱ μὲν κατ' ἐπίγνωσιν καὶ ἐπιστήμην αὔξουσαι· αἱ δὲ κατὰ τὴν ἑλληνικὴν νεμόμεναι φιλοσοφίαν· ἧς, καθάπερ καὶ τῶν καρύων, οὐ τὸ πᾶν ἐδώδιμον.* Praeftantiffima vis animi eft liberum arbitrium, a Clemente ei tributum Str. I, 17, 368 (*τῶν ἁμαρτημάτων προαίρεσις καὶ ὁρμὴ κατάρχει*); IV, 24, 633 (*αὐτίκα τὸ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, οὗπερ ἐπ' ἴσης αὐτοῦ τε κύριοί ἐσμεν, καὶ τοῦ ἀντικειμένου αὐτῷ, ὡς τὸ φιλοσοφεῖν, ἢ μή· καὶ τὸ πιστεύειν, ἢ ἀπιστεῖν· διὰ γ' οὖν τὸ ἑκατέρου τῶν ἀντικειμένων ἐπ' ἴσης εἶναι ἡμᾶς κυρίους, δυνατὸν εὑ-*

ρίσκεται το ἐφ' ἡμῖν. καὶ δὴ αἱ ἐντολαὶ οἷαί τε γενέσθαι, καὶ μὴ γενέσθαι ὑφ' ἡμῶν); VI, 16, 808 (*τὴν προαιρετικὴν δὲ τὸ ἡγεμονικὸν* — fcil. *τῆς ψυχῆς* — *ἔχει δύναμιν, περὶ ἣν ἡ ζήτησις καὶ ἡ μάθησις καὶ ἡ γνῶσις*), al., fed fine Dei gratia non fatis validum (Str. V, 1, 647; 13, 696), etfi vim Deus hominibus minime infert (Qu. div. falv. 10, 940: *Οὐ γὰρ ἀναγκάζει ὁ θεός, βία γὰρ ἐχθρὸν θεῷ, ἀλλὰ τοῖς ζητοῦσι πορίζει, καὶ τοῖς αἰτοῦσι παρέχει, καὶ τοῖς κρούουσιν ἀνοίγει*, et 21, 947: „Et hoc rurfus magnae fapientiae plenum eft, iccirco nimirum, quod homo ipfe a fe fuaque virtute operam ponens, ftudensque ac laborans, ut compreffis affectibus tranquilli animi fiat, nihil inde praeftat; fin autem ejus defiderio vehementius inardefcat diligentiamque omnem adhibeat, adjuncta illi divina virtute evadet votorum compos; Deus namque volentibus animis afpirat. Sin autem a coepta animi alacritate abscefferint, etiam datus a Deo fpiritus contrahitur. Invitis enim falutem afferre, ejus eft, qui vim afferat; volentibus autem libero animi propofito, ejus, qui liberaliter indulgeat"). *Αὐτίκα τῇ τοῦ θεοῦ βουλήσει μάλιστα ἡ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν προαίρεσις ὑπακούει* (Str. VI, 17, 821. 2). Ad hanc de libero arbitrio doctrinam Clemens pervenit primum reputando fecum, „fine libera appetendi et abstinendi poteftate nec laudes, nec vituperationes, nec honores, nec fupplicia jufta effe" (Str. I, 17, 368; IV, 24, 633), deinde vero etiam fcripturae facrae dictis (Str. II, 4, 434: *Ἡμεῖς δέ, οἱ τὴν αἵρεσιν καὶ φυγὴν* — poteftatem eligendi et vitandi — *δεδόσθαι τοῖς ἀνθρώποις αὐτοκρατορικὴν παρὰ τοῦ κυρίου διὰ τῶν γραφῶν παρειληφότες* cet.).

De *προϋπάρξει* five praeexiftentia animorum Clementis fententia dubia multis videtür. Haec vera videntur: Animus in corpus immittitur (Str. VI, 16 808: *Ἐπεισκρίνεται δὲ ἡ ψυχή, καὶ προεισκρίνεται τὸ ἡγεμονικόν, ᾧ διαλογιζόμεθα, οὐ κατὰ τὴν τοῦ σπέρματος καταβολὴν γεννώμενον*· Prophet. eclog. 50, 1001: „. . . Hanc ob caufam fteriles funt fteriles, quafi non infundatur anima, quae femen conjectum colligat"), idque coelitus (Str. IV, 26, 640: *Οὔκουν οὐρανόθεν καταπέμπεται δεῦρο ἐπὶ τὰ ἥττω ψυχή*· Qu. div. f. 33, 954; itaque Photius cod. CIX. p. 258 verbis: *ἔτι δὲ με-*

σεμψυχώσεις .. *τερατεύεται*, migrationem animi ex coelo in corpus videtur ſignificare), et ab iſto demum tempore ſui conſcientiam accipit (Prophet. eclog. 17, 993 — ſi hoc genuinum eſt Clementis dictum —: „Deus quidem nos creavit, cum prius non eſſemus. Oportuit enim et nos ſcire, ubi eramus, ſi modo prius fuiſſemus, et quomodo et quam ob cauſam hunc in mundum venerimus"). Conſtat igitur, a Deo datum nobis eſſe animum; neque enim ipſe Deus eſt animus (Str. II, 16, 467. 8: „Deus autem nullam habet in nos naturalem habitudinem ſeu relationem (*σχέσιν*), ut volunt haereſium conditores; neque ſi, ex nihilo omnia produxerit, nec ſi ex praeexiſtente materia fecerit; quandoquidem illud quidem ne omnino quidem eſt, haec vero eſt a Deo diverſa in omnibus; niſi quis nos ejus eſſe partem et ejusdem cum Deo eſſentiae auſit dicere. Neſcio autem, quomodo quis, qui Deum novit, aequo hoc audire animo poſſit, ſi reſpiciens ad noſtram vitam, in quot verſemur malis, conſideret. Sic enim, quod nefas eſt dicere, Deus peccaret in quibusdam partibus, ſiquidem partes ſunt totius partes et totum complent. Eſt autem in nos copioſa Dei miſericordia, qui nihil ad eum attinemus, vel eſſentia noſtra, vel natura, vel propria noſtrae eſſentiae facultate, ſed eo tantum, quod ſimus opus ejus voluntatis.").

Accepit homo imaginem Dei (Geneſ. I, 26). *Τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν* (Str. II, 19, 488) .. *οὐ τὸ κατὰ σῶμα μηνύεται· οὐ γὰρ θέμις θνητὸν ἀθανάτῳ ἐξομοιοῦσθαι· ἀλλ' ἡ κατὰ νοῦν καὶ λογισμόν· ᾧ καὶ τὴν πρὸς τὸ εὐεργετεῖν καὶ τὴν πρὸς τὸ ἄρχειν ὁμοιότητα προςηκόντως ὁ κύριος ἐνσφραγίζεται.* Diſtinguere autem Clemens videtur imaginem inter et ſimilitudinem Dei his verbis (Str. II, 22, 499): „An non ſic quidam e noſtris illud ad imaginem ſtatim in ortu accepiſſe hominem, ad ſimilitudinem autem per perfectionem poſtea eſſe accepturum intelligunt?" Alibi imaginem Dei in eo ponit, quod, cum ὁ *λόγος* imago ſit Dei, homo ſit *τοῦ λόγου* (Coh. 10, 78), et Paed. II, 10, 220 dicere ſuſtinet: *Εἰκὼν ὁ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ γίνεται, καθὸ εἰς γένεσιν ἀνθρώπου ἄνθρωπος συνεργεῖ.* Quamquam autem ſententiam de imagine Dei in homine expreſſa Clemens praecipue

fovit, id faltem in aperto eft, negaffe ipfum, imaginem iftam nunc plane effe corruptam. Neque id mirum eft, cum narrationi de Adamo fuas Clemens opiniones intulerit. Ait quidem literae fcripturae f. convenienter Paed. I, 3, 101: *Τὰ μὲν ἄλλα κελεύων μόνον πεποίηκεν, τὸν δὲ ἄνθρωπον δι' αὐτοῦ ἐχειρούργησεν καί τι αὐτῷ ἴδιον ἐνεφύσησεν·* tamen Str. V, 11, 689. 90 paradifum allegorice intelligit de mundo arboremque vitae de intelligentia. Photius infuper haec refert biblioth. cod. CIX. p. 285: *Καὶ ἐκ τοῦ Ἀδὰμ τὴν Εὔαν, οὐχ ὡς ὁ ἐκκλησιαστικὸς λόγος βούλεται, ἀλλ' αἰσχρῶς τε καὶ ἀθέως ἀποφαίνεται.* De integra, qua Adamus fuit, conditione, haec Clemens docet Str. VI, 12, 788: „Qua ratione folvitur ea dubitatio, quae ab haereticis adverfus nos movetur: utrum perfectus formatus fit Adamus, an imperfectus? fi imperfectus, quomodo perfecti Dei imperfectum eft opus et maxime homo? fin autem perfectus, quomodo transgreditur praecepta? Audient enim a nobis, perfectum quidem eum non fuiffe creatum, fed aptum ad fuscipiendam virtutem; multum autem ad virtutem refert, factum effe aptum ad eam acquirendam," et Str. IV, 23, 632: „Homo quispiam characterem fuscipit ex forma animae infita ex iis, quae elegerit. Qua ratione Adamum quoque dicimus fuiffe perfectum, quod attinet ad formationem; nihil enim ei defuit ex iis, quae homini formae et fpeciei characterem tribuunt. Ille autem dum fieret, accepit perfectionem, et juftificatus eft per obedientiam; hoc erat, quod in virum crefcebat, nempe id, quod in ejus poteftate erat fitum feu liberum arbitrium (*τοῦτο ἦν ἀπανδρούμενον, τὸ ἐπ' αὐτῷ κείμενον*). Quod autem elegerit atque adeo quod vetitum elegerit, non eft culpa in Deum, fed in eligentem conferenda." Ita vix alia Adamum primo vixiffe conditione nofter cenfet, quam pofterorum infantes.

De Adami lapfu haec dicit: „Quid Adamo profuit (Str. II, 19, 481) talis ejus nobilitas, et quod ejus nullus effet pater mortalis, ipfe autem pater hominum, qui funt generatione propagati? Turpia quidem ille prompto et alacri animo delegit, uxorem fequens; vera autem et honefta neglexit. Quo factum eft, ut vitam immortalem mortali commutaret, licet non in perpetuum." „Malignus ille ferpens (Coh. 1, 7).

Evam olim .. et alios nunc homines in mortem ducit." „Primus homo (ib. 11, 86) olim paradifum incolens, ludebat folutus, quia puerulus erat Dei; poftquam vero fefe fubjecerat voluptati (voluptatem enim innuit ferpens, eo quod ventre repit, terreftre vitium, (*κακία*) *εἰς ὕλας τρεφομένη*), a pravis libidinibus feductus, contumacia adolevit, Deumque patrem fuum, ipfi non parendo, ignominia affecit." „Serpens (Str. III, 17, 559) natura quidem eos (Ad. et Ev.) ficut bruta deduxit ad filiorum procreationem; moti autem funt citius, quam oportuit, fraude inducti, cum adhuc effent juvenes." Hoc peccatum primum eft. Peccant autem (*πᾶν τὸ παρὰ τὸν λόγον τὸν ὀρθὸν τοῦτο ἁμάρτημά ἐστιν*, Paed. I, 13, 158) omnes homines (Paed. III, 12, 307: *Τὸ μὲν γὰρ ἐξαμαρτάνειν πᾶσιν ἔμφυτον καὶ κοινόν*); omnes enim peccare poffunt (Str. II, 15, 463: *Ἡ δὲ ἁμαρτία ἑκούσιος ἀδικία· ἀδικία δὲ ἑκούσιος κακία· ἔστιν οὖν ἁμαρτία ἐμὸν ἑκούσιον*), omnesque ignorantia fua atque imbecillitate ad peccandum ftimulantur (Str. VII, 16, 894: *Δύο εἰσὶν ἀρχαὶ πάσης ἁμαρτίας, ἄνοια καὶ ἀσθένεια· ἄμφω δὲ ἐφ' ἡμῖν, τῶν μήτε ἐθελόντων μανθάνειν, μήτε αὖ τῆς ἐπιθυμίας κρατεῖν. τούτων δὲ δι' ἣν μὲν οὐ καλῶς κρίνουσι· δι' ἣν δὲ οὐκ ἰσχύουσι τοῖς ὀρθῶς κριθεῖσιν*), quo etiam daemonum infidiae accedunt. *Οὐ λογίζονται δὲ, ὅσαι μὴ κατὰ προαίρεσιν συνίστανται* (fcil. *ἁμαρτίαι*) (Str. II, 15, 463). Credit quidem etiam Clemens, fcripturae f. auctoritate commotus, neminem, ne infantem quidem, effe purum (Str. III, 16, 556), diftinguit vero inter conceptum effe in peccatis et effe in peccatis, improbatque eos, qui malam effe generationem, non folum corporis, fed etiam animi dicant (ib.). Pari ratione de gnoftici fui virtute, ut jam fupra fignificavimus et infra in Clementis ethica defcribenda oftendemus, tam magnifice loquitur, ut ipfum de peccato quod nos dicimus originali et naturali non cogitaffe abunde conftet.

Chriftologia.

De perfona Chrifti.

De natura Chrifti.

Erat ex Clementis fententia Chriftus Deus fimul et homo (cf. Coh. 10, 88. 4: *Πίστευσον ἄνθρωπε ἀνθρώπῳ καὶ θεῷ·*

πίστευσον ἄνθρωπε τῷ παθόντι καὶ προςκυνουμένῳ θεῷ ζῶντι· πιστεύσατε οἱ δοῦλοι τῷ νεκρῷ· πάντες ἄνθρωποι πιστεύσατε μόνῳ τῷ πάντων ἀνθρώπων θεῷ· Paed. I, 7, 132: Ἔτι (cf. Geneſ. XXXII, ubi Jacobus cum viro illo Deo luctatur) ἀνονόμαστος ἦν ὁ θεὸς ὁ κύριος, μηδέπω γεγενημένος ἄνθρωπος), et quidem Deus ὁ λόγος, homo factus (Coh. 1, 7: Νῦν δὴ ἐπεφάνη ἀνθρώποις αὐτὸς οὗτος ὁ λόγος, ὁ μόνος ἄμφω θεός τε καὶ ἄνθρωπος· Paed. I, 2, 99: Θεὸς ἐν ἀνθρώπου σχήματι ἄχραντος, πατρικῷ θελήματι διάκονος, λόγος θεὸς, ὁ ἐν τῷ πατρὶ, ὁ ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, σὺν καὶ τῷ σχήματι θεός· ib. c. 5. p. 112: Τὸν θεὸν τὸν λόγον, τὸν δι' ἡμᾶς ἄνθρωπον γενόμενον, κατὰ πάντα ἡμῖν ἀπεικάζεσθαι βουλόμενον· Paed. III, 1, 251: Λόγος γὰρ αὐτὸς μυστήριον ἐμφανές· θεὸς ἐν ἀνθρώπῳ καὶ ὁ ἄνθρωπος θεός). Neque repugnat huic ſententiae, quod Paed. I, 7, 133 Chriſtus μυστικὸς ἄγγελος nominatur i. e., ut mihi quidem videtur, legatus Dei divinam ſuam majeſtatem occultans. Finem, propter quem Chriſtus Deus ſimul et homo fuerit, indicat Cl. Coh. 1, 8 et Paed. I, 3, 101, quos infra locos trademus. De mutua divinae humanaeque naturarum ratione tacet, praeterquam quod comparat λόγον margaritae, in concha (carne) incluſae (Paed. II, 12, 241 et fragm. e Nicetae catena in Matth. XII, 46 ap. Potterum p. 1014) corpusque feneſtrae, per quam dominus oſtentus ſit (Paed. I, 5, 111), et rhetorice: Ζῶν γὰρ, ait (Coh. 2, 23), ὁ λόγος, καὶ συνταφεὶς Χριστῷ, συνυψοῦται θεῷ. Corpus Chriſti habuit Clemens verum Docetarumque (quos haereticis annumerat Str. VII, 17, 900) opiniones rejecit; neque tamen corpus illud nihilo a noſtro differre cenſuit, quippe habitaculum Dei ab ipſo aſſumptum, quod per ſe quidem minime alius eſt naturae, quam noſtrum, ſed ita a Deo purgatum, ut ſit ſine omni impuritate et indigentia (exemplum ad imitandum gnoſtico propoſitum). Hanc ſententiam praeter eos locos, ubi hiſtoria vitae Jeſu Chriſti exponitur, haec dicta conſtituunt: Coh. 10, 86: Ὅτε ὁ λόγος τοῦ ἀνθρώπου προςωπεῖον ἀναλαβὼν καὶ σαρκὶ ἀναπλασάμενος τὸ σωτήριον δρᾶμα τῆς ἀνθρωπότητος ὑπεκρίνετο, et Str. VI, 9, 775: „Talis eſt gnoſticus, ut in eum eae ſolae cadant affectiones, quae ſunt ad conſervationem cor-

poris necessariae, nempe fames, sitis et similia. Sed in servatore corpus ut corpus necessaria postulare ministeria, ut in vita permaneat, fuerit ridiculum. Comedebat enim non propter corpus, quod sancta virtute continebatur, sed ne eis, qui cum eo versabantur, in mentem veniret de eo aliter sentire, sicut postea quidam existimarunt eum apparuisse visione et phantasmate. Ipse autem prorsus passionis erat expers, ut quem nullus subiret motus affectionis, neque voluptas, nec dolor." Locum autem Paed. I, 5, 112: ἀνέστη γὰρ μετὰ τὴν κηδείαν ὁ Ἰησοῦς μὴ παθών nemo, qui integre judicat, neque contextum negligit, ad Docetarum doctrinam pertinere dicere potest (quamquam Münscherus Dogmengesch. II, 176 id dicere malit); nam nonnisi de divina hic Clemens loquitur Jesu natura (quae scilicet nihil passa erat), minime vero de corpore, id quod ex eo apertum est, quod ipsum nostrum locum haec praecedunt verba: ἀλλὰ καὶ τοῦ κυρίου τὴν θεότητα αἰνίττεται (ὁ Ἰσαὰκ), μὴ σφαγείς. Quod reliquum est, quod Photius dicit (biblioth. cod. CIX. p. 285), Clementem docuisse in Hypotyposibus, μὴ σαρκωθῆναι τὸν λόγον, ἀλλὰ δόξαι, in operibus, quae Clementis supersunt, nequaquam confirmatur.

De vita Jesu Christi terrestri haec imprimis ex Clemente notatu digna sunt. Chronologiam de Christi anno dieque natali, vita et morte exponit Clemens Str. I, 21, 405 sqq., quam h. l. praeterimus. Paed. I, 6, 123: „Mulieres," ait, „praegnantes, cum matres factae fuerint, lac emittunt. Dominus autem Christus, fructus virginis, non beata duxit ubera feminea, nec ea ad nutrimentum delegit; sed cum amans et benignus pater verbum impluisset, ipsum jam spiritale alimentum factum est bonis hominibus." Jesum deformem fuisse corpore, dicit Str. III, 17, 559 („Quomodo autem, quae est in ecclesia nostra, oeconomia ad finem perduci potuisset absque corpore, cum etiam ipse, qui est caput ecclesiae, in carne quidem informis et specie carens vitam transiit, ut doceret nos respicere ad naturam divinae causae informem et incorpoream"), id quod concludere videtur ex Jesai. LIII, 2 Str. II, 5, 440. De sollicitatione Christi Prophet. eclog. 53, 1002 haec habet: Ὁ διάβολος ᾔδει ἐλευσόμενον τὸν

κύριον· εἰ δὲ θεὸς αὐτὸς εἴη, οὐκ ἠπίστατο· διὸ καὶ ἐπείραζεν αὐτὸν, ἵνα γνῷ εἰ δυνατός ἐστιν. Non amplius uno anno Christum docuisse Clemens dicit Str. I, 21, 407, hoc Jesaiae LXI, 1. 2 dicto commotus: Ἐνιαυτὸν δεκτὸν κυρίου κηρύξαι ἀπέστειλέν με. Cur uxorem non duxerit Christus, caussam hanc Clemens tradit (unde simul manifestum est, Clementem censuisse, Christum tanquam hominem verum esse filium Dei, cum ipso λόγον non esse per baptisma conjunctum, sed ipsum λόγον esse genitum) Str. III, 6, 533: Πρῶτον μὲν γὰρ τὴν ἰδίαν νύμφην εἶχεν, τὴν ἐκκλησίαν· ἔπειτα δὲ οὐδὲ ἄνθρωπος ἦν κοινὸς, ἵνα καὶ βοηθοῦ τινος κατὰ σάρκα δεηθῇ· οὐδὲ τεκνοποιήσασθαι ἦν αὐτῷ ἀναγκαῖον ἀϊδίως μένοντι, καὶ μόνῳ υἱῷ θεοῦ γεγονότι.

De opere Christi.

Quaerimus primum, quibus in rebus de sententia Clementis cernatur opus Christi, quidque eo nobis Christus paraverit. Respondet: Cernitur in institutione, exempli propositione et expiatoriae mortis perpessione. Longe plurima de institutione verba facit, veluti Coh. 1, 7: Παρ' οὗ τὸ εὖ ζῆν ἐκδιδασκόμενοι, εἰς ἀΐδιον ζωὴν παραπεμπόμεθα. Ib. 6, 59: „Neque enim sol unquam verum Deum ostendet, sed verum verbum, quod est animae sol, per quem solum mentis nostrae oculus illustratur, ubi primum interiorem ejus recessum irradiavit." Ib. p. 68: Ἡ σοφία, ἥ ἐστιν ὁ λόγος αὐτοῦ, ἀνορθοῖ ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. Str. V, 1, 647: „Cum ad ea, quae sunt comprehendenda, imbecillis esset anima et divino magistro egeremus, demittitur Servator, boni possessionis (τῆς ἀγαθοῦ κτήσεως) et doctor et suppeditator, arcanum magnae providentiae sanctumque signum et indicium;" Str. VII, 2, 831: Ὁ διδάσκαλος οὗτος ὁ παιδεύων μυστηρίοις μὲν τὸν γνωστικὸν, ἐλπίσι δὲ ἀγαθαῖς τὸν πιστὸν, καὶ παιδείᾳ τῇ ἐπανορθωτικῇ δι' αἰσθητικῆς ἐνεργείας τὸν σκληροκάρδιον. Isto munere prophetico jam inde a mundo condito (etsi, quod per se patet, minus ante apparitionem suam) Christus functus est (Str. VI, 7, 769: „Porro autem te quoque deduco ad primum ortum hominum, et illinc incipio quaerere, quis fuerit magister. Nullus quidem ex ho-

minibus, nondum enim didicerant. Sed nec aliquis ex angelis; neque enim quomodo indicant angeli quatenus angeli, ita audiunt homines. Minime enim quomodo ſunt nobis aures, ita eſt illis lingua; neque inſtrumenta vocis quis dederit angelis, labra inquam, et quae juxta ea ſita ſunt, et guttur, et arteriam et viſcera, et ſpiritum et aërem, qui pulſatur. Multnm autem abeſt, ut Deus inſonet ſanctitate, quae adiri non poteſt, qui ipſe quoque ſeparatus eſt ab archangelis. Jamvero angelos quoque accepimus didiciſſe veritatem, et qui eis praeſunt principatus; ortum enim habuere. Reſtat ergo, ut aſcendentes eorum quoque deſideremus doctorem. Quoniam autem unum eſt ingenitum, Deus omnipotens, unum eſt etiam praegenitum ... primogenitus filius.. Is dictus eſt ſapientia ab omnibus prophetis. Is eſt magiſter omnium, quae orta ſunt, Dei conſiliarius, qui praeſcivit omnia. Is autem ab alto (*ἄνωθεν*) a prima mundi conſtitutione multifariam multisque modis et docuit et perficit"). De exemplo Chriſti divino maximeque ſalutari haec Clemens habet: Coh. 1, 8: *Ναί φημι, ὁ λόγος ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος γενόμενος, ἵνα δὴ καὶ σὺ παρὰ ἀνθρώπου μάθῃς, πῇ ποτε ἄρα ἄνθρωπος γένηται θεός.* Str. VII, 2, 833: *Αἰσθητὴν δὲ ἀναλαβὼν σάρκα, τὸ δυνατὸν ἀνθρώποις κατὰ τὴν ὑπακοὴν τῶν ἐντολῶν δείξων ἀφίκηται* (rectius, inquit Sylburgius, *ἀφῖκται* vel ſaltem *ἀφίκετο*). Cf. Paed. I, 3, 101: *Πάντα ὀνίνησιν ὁ κύριος, καὶ πάντα ὠφελεῖ, καὶ ὡς ἄνθρωπος, καὶ ὡς θεός· τὰ μὲν ἁμαρτήματα ὡς θεὸς ἀφιεὶς, εἰς δὲ τὸ μὴ ἐξαμαρτάνειν παιδαγωγῶν ὡς ἄνθρωπος.* Per ipſius mortem a Chriſto victum eſſe Clemens dicit diabolum et mortem Coh. 11, 86: „Quanta vis erat voluptatis? Homo, qui ob ſimplicitatem fuerat ſolutus, inventus eſt peccatis ligatus. Eum cum vinculis liberare vellet dominus, carnem induit (o divinum myſterium!), ſerpentem hunc devicit, tyrannum, h. e. mortem, in ſervitutem redegit, et, quod maxime praeter opinionem contigit, illum hominem, qui ſeductus ab illecebris voluptatis et corruptioni illigatus fuerat, explicatis manibus ſolutum oſtendit. O mirabile myſterium! Succubuit quidem dominus" (ſcil. morte), „homo autem ſurrexit" (i. e. quia Chriſtus mortuus eſt, homo ſurrexit),

„et qui cecidit ex paradiso, majus obedientiae praemium, coelum accipit" *).

---

*) Ne ipsam tractationem nostram interrumpamus, h. l. quae de descensu Christi ad inferos Clemens memorabilia habet, inducimus. Ait enim Str. VI, 6, 762 sqq.: „Iis (hominibus, qui ante Christum vixerant), qui erant justi ex lege, fides deerat... Iis autem, qui erant justi ex philosophia, non solum opus erat fide in dominum, sed etiam ut discederent a cultu simulacrorum. Jamvero revelata eis veritate, ipsi quoque poenitentia ducti sunt propter ea, quae fecerant. Quamobrem praedicavit dominus iis quoque, qui erant apud inferos... Quis sanae mentis et justorum et peccatorum animas esse existimaverit in una condemnatione injustitiae, injustitiae maculam inurens providentiae? Quid vero, annon significant dominum annunciasse evangelium et iis, qui perierant in diluvio vel potius vincti fuerant, et iis, qui in praesidio continebantur et custodia? Ostensum est autem in secundo Stromate (Str. II, 9, 452), apostolos ad instar domini iis quoque, qui erant apud inferos, annunciasse evangelium. Oportebat enim, ut existimo, sicut hic, ita illic quoque, optimos discipulos esse magistri imitatores, ut unus quidem eos qui erant ex Hebraeis, illi vero gentes ad conversionem deducerent, hoc est eos, qui in justitia quae est ex lege et ex philosophia vixerant quidem, sed non perfecte, verum cum errore et prolapsione vitam transegerant. Hoc enim divinum decebat consilium et providentiam, ut qui in justitia majorem habuere dignitatem et prae ceteris egregie vixerunt, et eorum quae peccarant ducti sunt poenitentia, etiamsi sint in alio loco, cum extra controversiam sint in eorum numero qui sunt Dei omnipotentis, salvi fierent per propriam uniuscujusque cognitionem... Si ergo dominus nulla alia de causa descendit ad inferos, quam ut annunciaret evangelium, sicut certe descendit, aut descendit ut annunciaret omnibus, aut solis Hebraeis. Atque si omnibus quidem, salvi erunt omnes qui crediderint, etiamsi sint ex gentibus, cum jam illic confessi fuerint... Sin autem Christus Judaeis solum annunciavit evangelium, quibus defuit ea, quae est per servatorem agnitio et fides, clarum est utique, cum apud Deum nullus sit personarum respectus, apostolos quoque, sicut hic, ita etiam illic, annunciasse evangelium iis, qui ex gentibus erant apti ad conversionem..., Jamvero in Petri praedicatione dicit dominus ad discipulos post resurrectionem, „„Elegi vos XII discipulos, judicans esse me dignos,"" quos voluit

Totum Christi opus describit Clemens Coh. 1, 6: *Ὀφθαλμοὺς ἀναπετάσαι τυφλῶν, καὶ ὦτα ἀνοῖξαι κωφῶν, καὶ σκάζοντας τὼ πόδε, ἢ πλανωμένους εἰς δικαιοσύνην χειραγωγῆσαι· Θεὸν ἀνθρώποις ἀφραίνουσιν ἐπιδεῖξαι, παῦσαι φθορὰν, νικῆσαι θάνατον· υἱοὺς ἀπειθεῖς διαλλάξαι πατρί.* Omnino igitur etiam Clemente judice reconciliavit Deo Christus homines. Quod praeterea declaratur nominibus, quibus apud Clementem Christus vocatur *ὁ μεσίτης* (Paed. III, 1, 251: *Μεσίτης γὰρ ὁ λόγος, ὁ κοινὸς ἀμφοῖν, θεοῦ μὲν υἱός, σωτὴρ δὲ ἀνθρώπων*), *διαλλακτής, ὁ καθάρσιος* (Coh. 10, 86), *ὁ μέγας ἀρχιερεὺς θεοῦ* (ib. 12, 93) et *ὁλοκάρπωμα ὑπὲρ ἡμῶν ἄπορον θῦμα* (Str. V, 11, 688), illu-

apostolos fieri dominus, fideles ratus esse, mittens in mundum ad annunciandum evangelium hominibus qui sunt in orbe terrarum, ut cognoscant unum esse Deum, per .. Christi fidem futura significantes, ut qui audierint et crediderint, salvi fiant. Qui autem non crediderint, cum audiverint, ferant testimonium, ut qui non possint se excusare dicendo, Non audivimus. Quid ergo? Nonne etiam apud inferos fuit eadem oeconomia ac dispensatio, ut illic quoque omnes animae audita praedicatione aut ostendant poenitentiam, aut propterea quod non crediderunt, justum fateantur esse supplicium? Esset autem non levis iniquitatis, eos qui ante adventum domini excessissent, cum nec eis fuisset annunciatum evangelium, nec in credendo vel non credendo ulla posset in eos culpa conferri, vel salutem assequi, vel puniri. Neque enim fas est illos indicta causa fuisse condemnatos, solis autem eis, qui fuerunt post ejus adventum, frui divina licuisse justitia." Etiam gentiles igitur, ut id h. l. anticipemus, beati fiant necesse est per Christum, qua de re Str. V, 13, 698: *Δεῖ τοίνυν*, ait Clemens, *διὰ Χριστοῦ τὴν ἀλήθειαν μεμαθηκότας σώζεσθαι, κἂν φιλοσοφήσαντες τὴν ἑλληνικὴν φιλοσοφίαν τύχωσιν* (verum etiam jam ante Christum, natum ne prorsus idololatria demergerentur, solem, lunam stellasque Deus ipsis dedit Str. VI, 14, 795). Omnino autem „qui de *λόγῳ* nil unquam audivit, is propter ignorantiam erroris veniam consequitur; qui vero auribus accepit, et consulto tamen incredulam mentem gerit, quo videbitur esse prudentior, eo magis ipsi sua cognitio nocebit, cum ipsa eum prudentia condemnet, quod optimum non elegerit. Est enim alioqui a natura homini insitum, ut ei quaedam sit cum Deo conjunctio" (Coh. 10, 79. 80).

straturque loco Qu. div. s. 37, 956 (*Διὰ τοῦτο* (*ἀγάπην*) *καὶ αὐτὸς* (*ὁ υἱὸς*) *κατῆλθε· διὰ τοῦτο ἄνθρωπον ἀνέδυ· διὰ τοῦτο τὰ ἀνθρώπων ἑκὼν ἔπαθεν, ἵνα πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν οὓς ἠγάπησε μετρηθεὶς, ἡμᾶς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἀντιμετρήσῃ. Καὶ μέλλων σπένδεσθαι καὶ λύτρον ἑαυτὸν ἐπιδιδοὺς, καινὴν ἡμῖν διαθήκην καταλιμπάνει· ἀγάπην ὑμῖν δίδωμι τ' ἐμήν. τίς δέ ἐστιν αὕτη καὶ πόση; ὑπὲρ ἡμῶν ἑκάστου καθῆκε τὴν ψυχὴν τὴν ἀνταξίαν τῶν ὅλων*). Reconciliati autem Deo homines eo ipso acceperunt veniam peccatorum; neque vero pariter omnium. *Ἀφίενται γοῦν* (Str. IV, 24, 633) *πρὸς τοῦ κυρίου αἱ πρὸ τῆς πίστεως* (quae ante apprehensam fidem peccata sunt), *οὐχ ἵνα μὴ ὦσι γενόμεναι, ἀλλ' ὡς μὴ γενόμεναι*. Neque tamen, ut Basilidem dicere Clemens ait, solum involuntaria, sed etiam voluntaria peccata condonantur (ib. p. 634). *Ἰστέον μέν τοι* (ib.), *τοὺς μετὰ τὸ λυτρὸν τοῖς ἁμαρτήμασι περιπίπτοντας, τούτους εἶναι τοὺς παιδευομένους· τὰ μὲν γὰρ προενεργηθέντα ἀφέθη· τὰ δὲ ἐπιγινόμενα ἐκκαθαίρεται*. Cf. Str. II, 13, 460: „Ille ergo ex gentilibus et priore illa vita ad fidem se conferens, remissionem peccatorum semel est consecutus; hic autem, qui etiam postea peccavit, deinde poenitentia ducitur, etiamsi veniam assequatur, debet erubescere, ut qui non amplius lavetur in remissionem peccatorum."

Jamjam si quaerimus (sit enim venia id h. l. tangendi), cuinam haec omnia prodesse voluerit Christus de Clementis sententia, respondet noster: Omnibus (*πῶς δ' ἄν ἐστι σωτὴρ καὶ κύριος, εἰ μὴ πάντων σωτὴρ καὶ κύριος;* Str. VII, 2, 833), etiam Judaeis gentilibusque ante Christu mnatum mortuis (quod supra vidimus in annot. p. 149 sq.) *). Sin autem etiamnum nonnulli salutis participes non fiunt, ea ipsorum est

*) Cf. Adumbratt. in 1 Joh. II, 2. p. 1009, ubi haec Clemens habet: "Non solum autem, inquit, pro nostris peccatis dominus propitiator est, hoc est fidelium, sed etiam pro toto mundo; proinde universos . . salvat, . . . ut omne genu flectatur ei, coelestium, terrestrium et infernorum, hoc est angeli, homines

culpa; „praedestinavit enim Deus, quos justos futuros cognovit ante mundi constitutionem" (Str. VII, 17, 900; cf. Str. V, 14, 734: *Μεταλαμβάνει δὲ τῆς εὐποιΐας ἕκαστος ἡμῶν πρὸς ὃ βούλεται· ἐπεὶ τὴν διαφορὰν τῆς ἐκλογῆς ἀξία* (al. *ἀξίως*) *γενομένη ψυχῆς αἵρεσις τε καὶ συνάσκησις πεποίηκεν*).

Quibus autem conditionibus (vel qua ratione) salutem per Christum paratam imprimisque veniam peccatorum jure amplecti hominibus ex Clementis mente licet? Non gnosin ut conditionem istam in universum omnibus proponere potuit (quamvis Clemente judice statuendum sit, multo meliorem gnosin, quam solam fidem esse salutis conditionem; cf. Str. VI, 12, 791: *Ἠ μὲν οὖν τις ἐστὶ δίκαιος, πάντως οὗτος καὶ πιστός· ἢ δὲ πιστὸς, οὐδέπω καὶ δίκαιος· τὴν κατὰ προκοπὴν καὶ τελείωσιν δικαιοσύνην λέγω, καθ' ἣν ὁ γνωστικὸς δίκαιος λέγεται*, et ib. 15, 801: *Ἡ σωτηρία διά τε εὐπραγίας διά τε γνώσεως παραγίνεται, ὧν ἀμφοῖν ὁ κύριος διδάσκαλος*), sed unde perfectiorum gnosis proficiscitur, fidem. Accedit vero, quod si de fide tanquam salutis contitione noster loquitur, non objectivam, sed subjectivam intelligere solet ideoque eam a gnosi non diserte separat. Ita patriarchas fide ad salutem pervenisse contendit Str. VI, 6, 762, et Paed. I, 6, 115: *Πίστις*, ait, *μαθήσεως τελειότης· διὰ τοῦτο φησίν· ὁ πιστεύσας εἰς τὸν υἱὸν ἔχει ζωὴν αἰώνιον*, ibidemque p. 116: *Μία καθολικὴ τῆς ἀνθρωπότητος σωτηρία ἡ πίστις.* (Fides autem pendet a nostra voluntate; *οἱ πεπιστεύκαμεν*, inquit ib. p. 118, *ἑκουσίῳ προαιρέσει σωζόμενοι.* Cf. Str. VII, 3, 837; Qu. div. salv. 10, 940). Per se vero patet, hanc fidem vivam, non mortuam esse oportere. Enimvero fidei verae fructus est poenitentia, de qua haec Clemens docet: Str. II, 6, 443: „Fidei opus est poenitentia. Nisi enim quis crediderit, esse peccatum, quo prius tenebatur, ab eo non dimovebitur." Ib. c. 13. p. 459: „Continuae et se vicissim excipientes pro-

---

et animae, quae ante adventum ejus de hac vita migravere temporali."

pter peccata poenitentiae nihil differunt ab iis, qui omnino non crediderunt, praeterquam in eo solo, quod se peccare senserunt; neque scio, utrum sit deterius, prudentemve ac scientem peccare, an cum pro iis, quae peccavit, poenitentia ductus fuerit, rursus peccare." Ib. c. 15. p. 466: *Ἡ συγγνώμη δὲ οὐ κατ' ἄφεσιν, ἀλλὰ κατ' ἴασιν συνίσταται.* „Poenitentium autem (Str. IV, 6, 680) duo sunt ordines, quorum alter, qui multo frequentior est, timore poenae factis suis debitae ducitur, alter vero, qui magis est singularis, ex conscientia factorum afficitur interna animae verecundia;" ipsaque, alia vero ratione, duplex est poenitentia, „una quidem communio, propterea quod peccaverit; altera vero, cum peccati naturam didicerit, primo loco persuadet ab ipso desistere peccato, cui est consequens, ut non peccet." Pariter fides vera (praesertim Clementi, gnostico — gnosis enim etiam agendi rationem comprehendit) est *μεγίστη ἀρετῶν μήτηρ* (Str. II, 5, 441), quaeque scriptura sacra nititur, sanctificat, quia scriptura s. *ἱεροποιεῖ καὶ θεοποιεῖ* (Coh. 9, 71), sicuti etiam spiritu sancto fideles imbuit (Str. VI, 16, 808; 17, 821: *Ἴδιόν ἐστιν ἐκεῖνο, καὶ τῷ ὄντι κύριον καὶ ἡγεμονικὸν, ὃ ἐπὶ πᾶσι προςλαμβάνει μετὰ τὴν βεβαίαν πίστιν ἅγιον κατ' ἐπισκοπὴν ὁ πιστεύσας πνεῦμα*). Bona opera igitur fidem sequi oportet, qua de re dixit Clemens: *Ἡ τοῦ λόγου ὑπακοὴ, ἣν δὴ πίστιν φαμὲν* (Paed. I, 12, 159). *Ἤδη δὲ ἡ πίστις, εἰ καὶ ἑκούσιος τῆς ψυχῆς συγκατάθεσις, ἀλλὰ ἐργάτις ἀγαθῶν, καὶ δικαιοπραγίας θεμέλιος* (Str. V, 13, 697). „Quando audierimus, Fides tua te salvam fecit, non accipimus eum dicere absolute eos salvos futuros, qui quomodocunque crediderint, nisi opera quoque fuerint consecuta" (Str. VI, 14, 794). *Πίστις οὖν τὸ εἰδέναι τὸν θεὸν, ἡ πρώτη μετὰ τῆς τοῦ σωτῆρος διδασκαλίας τὴν πεποίθησιν, τὸ κατὰ μηδένα τρόπον ἄδικα δρᾷν, τοῦτ' εἶναι πρέπον ἡγεῖσθαι τῇ ἐπιγνώσει τοῦ θεοῦ* (Str. VII, 2, 831). Annumerat Clemens bonis hisce operibus, quae e fide proficiscantur necesse sit, imprimis eleemosynam (*ἐλεημοσύναις καὶ πίστεσι* (Glaubenserweisen; itaque vertas: „eleemosynis aliisque e fide profectis bonis operibus;" Münscherus Dogmengesch. II, 279 non satis recte *πίστεσι* vertit Erweisung der Treue) *ἀποκαθαίρονται αἱ ἁμαρτίαι* Str. II,

15, 466) et martyrium *) (*ἔοικεν οὖν τὸ μαρτύριον ἀποκάθαρσις εἶναι ἁμαρτιῶν μετὰ δόξης* Str. IV, 9, 596) — de quo in capite ethico pluribus differemus. Haec igitur via eft, a Deo ad falutem homini patefacta, in qua ut recte incedat, gratia divina ipfi opus eft. Quaeritur, quamnam de gratia fententiam Clemens foverit. Ut nunc omittamus, quae feparatim hac de re dixerit, jam ex eis, quae hactenus expofuimus, fententiam ipfius fingere nobis poterimus. Natura, ait, humana eadem etiam nunc eft, qualem Deus creavit, peccando quidem fuâ culpâ obnoxia, neque tamen originis quod dicitur peccato ita depravata, ut ad veram virtutem progredi nequeat. Potius libero homo arbitrio praeditus eft aut bonum eligendi peragendique aut malum. Hoc ut apprehendat, adjuvatur a daemonibus, illud ut perficiat, a Deo omnium fonte bonorum. (De gratia divina per fpiritum fanctum regenerationem operante apud Clementem rarius (v. c. Str. II, 13, 460) fermo eft.) — Multis haec demonftravit Münfcherus l. l. II, 292 fqq. Nos, fuperiore anthropologiae tractatione nitentes, paucos tantummodo locos trademus. Str. VI, 12, 788: *Ἡμᾶς δέ,* inquit, *ἐξ ἡμῶν αὐτῶν βούλεται (ὁ Θεὸς) σώζεσθαι· αὕτη οὖν φύσις ψυχῆς, ἐξ ἑαυτῆς ὁρμᾷν.* Str. VII, 3, 837: *Ὅτι τὸ πιστεύειν καὶ πείθεσθαι ἐφ' ἡμῖν.* Attamen de Clementis fententia fine Deo folus homo nihil boni efficit. (Gratiam illam fpiritus fancti a Clemente non fatis celebrari, oftendunt argumenta, quibus refutat haereticae notae gnofticos, qui fidem naturale quid habebant, v. c. Str. V, 1, 645.) Ita Str. V, 1, 647: „Neque," ait, „fieri poteft, ut fine noftro animi propofito confequamur, neque univerfum eft pofitum in noftra voluntate, quale eft quod eft eventurum; gratia enim fervamur, fed non absque bonis operibus... Oportet mentem habere fanam et quae nulla retardetur poenitentia a pulcri venatione, ad quod quidem maxime divina opus habemus gratia, rectaque doctrina, caftaque et munda animi affectione

*) De multitudine martyrum Clemens Str. II, 20, 494: *Ἡμῖν δέ,* ait, *ἄφθονοι μαρτύρων πηγαὶ ἑκάστης ἡμέρας ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν θεωρούμεναι, παροπτωμένων, ἀνασκινδαλευομένων, τὰς κεφαλὰς ἀποτεμνομένων.*

et patris ad ipsum attractione." Et Str. VII, 7, 860: „Clarum est, a Deo, bonam bonorum virorum naturam et sanctum institutum honorante, iis, qui bene vivere constituerunt, vires inspirari ad reliquam salutem, alios quidem solum adhortante, aliis vero, qui ex se digni evaserunt, opem ferente... Quemadmodum enim medicus praebet sanitatem iis, qui ipsi cooperantur ad sanitatem; ita etiam Deus aeternam salutem iis, qui cum eo cooperantur ad cognitionem et ad bonas actiones" („qui se ipsos dignos praebuerint propter puritatem" Str. VII, 12, 880).

Gratiae divinae specimina sunt instituta sacramentorum atque ecclesiae.

Baptisma miro modo illuminat, purificat Deoque hominem reconciliat. „Hoc ipsum," Paed. I, 6, 133 Clemens ait, „nobis quoque evenit, quorum fuit exemplar dominus" (comparationem istam ita Clemens videtur intellexisse: Uti in Christo baptisma momentum erat temporis, ex quo opus suum salvatorium incepit, quasi novus igitur ab isto inde tempore homo quoad operationem, ita nos quoque post baptisma novi quasi homines evadimus). „Tincti," pergit, „illuminamur, illuminati in filios adoptamur, adoptati perficimur, perfecti immortales reddimur... Multis autem modis vocatur hoc opus, gratia, illuminatio, perfectum et lavacrum; lavacrum quidem, per quod peccata abstergimus; gratia, qua remittuntur poenae, quae peccatis debentur; illuminatio, per quam sanctam illam et salutarem lucem intuemur, hoc est per quam Deum perspicimus; perfectum autem dicimus, cui nihil deest." Ib. p. 116: „Vincula tenebrarum quam celerrime remittuntur, humana quidem fide, divina vero gratia; cum nimirum remittuntur peccata uno medicamento Paeonio, nempe baptismo secundum verbum. Omnia ergo peccata eluimus, et e vestigio mali non sumus amplius. Una enim est haec gratia illuminationis, quod non sunt iidem mores, qui erant antequam lavaremur." Ib. p. 117: „Peccatorum nostrorum moti poenitentia, delictis renunciantes, baptismo percolati (διυλιζόμενοι), ad aeternam quoque lucem recurrimus, filii ad patrem." Pios homines ante Christum natum mortuos ab apostolis (quos diserte, uti supra vidi-

mus, evangelii apud inferos annunciatores alibi nominat) esse baptizatos, hanc sententiam eo, quod Hermam ejus auctorem Str. II, 9, 452 laudat, ipse videtur comprobare. **Baptisma haereticorum** autem e dicto quodam Salomonis Str. I, 19, 375 colligit *οὐκ οἰκεῖον καὶ γνήσιον ὕδωρ* esse.

Sacrae coenae typum jam Melchisedecus protulisse dicitur pane et vino Str. IV, 25, 637. Vinum (non eucharistiae, sed universe) Clementi est *μυστικὸν σύμβολον αἵματος ἁγίου* (Paed. II, 2, 184), et, ubi de eucharistia loquitur (ib. p. 186), dicit: *Καὶ εὐλόγησέ γε τὸν οἶνον, εἰπών· λάβετε, πίετε· τοῦτό μου ἐστὶν τὸ αἷμα, αἷμα τῆς ἀμπέλου· τὸν γὰρ λόγον, τὸν περὶ πολλῶν ἐκχεόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εὐφροσύνης ἅγιον ἀλληγορεῖ νάμα*, quae verba dogmatice nihil constituunt. Neque locus Paed. I, 6, 121—127, ubi de verbis Joh. VI, 52 allegorias effatur, certiores nos reddit. Restat locus obscurior Paed. II, 2, 177. 178: *Διττὸν τὸ αἷμα τοῦ κυρίου· τὸ μὲν γάρ ἐστιν αὐτοῦ σαρκικὸν, ᾧ τῆς φθορᾶς λελυτρώμεθα· τὸ δὲ πνευματικὸν, τουτέστιν ᾧ κεχρίσμεθα. καὶ τοῦτ' ἔστι πιεῖν τὸ αἷμα τοῦ Ἰησοῦ, τῆς κυριακῆς μεταλαβεῖν ἀφθαρσίας· ἰσχὺς δὲ τοῦ λόγου τὸ πνεῦμα, ὡς αἷμα σαρκός. ἀναλόγως τοίνυν κίρναται, ὁ μὲν οἶνος τῷ ὕδατι, ᾧ δὲ ἀνθρώπῳ τὸ πνεῦμα. καὶ τὸ μὲν εἰς πίστιν* (Münscherus l. l. II, 387 propter sequentia mavult *πότον*) *εὐωχεῖ τὸ κρᾶμα· τὸ δὲ εἰς ἀφθαρσίαν ὁδηγεῖ τὸ πνεῦμα· ἡ δὲ ἀμφοῖν αὖθις κρᾶσις, ποτοῦ τε καὶ λόγου Εὐχαριστία κέκληται, χάρις ἐπαινουμένη καὶ καλή· ἧς οἱ κατὰ πίστιν μεταλαμβάνοντες ἁγιάζονται καὶ σῶμα καὶ ψυχήν· τὸ θεῖον κρᾶμα τὸν ἄνθρωπον, τοῦ πατρικοῦ βουλήματος πνεύματι καὶ λόγῳ συγκίρναντος μυστικῶς· καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς μὲν τὸ πνεῦμα ᾠκείωται τῇ ἀπ' αὐτοῦ φερομένῃ ψυχῇ· ἡ δὲ σὰρξ τῷ λόγῳ, δι' ἣν ὁ λόγος γέγονε σάρξ.* Huic loco in universum hanc sententiam inesse censeo: Dixerat Clemens verbis, quae proxime praecedunt (sicuti etiam Paed. I, 6, 126), in sacra coena, ut mos illius temporis ferebat, vinum aqua temperari. Jam pergit: Christi duplex est sanguis, carnalis et spiritalis. Carnalis respondet aquae, spiritalis vino; utrumque bibunt, qui in sacra coena aquam et vinum bibunt. Jamvero caro est hominis, spiritus *τοῦ λό-*

γου. Sacra igitur coena significat, spiritum (*λογικόν*) dari homini. Atqui homo constat e carne et mente; ergo hominis et caro et spiritus eucharistia sanctificatur. Id praecipue h. l. tenendum, quod, sicut illo loco, quem supra tetigimus, ubi de decalogo allegorizatur, denarius numerus, sic nostro binarius (et depromptus is quidem a duabus rebus, quarum altera alteri praestet) inservit dogmati alicui allegorice demonstrando. Omnino igitur de s. coena haec Clemens videtur docuisse: Panis et vinum sunt signa Christi corporis et sanguinis, eaque mystico modo eos, qui eucharistiae participes fiunt, sanctificantia. Verum caremus accuratiori Clementis expositione hujus dogmatis *).

Finimus Christologiam enucleandis Clementis sententiis de ecclesia. Ecclesia est *ἀστεῖον τι σύστημα καὶ πλῆθος ἀνθρώπων ὑπὸ λόγου διοικούμενον* (*καθάπερ ὁ δῆμος ὑπὸ νόμου*), *ἀπολιόρκητος, ἀτυράννητος ἐπὶ γῆς* (Str. IV, 26, 642), vel *ἄθροισμα τῶν ἐκλεκτῶν* (Str. VII, 5, 846). Est Christi sponsa (Str. III, 6, 533: *Τὴν ἰδίαν νυμφὴν εἶχεν, τὴν ἐκκλησίαν*), alii non jungitur matrimonio (Str. III, 11, 544: *Ἐκκλησία δὲ ἄλλον οὐ γαμεῖ, τὸν νυμφίον κεκτημένη*). Duplex autem est ecclesia, coelestis et terrestris, haec illius imago (Str. IV, 8, 593: *Εἰκὼν δὲ τῆς οὐρανίου ἐκκλησίας ἡ ἐπίγειος*). Ecclesia una esse debet (Paed. I, 6, 123: *Μία δὲ μόνη γίνεται μήτηρ παρθένος. Ἐκκλησίαν ἐμοὶ φίλον αὐτὴν καλεῖν. Γάλα οὐκ ἔσχεν ἡ μήτηρ αὕτη μόνη, ὅτι μόνη μὴ γέγονεν γυνή. παρθένος δὲ ἅμα καὶ μήτηρ ἐστίν· ἀκήρατος μὲν ὡς παρθένος, ἀγαπητικὴ δὲ ὡς μήτηρ. καὶ τὰ αὐτῆς παιδία προςκαλουμένη, ἁγίῳ τιθηνεῖται γάλακτι, τῷ βρεφώδει λόγῳ.* Str. VII, 18, 899: „Ex iis, quae dicta sunt, manifestum esse existimo, unam esse veram ecclesiam, eam quae vere est antiqua, in cujus catalogum referuntur ii, qui sunt justi ex proposito. Nam cum unus sit Deus et unus do-

*) Agaparum — quarum h. l. mentionem injicimus —, tanquam operis operati, immodicam aestimationem Clemens vetat Paed. II, 1, 166 verbis: *Ἐν οὐρανοῖς ἐστιν αὕτη ἡ ἐπουράνιος εὐωχία· ἡ δὲ ἐπίγειος δεῖπνον κέκληται . . δι' ἀγάπην μὲν γινόμενον τὸ δεῖπνον, ἀλλ' οὐκ ἀγάπη τὸ δεῖπνον, δεῖγμα δὲ εὐνοίας κοινωνικῆς καὶ εὐμεταδότου.*

minus, propterea id etiam quod eſt ſumme venerabile, et ex eo quod ſit unicum laudatur, ut quod ſit imitatio principii, quod eſt unum. In unius ergo naturae ſortem cooptatur eccleſia, quae eſt una, quam conantur haereſes in multas diſcindere." Ib. p. 900: *Μία γὰρ ἡ πάντων γέγονε τῶν ἀποστόλων ὥςπερ διδασκαλία, οὕτως δὲ καὶ ἡ παράδοσις*); inſunt vero, quod dolendum eſt, ipſi haereſes, quae nomen gerunt „aliae ex ſingulis hominibus, ut quae appellatae ſunt a Valentino et Marcione et Baſilide, etiamſi glorientur ſe Matthiae opinionem adducere, . . aliae autem ex loco, ut Peratici, alii ex gente, ut Phrygum haereſis, aliae ex operatione ut Encratitarum, aliae ex propriis dogmatis, ut Docitarum et Haematitarum, aliae ex poſitionibus et iis quae ipſae honorarunt, ut qui appellantur Cajaniſtae et Ophiani, aliae vero ex iis, quae nefarie auſae ſunt et perpetrarunt, qui ex Simonianis vocantur Entychitae" (Str. VII, 18, 900); omnes autem bifariam dividi poſſunt; *ἢ ἀδιαφόρως ζῆν διδάσκουσιν, ἢ τὸ ὑπέρτονον ἄγουσαι, ἐγκράτειαν διὰ δυσσεβείας καὶ φιλαπεχθημοσύνης καταγγέλλουσιν* (Str. III, 5, 529). Deſcribit Clemens haereticos, quos Str. III, 12, 547 ſerpenti ſimillimos ad proprias deducere opiniones ait, Str. VII, 16, 890 ſqq.: „Adverſus eccleſiaſticam recalcitrant traditionem. . . Si propheticis (p. 891) quoque ſcripturis uti auſi fuerint qui ſectantur haereſes, primum quidem non omnibus, deinde non perfectis, neque ut dictat corpus et contextura prophetiae; verum eligentes ea, quae dicta ſunt ambigue, traducunt ad proprias opiniones, paucas voces ſparſim carpentes, neque id conſiderantes, quod ex ipſis ſignificatur, ſed ipſa nuda dictione utentes. . . Neque volunt converti ad veritatem, ut quos pudeat ſui in ſeipſos amoris deponere praerogativam; neque ſciunt qua ratione poſſint ſuas ſtabilire opiniones, ſcripturis vim afferentes. Cum autem ad falſa in vulgus proferendum dogmata proceſſerint, cum omnibus fere ſcripturis evidenter pugnantes, et ſemper a nobis, qui contra eos disputamus, confutati, quod reliquum eſt nunc quoque pergunt ſe opponere, partim ex propheticis aliqua non admittendo, partim nos, quaſi ſimus alterius naturae, et quae ſunt illorum propria (p. 892) non poſſimus intelligere, calumniando.

Nonnunquam autem etiam cum convincuntur, sua negant dogmata, aperte confiteri erubescentes quae se seorsum sic docere gloriantur. . . Cum ecclesiasticae cognitionis non didicerint mysteria, neque veritatis perceperint majestatem, ut qui in perscrutando rerum profundo fuerint socordes, et superficie tenus legerint, scripturas valere jusserunt. Inani ergo sapientiae opinione elati, perpetuo litigant, aperte ostendentes, se magis curare ut videantur philosophi, quam ut philosophentur. . . Sicut (p. 893) improbi pueri excludunt paedagogum, ita etiam hi arcent prophetias a sua ecclesia, suspectas eas habentes, propter reprehensionem et admonitionem. Scilicet quam plurima consarciunt mendacia et figmenta, ut jure videantur non admittere scripturas. . . Atque (p. 894) cum sint tres animae affectiones, ignoratio, opinio, scientia (*ἄγνοια, οἴησις, ἐπιστήμη*), qui in ignoratione versantur, sunt gentes, qui in scientia, vera ecclesia, qui in opinione, ii qui sectantur haereses." Valde igitur est cavendum, ne quis in haereses incidat. „Ut oportet virum probum minime esse mendacem, et nihil infirmare eorum quae pollicitus est, etiamsi qui alii pacta transiliant; ita nobis quoque nullo modo convenit transilire regulam ecclesiasticam; maximeque eam quae fit, de rebus maximis professionem nos observamus, illi vero transiliunt" (Str. VII, 15, 887). „Quemadmodum enim si quis fiat bestia ex homine, similiter atque ii, qui fuerant infecti venenis Circes; ita homo Dei esse et domino fidelis esse desiit, qui adversus ecclesiasticam recalcitravit traditionem et in humanarum haereseon desiluit opiniones" (ib. 16, 890). Cf. Str. VII, 17, 897. *Αἱρέσεων ἀφορισθῆναι, ὡς ἀκαθάρτων καὶ ἀθέων, κελεύει προφητικῶς ἡμᾶς* sc. *ὁ θεὸς* (Str. III, 11, 544). Neque tamen efficere haereses possunt, ut christianae religioni diffidatur. „Primum," Clemens dicit Str. VII, 15, 886 sqq., „hoc adversus nos adducunt, dicentes non oportere credere propter (p. 887) dissensionem haeresium; distrahit enim nos ac defatigat etiam ipsa veritas, dum alii alia constituunt dogmata. Quibus respondemus, quod et apud vos Judaeos et apud eos, qui inter Graecos fuere in maxima existimatione philosophos, fuere plurimae haereses; neque tamen ideo dubitandum esse dicitis, quin sit philosophandum, aut

Judaicae haerendum difciplinae, propter eam, quae eft inter fe veftrarum disfenfionem fectarum. Praeterea autem fore ut in veritate feminentur haerefes, velut in frumento zizania, prophetice dictum eft a domino, et fieri non poteft, quin fiat id, quod praedictum eft effe futurum. Hujus autem caufa eft, quod quicquid eft pulchrum fequitur reprehenfio. Num ergo fi quis pacta non obfervaverit, et transgreffus fuerit eam quae fit apud nos profeffionem, propter eum, qui non ftetit fuae profeffioni, abstinebimus nos quoque a veritate?.. Num quispiam aegrotans, et qui ut curetur opus habet, non admittit medicum propter eas quae funt in medicina haerefes? Ita quoque qui anima aegrotat, et eft plenus fimulacrorum vanitate, fanitati fane et ad Deum converfioni nunquam haerefes praetexat... Majori cura opus eft et providentia, ut examinetur, quomodo fit exacte vivendum et quaenam fit vera pietas. Clarum eft enim, quod cum veritas fit ardua et difficilis, propterea certe oriuntur quaeftiones, ex quibus prae nimio fui amore et gloriae cupiditate nafcuntur haerefes eorum, qui non didicerunt, neque vere acceperunt, fed fibi cognitionis fumpfere perfuafionem. Eft ergo nobis majori ftudio et cura perfcrutanda ea (p. 888) quae eft vere veritas, quae fola circa eum qui vere eft Deus verfatur. Laborem autem confequitur dulcis inventio et memoria. Eft igitur labor inveniendi fubeundus propter haerefes, fed non eft omnino deficiendum. Neque enim fi appofitus fit fructus, alter quidem verus et maturus, alter vero factus ex cera quam maxime fimilis, propter fimilitudinem eft abstinendum ab utroque. Simul autem discernendum eft comprehenfiva contemplatione et principali confideratione verum a fpeciofo. Et quemadmodum fi una fit via regia et multae praeterea aliae, quarum aliae ferant in praecipitium, aliae ad fluvium rapide fluentem aut ad mare profundum, non dubitaverit quispiam viam ingredi propter disfenfionem, fed utetur via regia et trita et fejuncta a periculo: ita cum alii alia dicant de veritate, non eft discedendum, fed diligentius eft inquirenda ejus accuratiffima cognitio. Nam cum oleribus hortenfibus una etiam nafcuntur herbae. Num propterea abstinent agricolae a cultura hortorum? Cum igitur habeamus a

natura multa, quae nos incitant, et dant occafionem ad ea quae dicuntur examinanda, etiam veritatis invenire confequentiam debemus." Enimvero dubitare nemo poteft, utra fit vera ecclefia, catholica an haereticorum. „Nam domini quae fuit in adventu doctrina cum coepiffet ab Augufto, medio tempore Tiberii confummatur; apoftolorum ejus doctrina usque ad Pauli miniflerium Neronis tempore confummatur. Inferius autem circa tempora Hadriani imperatoris fuerunt, qui haerefes excogitarunt, et pervenerunt usque ad aetatem Antonini natu majoris" et qu. fq. (Str. VII, 17, 898). *Ὧν οὕτως ἐχόντων* (ib. p. 899), *συμφανὲς ἐκ τῆς προγενεστάτης καὶ ἀληθεστάτης ἐκκλησίας, τὰς μεταγενεστέρας ταύτας καὶ τὰς ἔτι τούτων ὑποβεβηκυίας τῷ χρόνῳ κεκαινοτομῆσθαι παραχαραχθείσας αἱρέσεις* (cf. Str. I, 19, 375: *Αὗται δέ εἰσιν αἱ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀπολείπουσαι ἐκκλησίαν*). Oftendit poftremo Clemens Str. VII, 18, 900 fqq., e myftico fenfu legis de mundis et immundis animalibus Judaeos et haereticos ab ecclefia poffe diftingui.

Ad doctrinam de ecclefia pertinet denique doctrina de falute gentilium, de qua quod Clementi placuit, jam fupra expofuimus, ubi de defcenfu Chrifti ad inferos actum eft.

Efchatologia.

Ubi ftatim poft mortem homines verfaturi fint, non diferte dicit Clemens. Fragmenti ex ipfius libro de anima, quod affervavit nobis Maximus ferm. 53 de anima (ap. Potter. p. 1020) haec funt verba: *Πάντων ἀναπνέουσαι αἱ ψυχαὶ τὸ ζῆν ἔχουσι, κἂν χωρισθῶσι τοῦ σώματος καὶ τὸν εἰς αὐτὸ εὑρεθῶσι πόθον ἔχουσαι, εἰς τὸν τοῦ θεοῦ κόλπον φέρονται ἀθάνατοι· ὡς ἐν χειμῶνος ὥρᾳ οἱ ἀτμοὶ τῆς γῆς ὑπὸ τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων ἐφελκόμενοι φέρονται πρὸς αὐτόν.* (Quibus e verbis id quoque conftat, verfaturas illo tempore hominum animas fine corpore.) Purgabuntur autem animae (minime vero igni terreftri) hoc ftatu, piis feliciori, quam terreftris fuerat. Caftigationibus enim, ut fupra vidimus, de Clementis fententia removenda funt peccata poft baptisma commiffa, et hinc eft, quod tum philofophorum (cf. Str. V, 1, 649; 14, 700), tum, unde illi hanc doctrinam hauliffe dicuntur

(ll. ll.), fcripturae facrae (veluti Jefai. IV, 4 Paed. III, 9, 282; 1 Cor. III, 15) dictis adjutus, haec verba fecerit Str. VI, 14, 794: „Cum per multam difciplinam vitia exuerit fidelis noster, transit" (fcilicet ftatim poft mortem) „ad maximum fupplicium, quod eft melius priori manfione (*ἐπὶ τὴν βελτίονα τῆς προτέρας μονῆς μεγίστην κόλασιν*), inferens fecum proprietatem poenitentiae eorum peccatorum, quae admifit poft baptismum." *Φαμὲν δ' ἡμεῖς* (Str. VII, 6, 851) *ἁγιάζειν τὸ πῦρ, οὐ τὰ κρέα, ἀλλὰ τὰς ἁμαρτωλοὺς ψυχάς· πῦρ οὐ τὸ παμφάγον καὶ βάναυσον, ἀλλὰ τὸ φρόνιμον λέγοντες, τὸ διϊκνούμενον διὰ ψυχῆς τῆς διερχομένης τὸ πῦρ.* Boni tum temporis purgatione illa ad Deum ducentur (Str. VII, 10, 865: „Gnofis nos deducit ad finem interminatum et perfectum, prius docens eam, quae nobis eft futura, Deo convenientem cum diis vivendi rationem, cum ab omni poena et fupplicio fuerimus liberati, quae fustinemus ex peccatis ad falutarem difciplinam. Poft quam redemptionem praemium et honores dantur confummatis, cum ceffaverint quidem a purgatione, ceffaverint autem etiam ab alio quocunque minifterio, quantumvis fancto et inter fanctos; deinde eos qui fuerint mundo corde, in propinquitatem domini evectos, manet perpetuae contemplationis reftitutio et deorum appellantur nomine, qui in iisdem fedibus funt collocati, in quibus alii dii qui funt primi fub fervatore conftituti"), ita tamen, ut gradus fint felicitatis („funt enim apud dominum complures mercedes et manfiones pro ratione vitae hominum" Str. IV, 5, 579; cf. ib. 18, 615. „Cruciatur etiam fidelis — Str. VI, 14, 795 —, cum vel nondum, vel ne omnino quidem ea affequatur, quorum videt alios effe participes. Praeterea autem pudore afficitur ob ea, quae deliquit (quae quidem funt fideli maxima fupplicia). Bona eft enim Dei juftitia et jufta eft ejus bonitas. Et licet ceffaverint cruciatus in implendis quas luunt poenis, et expiandis quae admiffa funt ab unoquoque delictis, habent tamen maximum permanentem dolorem, quod cum fint inventi digni alio ovili, nonuna fint cum iis, qui funt gloria affecti propter juftitiam"), mali vero caftigationibus multo durioribus, etiamfi inviti, ad poenitentiam commovebuntur (Str. VII, 12, 879: „Gnofticus *οἰκτείρων τοὺς μετὰ θάνατον παιδευομένους διὰ*

τῆς κολάσεως ἀκουσίως ἐξομολογουμένους"). Utrumque autem (quod jam ſupra ſignificavimus) illic fiet animabus a corporibus ſolutis (Str. VI, 6, 764: „Sunt enim ſalutares, et quae erudiunt, Dei caſtigationes, adducentes ad converſionem, et potius poenitentiam peccatoris eligentes, quam mortem, idque praecipue cum poſſint animae purius perſpicere, quae ſunt liberae a corporibus (*τῶν σωμάτων ἀπηλλαγμέναι*), etiamſi obſcurentur perturbationibus (*κἂν πάθεσιν ἐπισκοτῶνται*), eo quod non amplius eis ſeſe opponat caro").

Interrumpetur haec animarum poſt mortem conditio interitu mundi viſibilis. Comprobat enim Clemens dicentes, mundum aliquando igni converſum iri (Str. V, 14, 711. 2). Quando finis mundi inſtet, ſignificat Qu. div. ſalv. 36, 955 his verbis: *Εἰσὶν ἤδη τινὲς καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἐκλεκτότεροι . . , οὓς ὁ λόγος φῶς τοῦ κόσμου καὶ ἅλας τῆς γῆς καλεῖ, τοῦτ' ἐστὶ τὸ σπέρμα* (*εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις θεοῦ*; *καὶ τέκνον αὐτοῦ γνήσιον καὶ κληρονόμον*), *ὥςπερ ἐπί τινα ξενιτείαν* (veluti in exilium quoddam) *ἐνταῦθα πεμπόμενον ὑπὸ μεγάλης οἰκονομίας καὶ ἀναλογίας τοῦ πατρὸς, . . . καὶ πάντα μέχρις ἂν ἐνταῦθα τὸ σπέρμα μένῃ, συνέχεται, καὶ συναχθέντος αὐτοῦ* (*σπέρματος*) *ταῦτα τάχιστα λυθήσεται.* (Cf. Neandri S. V. genet. Entwickel. d. gnoſt. S. p. 218.) Quo facto ſubſtantiae materiales nunc mixtae quaeque proprietatem ſuam recipient. Qua de re Str. III, 9, 540: *Γένεσιν δὲ*, ait noſter, *καὶ φθορὰν, τὴν ἐν κτίσει προηγουμένως γίνεσθαι ἀνάγκη, μέχρι παντελοῦς διακρίσεως καὶ ἀποκαταστάσεως ἐκλογῆς, δι' ἣν καὶ αἱ τῷ κόσμῳ συμπεφυρμέναι οὐσίαι τῇ οἰκειότητι προςνέμονται* (cf. Neand. l. l. p. 79).

Jamvero (chiliaſtarum enim opinionibus Clemens non favet, cf. Str. VII, 12, 876: Gnoſticus *τῶν κοσμικῶν, καὶ τοι θείων ὄντων, ἐπαγγελιῶν κατεμεγαλοφρόνησεν*, quae verba fortaſſe illuc ſpectant) reſurrectio animas cum corporibus iterum conjunget, corporibus autem, id quod contendit Clemens, ut neque ſcripturae ſ., neque adverſaretur Platoni terreſtre corpus condemnanti, coeleſtibus. Habebimus „carnem, ut quae per ignem" (i. e. incendium mundi) „reſurgat (*σάρκα ὡς ἀνισταμένην δῆθεν διὰ πυρὸς*), quemadmodum ex corruptione et ſatione frumentum reſurgit" (Paed. I, 6, 125).

L 2

Illa enim in vita corpore terreſtri non amplius erimus vincti (Str. I, 19, 374: *Μετὰ δὲ τὴν τῆς σαρκὸς ἀπόθεσιν πρόςωπον πρὸς πρόςωπον* etc.); coeleſti induti terreſtria deſpiciemus (Paed. I, 4, 103: *Ἐν γὰρ τῷ αἰῶνι τούτῳ γαμοῦσι καὶ γαμίσκονται· ἐν ᾧ δὴ μόνῳ τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος διακρίνεται· ἐν ἐκείνῳ δὲ οὐκέτι· ἔνθα τοῦ κοινωνικοῦ καὶ ἁγίου τούτου βίου τοῦ ἐκ συζυγίας τὰ ἔπαθλα, οὐκ ἄῤῥενι καὶ θηλείᾳ, ἀνθρώπῳ δὲ ἀπόκειται.* Ib. II, 10, 230: *Ἐν γὰρ τῷ αἰῶνι τούτῳ γαμοῦσι καὶ γαμίσκονται· καταργήσαντες δὲ τὰ τῆς σαρκὸς ἔργα, αὐτῇ καθαρᾷ τῇ σαρκὶ ἐπενδυσάμενοι τὴν ἀφθαρσίαν, τὸ πρὸς μέτρον τῶν ἀγγέλων διώκομεν.* Ib. III, 1, 251: *Ὁ δὲ συμπαθὴς θεὸς αὐτὸς ἠλευθέρωσεν τὴν σάρκα· τῆς φθορᾶς καὶ δουλείας τῆς θανατηφόρου καὶ πικρᾶς ἀπαλλάξας, τὴν ἀφθαρσίαν περιέθηκεν αὐτῇ, ἅγιον τοῦτο τῇ σαρκὶ καὶ ἀϊδιότητος καλλώπισμα περιθεὶς, τὴν ἀθανασίαν*). Satis igitur conſtat, omnes craſſiores reſurrectionis carnis notiones Clementi plane improbari. Quod autem in libris qui ſuperſunt paene nihil diſerte de reſurrectione noſter docuit, non eſt, quod magnopere miremur, cum in libro ſingulari de reſurrectione (deperdito), ad quem delegat Paed. I, 6, 125, uberius hoc dogma tractaverit.

Jam habebitur judicium (Str. VII, 2. p. 835) et tum porro pii praemii (impii poenis) afficientur. „Qui ſi caſte," Clemens ait Str. V, 14, 722, „integreque vixerimus, beati quidem hic erimus; at poſt disceſſum ex hac vita longe beatiores, nec ullo tempore circumſcribetur noſtra haec felicitas, ſed quiete fruemur ſempiterna." Haec beatorum felicitas ſemper augebitur. „Hic quoque (Str. VI, 13, 793) in eccleſia progreſſiones epiſcoporum, presbyterorum, diaconorum ſunt, ut arbitror, imitationes gloriae angelicae et illius oeconomiae ac dispenſationis, quam dicunt ſcripturae exſpectare illos, qui inſiſtentes veſtigiis apoſtolorum vixerunt in perfectione juſtitiae convenienter evangelio. Hos ſublatos in nubibus ſcribit apoſtolus primum quidem diaconos futuros, deinde cooptandos eſſe in presbyteratum profectu gloriae (gloria enim differt a gloria), donec creverint in virum perfectum." „Qui ex hominum in angelorum ſtatum transeunt (Proph. eclog. 57, 1004), ſub angelorum inſtitutione mille an-

nos erudiuntur, ad perfectionem quidem reverſi ac determinati. Deiu qui docendi munus in ſe ſusceperunt, in poteſtatem archangelicam transeunt; qui diſcendi partes perfecerunt, illos rurſus, qui ex hominibus ad angelos transeunt, erudiendos ſuſcipiunt; ſic poſtea periodis certis jam dictis in propriam angelicamque corporis ſtationem conſtituuntur."

Quaeritur denique, impiorum poenae de ſententia Clementis aeternae ſint necne. In integris quidem quae ſuperſunt ſcriptis Clemens non modo diabolo facultatem ſeſe emendandi tribuit, ſed etiam pollutas animas nonniſi ad eum finem a Deo caſtigari dicit, ut corrigantur et, licet invitae, ad poenitentiam perveniant (ut ſupra vidimus), atque idem conſilium etiam in extremo illo judicio exercendo eſſe Deo propoſitum ait Str. VII, 2, 835 his verbis: *Παιδεύσεις δὲ αἱ ἀναγκαῖαι, ἀγαθότητι τοῦ ἐφορῶντος μεγάλου κριτοῦ, διά τε τῶν προςεχῶν ἀγγέλων, διά τε προκρίσεων ποικίλων καὶ διὰ τῆς κρίσεως τῆς παντελοῦς, τοὺς ἐπὶ πλέον ἀπηλγηκότας ἐκβιάζονται μετανοεῖν,* ita ut de omnium animarum converſione (et impunitate) aliquando, etiamſi poſt aeternum demum ſeculum, exſpectanda omnino cogitaſſe videatur. (Cf. quoque Adumbrr. in 1 Joh. II, 2. p. 1009: "Dominus .. univerſos quidem ſalvat „(ut ex eodem loco apparet, angelos et homines)," ſed alios per ſupplicia convertens, alios autem ſpontanea aſſequentes voluntate, et cum honoris dignitate„ et qu. ſq.). Contra vero in fragmento libri de anima, aſſervato nobis a Maximo ſerm. 53 de anima (ap. Potter. p. 1020),' ſententiae de vera poenarum aeternitate diſerte favet verbis: *Ἀθάνατοι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ, καὶ τῶν ἀσεβῶν, αἷς ἄμεινον ἦν, μὴ ἀφθάρτους εἶναι· κολαζόμεναι γὰρ ὑπὸ τοῦ ἀσβέστου πυρὸς ἀπεράντῳ τιμωρίᾳ καὶ μὴ θνήσκουσαι, ἐπὶ κακῷ τῷ ἑαυτῶν τέλος λαβεῖν οὐκ ἔχουσιν.* At Stromatum auctoritas hujus fragmenti auctoritatem ſuperat.

Verum tota Clementis Eſchatologia eſt obſcurior, et conſulto his de rebus Clemens multis verbis parcit. *Τὰ δ' ἄλλα,* ait Str. VII, 2, 835, ejusmodi dogmatis expoſitis, *σιγῶ, δοξάζων τὸν κύριον.*

Jam de Clementis

Apologetica

verba facturi tantummodo rationem breviter describemus ac viam (duce Pottero), qua in Cohortatione *) gentiles aggressus sit ac refutaverit. Cap. 1. p. 1 sqq. ab orgiis et impiis idolorum mysteriis homines avocans, ad veram jubilationem Dei τοῦ λόγου nomine provocat, et ad laudes Dei patris ob revelatam veritatem celebrandas hortatur. Cap. 2. p. 10 sqq. absurditatem simul et impietatem mysteriorum ethnicorum et fabularum de deorum ipsorum ortu et interitu ostendit. Cap. 3. p. 36 sqq. sacrificiorum diis mactatorum crudelitatem et impuritatem perstringit; cap. 4. p. 40 sqq. simulacra quam absurda demonstrat et turpia sint, quibus deos colant. Cap. 5. p. 55 sqq. philosophorum sententias de Deo recenset eosque cap. 6. p. 58 sqq. aliquando, sicuti poëtas cap. 7. p. 62 sqq., ipso inspirante verum attigisse dicit. Ab omni parte veram autem de Deo doctrinam a prophetis contendit esse petendam cap. 8. p. 65 sqq., graviterque illos peccare, qui benignam Dei vocationem spernant aut negligant cap. 9. p. 68 sqq. Cap. 10. p. 72 sqq. respondet ad objectionem gentilium, qua nefas esse ajebant morem patrium deferere („Proinde," ait p. 72. 73, „cur non lacte etiam utimur tanquam primo alimento, cui nutrices nostrae, simulac fuimus in lucem editi, nos assuefecerunt? Cur augemus patrum facultates vel minuimus, nec eundem modum, quem illi nobis reliquere, deinceps perpetuo servamus? Cur nec in sinus patrum cibos nostros regerimus, nec etiam alia adhuc facimus, quibus olim, cum parvuli essemus et a matribus aleremur, risum commovimus; sed nosmet ipsos, etiam nullo praecipiente magistro, corrigimus et emendamus? Quodsi in affectibus excessus, etsi sint admodum periculosi et exitiales, tamen aliqua nos voluptate afficiunt; cur non etiam in vita ex hac flagitiosa, perturbata affectibus atque impia con-

*) Etiam in conscribendis Stromatis Clementis consilium ex parte fuisse videtur apologeticum, hoc nimirum, ut ostenderet gentilibus, jam ab ipsorum philosophis religionis vulgaris vanitatem fuisse agnitam, neque vero probabilem religionem inventam.

suetudine ad veritatem, patribus licet ringentibus, deflectemus, et rejecta, tanquam mortifero veneno, consuetudine verum patrem quaeremus?"), eoque impensius hortatur illos ad veritatem amplectendam, qua ab erroribus istis liberentur. Cap. 11. p. 86 sqq. quanta sint illustrat Dei beneficia in homines per Christi adventum collata, ideoque cap. 12. p. 91—95 hortatur gentiles, ut missis erroribus et cupiditatibus pristinis se Christo, unico veritatis magistro, instituendos praebeant. Clemens si tantum praestitisset in demonstranda religionis christianae veritate, quantum in refutanda idololatria vere praestitit, longe opus suum nobis reliquisset praestantius. Cf. Tzschirneri S. V. Gesch. d. Apologet. P. I. p. 260—262, al. loc.

ORIGENES.

Cf. Huetii Origeniana Lib. II. cap. 2. p. 27—185 (ante edit. Orig. Commentar. Col. 1685).

Moshemii Commentar. de reb. Christ. ante Const. M. p. 612—629. 659—667.

J. S. Semleri Histor. Einleitung in Baumgartens Untersuch. theol. Streitigkk. P. II. p. 156—209.

„Quodsi quis Judas Zelotes opposuerit nobis errores ejus, audiat libere:

.. Interdum magnus dormitat Homerus,
Verum operi longo fas est obrepere somnum.
Non imitemur ejus vitia, cujus virtutes non possumus sequi."

Hieronym. ep. 65 ad Pammach. et Ocean. c. 5.

Quaeritur, quid de mutuo doctrinae christianae et philosophiae respectu Ammonii Saccae auditor senserit. Jure alteram ab altera separat (cf. homil. XIV. §. 3 in Genes. vol. II. p. 98, ubi haec verba facit: "Philosophia neque in omnibus legi Dei contraria est, neque in omnibus consona. Multi enim philosophorum unum esse Deum, qui cuncta creaverit, scribunt. In hoc consentiunt legi Dei. Aliquanti etiam hoc addiderunt, quod Deus cuncta per verbum suum et fecerit et regat, et verbum Dei sit, quo cuncta moderentur. In hoc non solum legi, sed etiam evangeliis con-

sona scribunt. Moralis vero et physica quae dicitur philosophia paene omnia, quae nostra sunt, sentiunt. Diffident vero a nobis, cum Deo dicunt esse materiam coaeternam. Diffident, cum Deum negant curare mortalia, sed providentiam ejus supra lunaris globi spatia cohiberi. Diffident a nobis, cum vitas nascentium ex stellarum cursibus pendunt. Diffident, cum sempiternum dicunt hunc mundum et nullo fine claudendum. Sed et alia plurima sunt, in quibus nobiscum vel diffident vel concordant„); simul vero etiam philosophiam theologiae necessariam esse contendit. Etenim tantam epist. ad Gregor. Thaumat. vol. I, 30. E. esse profitetur philosophiae in theologia christiana utilitatem, quanta sit geometriae, musicae, grammaticae, rhetoricae et astronomiae in philosophia. *Λεκτέον δὲ πρὸς τοῦτο,* ait contra Cels. lib. I. §. 9. vol. I, 327 sq., *ὅτι εἰ μὲν οἷόν τε πάντας καταλιπόντας τὰ τοῦ βίου πράγματα σχολάζειν τῷ φιλοσοφεῖν, ἄλλην ὁδὸν οὐ μεταδιωκτέον οὐδενὶ, ἢ ταύτην μόνην· εὑρεθήσεται γὰρ καὶ ἐν τῷ χριστιανισμῷ οὐκ ἐλάττων, ἵνα μὴ φορτικόν τι εἴπω, ἐξέτασις τῶν πεπιστευμένων· καὶ διήγησις τῶν ἐν τοῖς προφήταις αἰνιγμάτων καὶ τῶν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις παραβολῶν, καὶ ἄλλων μυρίων συμβολικῶς γεγενημένων, ἢ νενομοθετημένων.* Imo arctissime cum religione christiana cohaeret philosophia, *ὅτι βούλεται ἡμᾶς εἶναι σοφοὺς ὁ λόγος* (c. Cels. III, 45. vol. I, 476), et „si sapientia est rerum divinarum humanarumque et causarum, quibus hae res continentur, scientia, vel quomodo illam divina scriptura definit — Sap. VII, 25: 26 —, neminem dico sapientem aversaturum, quae doctus Christianus de sua religione disseruerit, neque illa sapientia deceptum aut impeditum iri. Neque enim vera sapientia, sed ignorantia in errorem agit, et e rebus omnibus sola stabilis est scientia et veritas, quarum utraque ex sapientia oritur" (c. Cels. III, 72. v. I, 494). Neque aliud diserte dicere ipsi licuit, quam quod universe scripta ipsius demonstrant, quippe quibus cunctis philosophia, eaque Platonica, cum theologia conjuncta contineatur. Quare Platonicae illae sententiae multis, veluti Hieronymo, Methodio, Marcello Ancyrano, Justiniano (quorum locos accurate citavit Keilius de doctoribus vet. eccl. culpa corr. per Pl. eccl. lib.

in opuscul. ed. Goldhorn. p. 443), vituperandi nostrum ansam praebuere. Et ipse noster interdum, sibi facilem esse lapsum, videtur sentire. Ita homil. VII, 8 in Ezechiel. vol. III, 382: "Has varias„, ait, "vestes (Ezech. XVI, 18) et pulchros amictus, quos nobis largitus est Deus, si laceramus atque conscindimus, et circumdamus falsae doctrinae ad deceptionem hominum, non dubium est, quin variis vestibus operiamus idola. . . Mihi ipsi, qui in ecclesia praedico, laqueos saepe tendit (diabolus), ut totam ecclesiam ex mea conversatione confundat.„ Neque tamen id ita intelligendum est, quasi Origenes totum illud systema Platonicorum dogmaticae suae theologiae intulisset. Pauca tantum vere illinc huc intulit atque etiam haec in scriptura sacra invenire solitus (plura, quippe quae scriptura non definiri censeret, pro sapienti arbitrio finire sibi licere ratus). Ipse enim etiam vituperat eos, qui dogmata e philosophia religioni inferunt. "Hoc fecit„, inquit homil. VII, 7 in Jos. vol. II, 414, "infelix Valentinus et Basilides, hoc fecit et Marcion, haereticus. Furati sunt isti linguas aureas de Hiericho et philosophorum nobis non rectas in ecclesias introducere conati sunt sectas, et polluere omnem ecclesiam domini.„ Porro christianam religionem doctrina graeca habet longe sublimiorem. „Ut ergo", ait c. Cels. VI, 2. vol. I, 630, „demus, quaedam Graecorum dogmata esse quae Christianorum; certe non eadem vis est ad animos adducendos eo, ut ex illis mores conforment." Pariter ibid. c. 6. p. 634: „Equidem", inquit, „affirmare ausim, bona tamen tantorum virorum pace, Christi discipulos, postquam Dei gratia fuerunt edocti, longe melius quam Platonem vidisse, quaenam et quomodo scribenda essent, quaenam non scriptis indicanda populo, quaenam dicenda, quaenam tacenda." Nec non confutat Celsum dicentem, Christum a Platone exiisse, c. Cels. VI, 7 sqq. p. 634 sqq., Platonemque ex prophetis hausisse haud obscure dicit (cf. de princ. III. c. 6. §. 1. p. 152) ib. VII, 30. p. 716: *Τὰς δὲ προφητείας, ἀφ᾽ ὧν στοχαζόμεθα καὶ τὸν Πλάτωνα εἰληφέναι, οἱ συγγενῶς τοῖς προφήταις καὶ ἐνθέως βιώσαντες, καὶ πάντα τὸν χρόνον ἀναθέντες τῇ ἐξετάσει τῶν ἱερῶν γραμμάτων, τοῖς ἐπιτηδείοις διὰ βίου καθαρότητα καὶ τὰ περὶ τὰ θεῖα φιλομάθειαν παραστήσουσιν. ἡμῶν δὲ προ-*

κείμενον ἦν δεῖξαι, ὅτι ἡμεῖς μὲν οὐκ ἀπὸ Ἑλλήνων ἢ Πλάτωνος τὰ περὶ τῆς ἁγίας γῆς εἰλήφαμεν· ἐκεῖνοι δὲ, νεώτεροι γενόμενοι οὐ μόνον τοῦ ἀρχαιοτάτου Μωϋσέως, ἀλλὰ καὶ τῶν πλείστων προφητῶν ἤτοι παρακηκόασί τινων αἰνισσομένων περὶ τῶν τοιούτων· ἢ καὶ ταῖς ἱεραῖς ἐντυχόντες γραφαῖς, παραποιήσαντες αὐτὰ, τοιαῦτά τινα περὶ τῆς κρείττονος εἰρήκασι γῆς. Probe diſtinguit noſter ſapientiam inter divinam et humanam. „Humana", ait c. Celſ. VI, 13. p. 639, „eſt quam ſapientiam mundi vocamus, et quae ſtultitia eſt apud Deum; divina vero, quae alia eſt ab humana, gratiâ Dei illam impertientis, ſiquidem divina fit, adeſt iis, qui ſe ad illam accipiendam idoneos praebent, et iis maxime, qui alterius ab altera ſapientia discrimen edocti ſuis in precibus dicunt (verba Sap. IX, 6). Ac humanam quidem ſapientiam dicimus animae eſſe exercitationem (γυμνάσιον), divinam vero finem (τέλος). Haec etiam ſolidus animae cibus appellatur Hebr. V, 14." Quicquid philoſophi veri habent, Deus id ipſis revelavit (c. Celſ. VI, 3 p. 631: Ὁ θεὸς γὰρ αὐτοῖς ταῦτα, καὶ ὅσα καλῶς λέλεκται, ἐφανέρωσε); ſola enim natura humana res divinas non vere intelligit, niſi a Deo adjuvetur (c. Celſ. VII, 42. p. 725: Ἡμεῖς δὲ ἀποφαινόμεθα, ὅτι οὐκ αὐτάρκης ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, ὅπως ποτ' οὖν ζητῆσαι τὸν θεὸν καὶ εὑρεῖν αὐτὸν καθαρῶς, μὴ βοηθηθεῖσα ὑπὸ τοῦ ζητουμένου). Auxilio autem Deus hominibus dedit ſcripturam ſacram. Quae eſt Origeni ſcientiae divinae fideique fundamentum (vide articulum de inſpiratione ſcripturae ſ.). Τὸν σωτῆρα, ait homil. I, 7 in Jerem. vol. III, 129, οἴδαμεν κύριον. ζητοῦμεν κατὰ τὴν ἀξίαν τοῦ λόγου καὶ κατὰ τὴν ἀλήθειαν ταῦτα ἐπὶ τὸν σωτῆρα ἀναγαγεῖν. Μάρτυρας δεῖ λαβεῖν τὰς γραφάς· ἀμάρτυροι γὰρ αἱ ἐπιβολαὶ ἡμῶν καὶ αἱ ἐξηγήσεις ἄπιστοί εἰσιν. ἐπὶ στόματι δύο καὶ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα (Matth. XVIII, 16), μᾶλλον ἁρμόζει ἐπὶ τῶν διηγήσεων, ἢ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, ἵνα στήσω τὰ ῥήματα τῆς ἑρμηνείας, λαβὼν μάρτυρας δύο ἀπὸ καινῆς καὶ παλαιᾶς διαθήκης· λαβὼν μάρτυρας τρεῖς ἀπὸ εὐαγγελίου, ἀπὸ προφήτου, ἀπὸ ἀποστόλου. οὕτως γὰρ σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. (Cfr. Commentar. ſeries in Matth. §. 33. vol. III, 852,

ubi "verissimam regulam scripturarum„ haereticis opponit, et al. loc.; neque enim necessarium est multos apponere, cum ipsius scripta etiamsi leviter tantummodo inspecta, — quippe quod tanquam ab omni parte verum proponere volunt, id scripturae s. auctoritate confirmantia, — satis superque testificentur.) Sumit ergo Origenes, ut ipse dicit praefat. ad libr. de principiis vol. I. p. 47—49, integram fidem Christianorum, quae quidem contineatur (ex scriptura sacra) traditione (praedicatione) ecclesiastica ("Cum multi sint„, inquit l. l. §. 2. 3. p. 47, "qui se putant sentire quae Christi sunt, et nonnulli eorum diversa a prioribus sentiant, servetur vero ecclesiastica praedicatio per successionis ordinem ab apostolis tradita, et usque ad praesens in ecclesiis permanens: illa sola credenda est veritas, quae in nullo ab ecclesiastica et apostolica discordet traditione. Illud autem scire oportet, quoniam sancti apostoli fidem Christi praedicantes de quibusdam quidem quaecunque necessaria crediderunt, omnibus etiam his, qui priores erga inquisitionem divinae scientiae videbantur, manifestissime tradiderunt„),. nec nisi ea, quae (utraque) illa dubia reliquit, philosophicae disquisitioni subjicit (statim l. l. pergit: "rationem scilicet assertionis eorum relinquentes ab his inquirendam, qui spiritus dona excellentia mererentur, et praecipue sermonis, sapientiae et scientiae gratiam per ipsum spiritum sanctum percepissent; de aliis vero dixerunt quidem, quia sint; quomodo autem aut unde sint, siluerunt, profecto ut studiosiores quique ex posteris suis, qui amatores essent sapientiae, exercitium habere possent, in quo ingenii sui fructum ostenderent, hi videlicet, qui dignos se et capaces ad recipiendam sapientiam praepararent„). Quae vero fide ista nos apprehendimus, omnia rationi non adversantur, sed „ad communem sensum ab initio nobis insitum sunt accommodata" (*ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις ἀρχῆθεν συναγορεύοντα* c. Cels. III, 40. v. I, 473). Fidei autem hujus, ait c. Cels. VIII, 51. p. 779 (cujus confessio publica necessaria est ad salutem, exhort. ad martyrium c. 5. p. 277), *ἡ πᾶσα ὑπόθεσίς ἐστιν ὁ θεὸς, καὶ αἱ διὰ τοῦ Χριστοῦ περὶ τῶν δικαίων ἐπαγγελίαι, καὶ περὶ τῶν ἀδίκων αἱ περὶ κολάσεως διδασκαλίαι,* et c. Cels. III, 39. p. 472 fides his circumscribi-

tur finibus, „quod credamus rerum omnium Deo, gratias agentes illi, qui nos ad hanc fidem perduxit, confitentesque illum non potuiſſe ſine Deo rem tantam ſuscipere et perficere; quod inſuper adjungamus fidem iis, qui evangelia ſcripſerunt.” Accuratius horum dogmatum, quae in ſacro codice indeque in eccleſiaſtica traditione clariſſime tradi et ſepoſita omni dubitatione et argutatione credi debere arbitratur, ipſe quemdam texit indicem praef. ad lib. de princ. (vol. I, 47 ſqq.); ſuntque haec: 1. Unum eſſe Deum, rerum omnium parentem et conditorem. 2. Hunc in noviſſimis diebus miſiſſe Chriſtum ad vocandum primum Judaeos, deinde et alios populos. 3. Jeſum Chriſtum ”ante omnem creaturam„ natum ex patre eſſe atque ”in omnium conditione„ (creatione) ”patri miniſtraſſe.„ 4. Eundem Chriſtum ”hominem factum incarnatum eſſe, cum Deus eſſet, et hominem factum manſiſſe, quod erat, Deum, corpus aſſumpſiſſe noſtro ſimile corpori, eo ſolo differens, quod natum ex virgine et ſpiritu ſancto ſit, vere paſſum eſſe, non per phantaſiam, vere mortuum, vere reſurrexiſſe.„ 5. ”Honore ac dignitate patri et filio ſociatum eſſe ſpiritum ſanctum, neque alium ſpiritum in veteribus, alium vero in his, qui in adventu Chriſti inſpirati ſint, fuiſſe.„ 6. ”Omnem animam rationabilem eſſe liberi arbitrii et voluntatis,„ et poſt diſceſſum ex corpore aut praemiis aut poenis pro ſuis meritis affectum iri. 7. Corpora reſurrectura eſſe in ſtatu longe meliori. 8. Eſſe diabolum et angelos ejus, hosque peccatis hominem onerare cupere. 9. Mundum aliquando diſſolutum iri. 10. Scripturam ſ. a ſpiritu Dei dictatam eſſe ſenſumque habere et apertum et latentem. 11. Eſſe angelos bonos et virtutes, quae miniſtrent ad ſalutem hominum. ”Iſtae,„ ait l. l., ”ſunt ſpecies eorum, quae per praedicationem apoſtolicam manifeſte traduntur.„ *Ἀλλ' οὔτε* (c. Celſ. V, 61. v. I, 624) *οἱ τὴν πρόνοιαν ἀναιροῦντες φιλόσοφοι εἶεν ἂν ἀληθῶς, οὔτε οἱ τὰ ἀλλόκοτα ἀναπλάσματα καὶ μὴ ἀρέσκοντα τοῖς τῆς ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ διαδοχῆς ἐπεισαγαγόντες εἶεν ἂν χριστιανοί.* „Cum philoſophis autem (ib. III, 81. p. 500) ſi quae communia ſervabimus, *εὐκαιρότερον παραστήσομεν, ὅτι ἡ μέλλουσα μακαρία ζωὴ μόνοις ἔσται τοῖς τὴν κατὰ τὸν Ἰησοῦν θεοσέβειαν καὶ τὴν εἰς τὸν τῶν*

ὅλων δημιουργὸν εὐσέβειαν εἰλικρινῆ καὶ καθαρὰν καὶ ἄμικτον πρὸς ὅ,τι ποτοῦν γενητὸν παραδεξαμένοις.

Satis igitur conftat, Origeni, ficut Clementi, principium cognofcendae veritatis effe fcripturam f. cum traditione ecclefiaftica, adjutricem vero illuftrativam philofophiam. Quod ut dilucidisfime appareat, hosce praeterea locos adjungimus. Praef. ad l. de princ. §. 10. vol. I. p. 49: "Oportet igitur„ inquit, "velut elementis ac fundamentis hujusmodi uti fecundum mandatum, quod dicit: Illuminate vobis lumen fcientiae (Hof. X, 12), omnem qui cupit feriem quamdam et corpus ex horum omnium ratione perficere, ut manifeftis et neceffariis affertionibus de fingulis quibusque quid fit in vero rimetur, et unum (ut diximus) corpus efficiat exemplis et affirmationibus, vel his quas in fanctis fcripturis invenerit, vel quas ex confequentiae ipfius indagine ac recti tenore repererit„, et de princ. lib. IV. §. 1. p. 156: *Ἐπειδή*, ait, *περὶ τηλικούτων ἐξετάζοντες πραγμάτων οὐκ ἀρκούμενοι ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις καὶ τῇ ἐνεργείᾳ τῶν βλεπομένων, προςπαραλαμβάνομεν εἰς τὴν φαινομένην ἡμῖν ὑπόδειξιν τῶν λεγομένων μαρτύρια τὰ ἐκ τῶν πεπιστευμένων ἡμῖν θείων γραφῶν, τῆς τε λεγομένης παλαιᾶς διαθήκης, καὶ τῆς καλουμένης καινῆς, λόγῳ τε πειρώμεθα κρατύνειν ἡμῶν τὴν πίστιν.*

Jamvero Origenes cum philofophiam utiliffimam effe ftatuerit ad intelligendam doctrinam chriftianam, fimul dixit, Chriftianos e vulgo eo cognitionis pervenire non poffe, quo qui philofophentur. Diftinxit igitur d o c e n d i r a t i o n e m e f o t e r i c a m et e x o t e r i c a m. Ita: *Τὸ δ' εἶναι*, ait c. Celf. I, 7 vol. I, 325, *τινὰ οἷς μετὰ τὰ ἐξωτερικὰ, μὴ εἰς τοὺς πολλοὺς φθάνοντα, οὐ μόνον ἴδιον τοῦ χριστιανῶν λόγου, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῶν φιλοσόφων*, et ib. III, 79. p. 499: *Λέγομεν γὰρ περὶ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ καὶ ἀληθῆ καὶ τοῖς πολλοῖς σαφῆ μὲν εἶναι δοκοῦντα, οὐ σαφῆ δ' ὄντα ἐκείνοις, ὡς τοῖς ὀλίγοις, φιλοσοφεῖν ἀσκοῦσι τὰ κατὰ τὸν λόγον.* In eandem fententiam redit, quod divinam fapientiam c. Celf. VI, 13. p. 639 a fide feparat, dum *τὴν θείαν σοφίαν, ἑτέραν οὖσαν τῆς πί-*

στεως, πρῶτον τῶν καλουμένων χαρισμάτων τοῦ Θεοῦ nuncupat, quod pariter de princ. III, 2, 1. 2. p. 188. 189 verbis factis de "fimplicioribus credentium„ pergit: "Nos vero rationem dilucidius intuentes„ (cf. c. Celf. VII, 16. p. 705), ac Select. in Pfalm. vol. II, 568 „hoc," ait, „errore" (fcilicet profecto e divifione bonorum in bona animae, corporis et externa) „non folum qui nudam et fimplicem fidem habent decepti funt, fed et eorum nonnulli, qui fapientiam in Chrifto profitentur (οὐ μόνον οἱ ὁμολογουμένως ἀκέραιοι τῶν πεπιστευκότων, ἀλλὰ καί τινες τῶν ἐπαγγελλομένων σοφίαν τὴν κατὰ Χριστὸν), quodque, ubi quintum tomum commentariorum in Johannem Ambrofio dedicat, Valentiniano, a fe ad ecclefiam catholicam converfo (vid. Opp. vol. IV, 99), haec habet: Αὐτὸς γοῦν ἀπορίᾳ τῶν πρεσβευόντων τὰ κρείττονα, μὴ φέρων τὴν ἄλογον καὶ ἰδιωτικὴν πίστιν, διὰ τὴν πρὸς τὸν Ἰησοῦν ἀγάπην, ἐπεδώκεις ποτὲ σαυτὸν λόγοις, ὧν δὲ ὕστερον τῇ δεδομένῃ σοι συνέσει καταχρησάμενος εἰς δέον, καταγνοὺς ἀπέστης. Accedit, quod etiam difciplinam quamdam arcani, qualem apud Clementem invenimus, Origenes fignificat. „Ego vero," ait c. Celf. VI, 6. p. 633, „oftendo, quaedam in prophetarum noftrorum animo fuiffe fcriptis majora, quae fcriptis non mandarunt. Nam Ezechiel acceptum libri volumen, quod erat fcriptum intus et foris, et in quo erant lamentationes, carmen et vae (Ezech. II, 9. 10; III, 1), juffus eft voce coelefti comedere, ne illud transfcriberet indignisque proderet. Et Johannes fimile quidpiam vidiffe et feciffe narratur (Apoc. X, 9). Paulus quoque (2 Cor. XII, 4) audivit arcana verba, quae non licet homini loqui. Quin et his praeftantior Jefus fertur verbum Dei loquutus fuiffe difcipulis feorfum (Marc. IV, 34), et praefertim ubi cum illis a turbis fecefferat." Paulo poft p. 634 addit, apoftolos probe fciviffe, „quaenam non fcriptis indicanda populo, quaenam dicenda, quaenam tacenda." Nemo igitur infitiabitur, apud Origenem quoque efotericae doctrinae ftudium deprehendi. Perfpicuum efotericae et exotericae docendi rationis exemplum ipfe reliquit c. Celf. III, 79. vol. I, 499, ubi de doctrina de aeternis poenis haecce dixit: „Cogitaverit fortaffe quispiam in his noftris inftitutis non nequitiam quidem, fed

tamen superstitionem esse, hincque doctrinae nostrae vitio dabit, quod superstitiosos faciat. Respondebimus, quemadmodum quidam ex legislatoribus interroganti, an civibus leges optimas tulisset, respondit non omnino optimas dedisse, sed quibus optimis opus haberent; ita religionis christianae auctorem dicere posse: quibus ad morum emendationem legibus indigebant plurimi, has quam optimas tuli, doctrinam institui, poenas et supplicia intentavi peccantibus, nec ea quidem commentitia, sed certa et pertinacibus corrigendis necessario minitanda; quamvis non omnino aut punientis consilium, aut fructum e suppliciis capiendum intelligant. Atque haec de poenis doctrina tam utilis est, quam veritati consentanea, et magno hominum commodo obscure traditur." (Quibus verbis Origenes nihil dicit aliud, quam — non satis quidem provide —, doctrinam de aeternis poenis magis philosophice esse intelligendam, quam vulgo proferatur.) Uti vero hanc doctrinam ad exotericam religionis formam, ita doctrinam de resurrectionis corporum *ratione*, utpote summae philosophiae plenam, neque tamen caput religionis christianae omnibus necessarium, ad esotericam censet pertinere c. Cels. V, 18. p. 591 verbis: *Βουλόμενος κρύπτειν ὁ ἀπόστολος τὰ κατὰ τὸν τόπον ἀπόῤῥητα καὶ μὴ ἁρμόζοντα τοῖς ἁπλουστέροις καὶ τῇ πανδήμῳ ἀκοῇ τῶν διὰ τοῦ πιστεύειν ἀγομένων ἐπὶ τὸ βέλτιον.*

Si quis igitur velit, etiam de Origenis *gnosi* loquatur, quamquam ipse de tota esoterica sua doctrina *κατ' ἐξοχὴν* isto vocabulo, quod equidem sciam, non utatur. Neque gnosin suam tanti facit, quanti Clemens. Etenim *fidem* (*πάντων τῶν ἀνθρωπίνων πίστεως ἠρτημένων* c. Cels. I, 11. p. 329) noster intelligit quidem cum Clemente destitutam philosophica cognitione, nepue vero, qualem Clemens intelligere solet, solam objectivam, sed et subjectivam. „Primam expositionem", ait de princ. IV. §. 12. vol. I, 169, „etiam per se utilem esse posse, testatur eorum multitudo, qui ingenue et simpliciter crediderunt." C. Cels. I, 9. p. 328: „Si", dicit, „(ut omnes philosophentur) ab hominibus impetrari nequit, sive propter hujus vitae necessitates, sive propter eorum infirmitatem, quae in causa sunt, cur perpauci huic se studio

dedant; ecquae ratio majori hominum parti subveniendi excogitari potest eâ commodior, quam Jesus gentibus tradidit? Nam sciscitemur ab eorum qui credunt multitudine, quique peccatorum sordes, in quibus antea volutabantur, eluerunt, utrum sit illis conducibilius, sine examine credidisse, et credendo supplicium peccata, praemiaque virtutem manere, correxisse mores; an, spreta fide simplici, non ante illam morum emendationem aggredi, quam doctrinae principia penitus investigaverint? Manifestum est, perpaucis exceptis, reliquos ne id quidem assequuturos, quod alii simplici fide consequuti sunt, sed in corruptissima sua vita remansuros. Quocirca inter argumenta, quibus constat tam salubrem hominibus doctrinam Deo auctore ad eos pervenisse, hoc, si quod aliud, locum habere debet." Et homil. XII, 5 in Levit. vol. II, 252 haec habet: "Simplicitas fidei, quae in Christo est, virginitas ejus appellata est, et per hoc quoniam cessantibus vel philosophorum sophismatibus vel superstitionibus Judaicis in fide simplici Christus sibi assumpsit ecclesiam, virginem de genere suo accepit uxorem. Hujus namque fidem non corrumpit philosophicus sensus, nec circumcisionis ambitio, sed in simplicitate confessionis tanquam in virginali integritate permansit.„ Neque ad gnosin, sed ad fidem homines perducendi consilium suum esse dicit c. Cels. V, 1. p. 578 (cf. homil. XII, 7 in Levit. vol. II, 253). Denique disciplinam illam arcani a prophetis et apostolis ad suam aetatem pervenisse haudquaquam diserte noster contendit, ut Clemens.

His praemissis, ad singula Origenis dogmata, qualia quidem ipse crediderit, quam id accuratissime pro ipsius non perpetua constantia fieri poterit, recensenda progrediamur.

Bibliologia.

De inspiratione scripturae sacrae Origeni persuasum erat. Id jam in praefat. ad lib. de princ., uti vidimus, ponit, pluribusque locis tum de Vetere, tum Novo T. confirmat. "Sacra volumina„, ait homil. XXI, 2 in Jerem. vol. III, 282, "spiritus plenitudinem spirant, nihilque est sive in prophetia, sive in lege, sive in evangelio, sive in apostolo, quod non a plenitudine divinae majestatis descen-

dat„, et de princ. IV, 16. vol. I, 174: *Οὐ μόνον δὲ περὶ τῶν πρὸ τῆς παρουσίας ταῦτα τὸ πνεῦμα ᾠκονόμησεν, ἀλλ' ὅτε τὸ αὐτὸ τυγχάνον καὶ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς θεοῦ τὸ ὅμοιον καὶ ἐπὶ τῶν εὐαγγελίων πεποίηκε, καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων.* Porro de Vetere T. ſeparatim c. Celſ. VII, 4. v. I, 696 dicit, „Judaeorum prophetas divino ſpiritu illuſtratos, quantum ipſis utile fuerit, . . et per ſancti ſpiritus contactum mentem eorum (*ἵν' οὕτως ὀνομάσω*) perſpicaciorem animamque ſplendidiorem factam fuiſſe," et de Novo T. Comment. Tom. XV. §. 12 in Matth. vol. III, 782 ſignificat ſeſe credere, accurate evangelia conſcripta eſſe *συνεργοῦντος καὶ τοῦ πνεύματος ἁγίου* et in commemorandis rebus lapſos non eſſe eorum ſcriptores. Accurate additisque argumentis hanc ſuam perſuaſionem profert Origenes de princ. IV, 1 ſqq. v. I, 156 ſqq. his verbis: „Antequam ab ipſis ſcripturis et iis, quae in ipſis declarantur, teſtimonia proferamus, de Moſe et de Chriſto, quorum alter Hebraeorum legislator, alter ſalutarium chriſtianae religionis documentorum auctor eſt, haec nobis dicenda ſunt. Cum enim inter Graecos et barbaros quam plurimi exſtiterint legumlatores, doctores item, qui veritatis notitiam ſuis praeceptis pollicerentur, nullum tamen fuiſſe accepimus legislatorem, qui reliquis gentibus ſuarum legum ſuſcipiendarum ſtudium ingenerare potuerit. Et quamvis philoſophi cum multo prodirent demonſtrationum apparatu, quae e ratione petitae viderentur, quaeque multum probabilitatis haberent, nemo ex illis fuit, qui probatam ſibi veritatem diverſis populis vel unius gentis praecipuae multitudini perſuadere potuerit; atqui valde optaſſent legislatores et doctores illi, ut iis, quas bonas putabant, legibus univerſum, ſi fieri potuiſſet, hominum genus ſubjiceretur, et quam ipſi animo conceperant veritas ubique terrarum diſſeminaretur; ſed utpote non idonei, quia lterius linguae multarumque gentium homines ad legum ſuarum obſervationem et ad ſuam diſciplinam ſuſcipiendam adducerent, ne aggreſſi quidem ſunt id efficere; prudenter enim praeviderant id ſe conſequi nullo modo poſſe. At univerſa tum Graecia, tum quae per univerſum noſtrum terrarum orbem patet barbaria, innumeros habet, qui derelictis patriis legibus et diis receptis, ſummo ſtudio Moſaicas leges et diſcipli-

nam verborum Jefu Chrifti cuftodiunt, quamvis fimulacrorum cultoribus odio fint, qui Mofaicae legi adhaerent, et praeter odium in vitae periculo verfentur, qui Chrifti doctrinam fusceperunt." Pergit §. 2. p. 157: „Quodfi ad id quoque animum attenderimus, quo pacto annis tam paucis, tot infidiis ftructis adverfus Chriftianos, quorum alii necati, alii bonis mulctati funt, potuerit haec doctrina, licet alioqui non magna fit doctorum copia, ubique terrarum praedicari, ita ut Graeci et barbari, fapientes et infipientes ad verum per Jefum Chriftum Dei cultum fefe adjunxerint, rem humanis viribus majorem dicere non dubitabimus, cum praefertim fumma cum poteftate et fiducia docuerit Chriftus, nunquam fuam victum iri doctrinam. [Pariter de eventu vaticiniorum Chrifti loquitur nofter c. Celf. II, 1. v. I, 398.] Itaque jure pro oraculis habendae funt ejus voces, quales hae funt . . Matth. X, 18; VII, 22. Haec enim temere prolata, nec proinde vera effe, forte olim verifimile erat; at cum deinde evenerint, quae tanta cum auctoritate dicta fuerant, perfpicuum eft, Deum vere hominem factum falutarem hominibus doctrinam tradidiffe." Et §. 6. p. 161 adjicit: „His breviter de Jefu divinitate demonftratis et prophetarum de eo prolatis vaticiniis" (quorum de eventu Origenes etiam c. Celf. VII, 1 fqq. p. 694 fqq. verba facit), „una quoque divinitus infpiritas effe, quae de eo pronunciant, fcripturas demonftramus, et quae ejus adventum doctrinamque annunciant, literas omni et poteftate et auctoritate ita conftare, ut propterea gentium electio fubfequuta fit. Huc adde propheticorum fermonum divinitatem et legis Mofaicae fpiritum adventu Jefu refplenduiffe; neque enim ante Chrifti adventum manifeftis argumentis oftendi poterat, veteres fcripturas divinitus fuiffe infpiratas; Chrifti autem adventus iis, qui fufpicari poterant legem et prophetas non effe divinos, perfpicue declaravit coelefti gratia effe confcriptos. Sed et qui diligenter attenteque in lectione prophetarum verfatus erit, divini afflatus veftigium fentiet, et inde perfuafiffimum habebit, non hominum effe fermones, quos pro divinis habemus. Lumen igitur Mofis legi inhaerens quod velamine obtegebatur, adveniente Jefu Chrifto refulfit, ablato velamine et bonis, quo-

rum umbram habuit litera, in notitiam fenfim prodeuntibus. — Ita in aperto eft, fcripturam f. Origeni divinitus effe infpiratam *). Neque repugnat argumentum. „Tribuuntur quidem", ait c. Celf. IV, 71. v. I, 556, „in f. f. Deo quafi humani affectus, dum verbis iracundis adverfus impios utitur et peccatoribus intentat. Sed quemadmodum nos, cum pueros parvulos alloquimur, noftram dicendi vim non adhibemus, fed demittimus nos ad infirmum illorum captum, dicentes facientesque, quod ad illos erudiendos emendandosque conducere videtur; ita Dei verbum providit, ut fcripturae audientium captui congruerent, et illarum excellentia in illorum utilitatem cederet." Haec igitur nihil pugnant contra infpirationem fcripturae f. E contrario fi quis de ea dubitat, fua ipfius ea eft culpa. "Neque poffumus hoc dicere (homil. XXVII, 1 in Numer. vol. II, 375) de fancti fpiritus literis, quod aliquid in eis otiofum fit aut fuperfluum, etiamfi aliquibus videntur obfcura. Sed hoc potius facere debemus, ut oculos mentis noftrae convertamus ad eum, qui haec fcribi juffit, et ab ipfo horum intelligentiam poftulemus.„ „Ne exiftima (hom. XXIX. in Jerem. vol. III, 286), in fcripturis quidpiam redundare, fed te ipfum folum potius quam literas accufa, cum rationem eorum quae fcripta funt non invenis." Quare (Tom. XX. Comm. in Ezech. vol. III, 352) peffime illi agunt, qui quaedam e fcripturis fecernunt ut utilia, quaedam rejiciunt ut non falutaria. Omnes facri libri concinunt, ne-

---

*) Diftinguit autem Origenes inter eos locos, quos aperte divinos ipfi fancti fcriptores dicant, et ceteros, itaque aliqua ratione epiftolis apoftolicis fcripta prophetica anteponit. Sic Comm. in Joh. T. I. praef. vol. IV, 4. 5 (ap. Huet. II, 4): *Λεκτέον*, ait, *ἤτοι νοῦν εἶναι σοφῶν, ἐν Χριστῷ ὠφελημένων, ταῖς φερομέναις ἐπιστολαῖς δεομένων, ἵνα πιστεύωνται μαρτυριῶν τῶν ἐν τοῖς νομικοῖς καὶ προφητικοῖς λόγοις κειμένων, ὥςτε σοφὰ μὲν καὶ πιστὰ λέγειν καὶ σφόδρα ἐπιτεταγμένα τὰ ἀποστολικὰ, οὐ μὴν παραπλήσια τῷ· τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· καὶ κατὰ τοῦτο ἐπίστησον, εἰ ἐπὰν λέγῃ ὁ Παῦλος· πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος, ἐμπεριλαμβάνει καὶ τὰ ἑαυτοῦ γράμματα· ἢ οὔτω· λέγω καὶ οὐχ ὁ κύριος, καὶ τό· ἐν πάσαις ἐκκλησίαις διατάσσομαι* et qu. fq.

que repugnantia cuiquam obviam esse potest, nisi rectae interpretationis (triplicis) minus perito (T. II. Comm. in Matth. v. III, 441).

Quae cum ita Origenes statuerit, non potuit lectionem sacrae scripturae non studiosissime commendare. Ita homil. IV, 6 in Jerem. vol. III, 147: „Quapropter", ait, „legamus Veteris T. historias et prophetas, et si quos justificatos invenerimus, imitemur ea, per quae illi justificati sunt. Legamus evangelia et omne Novum T. Legamus apostoli Pauli epistolas universas, et scribamus in cordibus nostris, viventes juxta praecepta coelestia, ut non tradatur et nobis libellus repudii, sed cohaeredes efficiamur cum Christo Jesu." Neque enim secretae sunt istae scripturae, sed vulgatae (c. Cels. VII, 37. vol. I, 720). Quodsi sunt, qui ex scripturarum simplicitate criminationes sumant, eos his Origenes verbis refellit (c. Cels. VI, 1. p. 629): „Si veritatis doctores id sibi proponunt humanitatisque esse ducunt, ut quam possint plurimis prosint, et ad veritatem adducant quemcunque, tardum, intelligentem, Graecos, barbaros (eximiae autem humanitatis est lucrari Deo vel rusticos vel imperitos): perspicuum est, eam illis usurpandam esse orationem ac stylum, qui popularis sit et ad omnium captum accommodatus. Qui simplices et illiteratos, eo quod ad assequendam sermonis seriem non sint idonei, nihili fecerunt, ac de iis solis cogitarunt, qui sunt in literis innutriti; ii certe publicae utilitatis studium angustis admodum terminis circumscripserunt." Continet quidem scriptura s. etiam locos difficiliores et obscuriores; sed nequaquam horum lectionem noster omnino dissuadet. Haec enim habet homil. XXVII, 1 in Num. vol. II, 374. „Ita ergo et in cibis rationabilibus, divinorum dico voluminum, non continuo aut culpanda aut refutanda est scriptura, quae difficilior aut obscurior ad intelligendum videtur, vel ea continere, quibus sive incipiens et parvulus, sive infirmior et minus ad intelligenda omnia validus uti non potest, nec conferri sibi ex iis utilitatis aliquid existimat aut salutis; sed considerare debes, quia sicut serpens et ovis et bos et homo ac foenum Dei creatura sunt omnia, et diversitas ista ad laudem spectat et gloriam creatoris, quod competen-

tem et in tempore unicuique eorum, pro quibus creata sunt; vel praebeant vel capiant cibum: ita et haec omnia, quae verba Dei sunt, et in quibus diversus pro captu animarum cibus est, unusquisque prout sanum se et validum sentit, assumat. Quamvis et si diligentius requiramus, v. c. in evangelii lectione vel apostolica doctrina, in quibus delectari videris, et in quibus tibi aptissimum et suavissimum deputas cibum, quanta sunt, quae te latent, si discutias et perscruteris mandata domini? Quodsi ea, quae obscura videntur et difficilia, refugienda sunt protinus et vitanda, invenies etiam in illis, in quibus valde confidis, tam multa obscura et difficilia, ut, si hanc sententiam teneas, fit tibi etiam inde recedendum.„ Etiam obscuros locos non esse sine fructu dicit homil. XX, 2 in Jos. vol. II, 444. 445: "Solent medici praebere interdum cibum aliquem, interdum etiam potum dare, v. c. ad discutiendam caliginem visus; nec tamen in edendo ipso cibo vel in potando sentimus, quia utile est et prodest oculis; sed cum transierit dies una et altera et tertia, suo in tempore per occultos quosdam meatus relata ad visum cibi illius aut poculi virtus paulatim purgat aspectum, et tunc demum sentire incipimus, quia cibus ille vel potus profuit oculis. Sed et in aliis similiter corporis partibus eadem fieri solent. Hoc ergo modo credendum est etiam de f. f., quia utilis est et animae prodest, etiamsi sensus noster ad praesens intelligentiam non capit, quoniam, ut diximus, et bonae virtutes, quae nobis adsunt, reficiuntur in his sermonibus et pascuntur, et contrariae torpescunt his meditationibus et effugantur.„ Neque tamen omnibus omnino omnia legenda commendat. Potius "Scire nos oportet„, ait Prol. in Cant. Cant. vol. III, 26, "quoniam, sicut puerilis aetas non movetur ad amorem passibilem, ita nec ad capienda quidem verba haec parvula et infantilis interioris hominis aetas admittitur, illorum scilicet, qui lacte in Christo aluntur, non cibo forti, et qui nunc primum rationabile et sine dolo lac concupierunt. In verbis enim cantici canticorum ille cibus est, de quo dicit apostolus: Perfectorum autem est solidus cibus (Hebr. V, 14)…. Et quidem parvuli, quos dicimus, si veniant ad haec loca, potest fieri, ut nihil quidem ex hac scriptura pro-

ficiant, nec tamen valde laedantur. . . Si vero aliquis accesserit, qui secundum carnem tantummodo vir est, huic tali non parum ex hac scriptura discriminis periculique nascetur. Audire enim pure et castis auribus amoris nomina nesciens, ab interiori homine ad exteriorem et carnalem virum omnem deflectet auditum, et a spiritu convertetur ad carnem, nutrietque in semetipso concupiscentias carnales, et occasione divinae scripturae commoveri et incitari videbitur ad libidinem carnis. . . Ob hoc ergo moneo, et consilium do omni, qui nondum carnis et sanguinis molestiis caret, neque ab affectu naturae materialis abscedit, ut a lectione libelli hujus eorumque, quae in eo dicentur, penitus temperet.„

Theologia.

De Deo in universum.

„Plato", ait Origenes c. Cels. VII, 42. vol. I, 724. 725, „dicat, creatorem et patrem hujus universi inventu esse difficilem, innuens fieri posse, ut humana natura Deum pro ejus dignitate inveniat; . . . nos autem affirmamus, Deum a natura humana nullo modo quaeri aut pure inveniri posse, nisi adjuvetur ab eo, quem quaerit." Hic Deus nobis sese revelans est unus. „Omnibus figmentis", ib. I, 23. p. 340 dicit, „melius est argumentum, quo quis praeclaro rerum, quae in mundo conspiciuntur, ordine adductus, illius mundi veneratur conditorem, unius secumque omni ex parte consentientis unum." Unus ille Deus est cum Veteris, tum Novi T. Deus (de princ. II. cap. 4. vol. I, 84 sqq.), idem Christianorum et Judaeorum (c. Cels. VI, 29. v. I, 658). Ad quaestionem, nomen Deus habeat necne, his verbis ibidem §. 65 p. 682 Origenes respondet: „Distingui oportet istud „„Deum nominari non posse."" Nam si intelligit (Celsus), verba aut res verbis significatas non esse, quae Dei proprietates repraesentent, verum dicit. . Sin autem velis nominare nihil esse aliud, quam aliquas virtutes ejus verbis indicare, ut auditor ad quidpiam de illis cognoscendum, quantum humanae naturae licet, adjuvetur, non absurdum fuerit dicere, illum nominari posse." Quare ipse Origenes Deum nominat.

Dicit enim de oratione cap. 24. vol. I, 236, Deo, τῷ ἀτρέπτῳ καὶ ἀναλλοιώτῳ, semper idem nomen esse ὄντος (ὤν); exhort. ad martyrium vero c. 46. v. I, 306 addit. „Nullo alio nomine Deus summus vocandus est, quam quibus famulus (ὁ θεράπων i. e. Moses, cf. c. Cels. II, 53; V, 29; VII, 41) et prophetae et ipse servator ac dominus noster ipsum nominant, veluti Sabaoth, Adonai, Saddai et rursus Deus Abrahami, Deus Isaaci et Deus Jacobi," et c. Cels. V, 46. v. I, 613: „Quod nomen in scythica vel aegyptiaca vel in quavis alia quisque educatus est lingua Deum significat, illud Deo tribui sine peccato potest." Sed magnam c. Cels. I, 25. p. 343 ait Christianorum circa nomen Dei religionem esse debere, neque ib. §. 24. p. 342 veretur dicere, „nomina Sabaoth, Adonai aliave apud Hebraeos magna veneratione pervulgata vulgarium non esse creatarumque rerum, sed ad reconditam quandam theologiam pertinere et, si ea, quam inter se habeant, naturali serie pronuncientur, insignem vim habere."

Dei natura (essentia) ab omnibus rebus creatis est secreta (de orat. 23. vol. I, 236), mutationis expers (c. Cels. I, 21. v. I, 339; VI, 62. p. 680) (nihil quoque majus et inferius in se habet, de princ. I. c. 1. §. 6. v. I. p. 51), penitus impassibilis atque sine humanis affectibus (de princ. II, 4, 4. p. 86), neque est pars nec totum (c. Cels. I, 23. p. 341). Corporea sit de sententia Origenis necne, sunt qui dubitarint (vid. Huetii Origenian. l. I. quaest. 1. §. 5 sq. p. 29 sq.), quia "in ecclesiastica doctrina,„ ut Origenes ait praef. de princ. p. 49, "id non est constitutum.„ Hoc loco duplici vocem ἀσώματον sensu Origenes accipi refert, et significare tum quod plane sine corpore sit, tum quod subtili corpore praeditum. Disertissime autem hanc quaestionem solvit de princ. I, 1. p. 49 sqq. et praecipue p. 51, ubi: "Non„, inquit, "aut corpus aliquod, aut in corpore esse putandus est Deus, sed intellectualis natura simplex, nihil omnino in se adjunctionis admittens, uti ne majus aliquid et inferius in se habere credatur; sed ut sit ex omni parte μονάς, et ut ita dicam ἑνάς, et mens, ac fons, ex quo initium intellectualis naturae vel mentis est.„ Imo ne ipse quidem filius patrem cernit (ib. §. 8. p. 53). Multis praeterea eandem locis sententiam noster profert, quos

Münſcherus Dogmengeſchichte I, 304. not. 16 laudavit, quibusque adjiciendi ſunt loci de princ. II, 2, 2. p. 79 et c. Celſ. VII, 33. p. 717. Quare „quae verba ad literam ſumpta videntur ſimplicioribus Deum in loco eſſe dicere (v. c. Joh. XIII, 1. 3; XIV, 28; XVI, 5 al.), ſic accipienda ſunt, ut magnis et ſpiritalibus de Deo notionibus conveniant" (de orat. c. 23. vol. I, 233). „Tollenda eſt humilis de Deo opinio eorum, qui in coelo ipſum, ut in loco, eſſe putant" (ib. p. 234).

Univerſum mundum, cum corporeum, tum ſpiritalem, Deus replet et amplexatur. „Dei poteſtas", inquit c. Celſ. IV, 5. p. 505, „ac divinitas quo vult proficiſcitur, et quocunque locum invenit, non e loco in locum transmigrans, nec unum ſe vacuum relinquens, ut alium occupet." „Comprehendit omnia (ib. VI, 71. p. 686), ut poteſtas divina, quae complectitur, quicquid ipſâ comprehenditur (δύναμις θεία περιειληφυῖα τὰ περιεχόμενα)." "In Deo vivimus et movemur et ſumus non niſi quod virtute ſua univerſum conſtringit et continet mundum„ (de princ. II, 1, 3. p. 78), et „ſi dicimus (c. Celſ. IV, 5. p. 505), alterum ab illo deſeri, alterum repleri, id non de loco intelligimus, ſed volumus, improbi et nequitia perditi hominis animam a Deo relinqui; animam vero ejus, qui virtutem in vivendo ſectari ſtatuerit, vel in ea progreſſionem faciat, vel etiam ad eam ſuos mores componat, repleri aut ſpiritus divini eſſe participem." Necnon Platonicis in hac doctrina Origenes indulget ſententiis, dum de princ. II, 1, 3. p. 77 ait: "Sicut corpus noſtrum unum ex multis membris aptatum eſt et ab una anima continetur, ita et univerſum mundum velut animal quoddam immenſum atque immane opinandum puto, quod quaſi ab una anima, virtute Dei ac ratione, teneatur.„

"Dei tam in bonitate, quam in ſeveritate menſuram eſſe„, dicit quidem epiſt. ad amicos Alexandrinos vol. I, 5; ſed id non de natura divina dictum eſſe apparet. Ceterum Deum et bonum et juſtum eſſe, contra haereticos noſter aſſerit de princ. II, 5, 4. vol. I, 88. 89. Singulariter de omnipotentia Dei Origenes loquitur. Hic enim philoſophia deceptus lapſus eſſe videtur, quippe qui arctioribus, quam fas

est, finibus illam circumscripserit. Recte quidem c. Cels. V, 23. p. 595: „Si quis", ait, „malitiam designat, negamus et nos Deum velle, quae contra naturam (παρὰ φύσιν) sunt, quae mala sunt, quae rationi sunt contraria; sin autem quicquid consilio Dei et voluntate fit, id necessario confitendum est non fieri contra naturam; quaecunque Deus facit, haec licet incredibilia sint aut quibusdam incredibilia videantur, non sunt tamen contra naturam. Quodsi verba urgere oportet, dicemus quaedam esse supra naturam (ὑπὲρ τὴν φύσιν), prout hanc vocem plerique intelligunt, quae Deus efficere possit; ut cum hominem supra naturam humanam efferens" (loquitur de resurrectione) „participem facit melioris diviniorisque naturae, eumque ita conservat, quamdiu is, qui conservatur, per ea quae facit, ita se velle probat." In eandem fere sententiam redit, quod ib. III, 70. p. 498 Deus omnia posse dicitur cum nullo suae divinitatis, bonitatis (justitiae) et sapientiae detrimento. At de princ. II, 9, 1. p. 97 Origenes haec habet: „.. Initio tantum numerum intelligibilium substantiarum voluntate sua constituit Deus, quanto poterat sufficere.. Dicendum enim, finitam esse Dei potentiam.. Etenim si infinita sit Dei potentia, necesse est eam ne se ipsam quidem intelligere; natura enim infinitum comprehendi non potest. Tanta igitur fecit, quanta poterat apprehendere et sub manu habere, ac sub providentia sua continere; quemadmodum et tantam materiam apparavit, quantam poterat exornare." Jam quidem de princ. I, 2, 10. p. 58 noster: "Deus pater„, ait, "omnipotens est eo, quod potentatum omnium tenet, i. e. coeli et terrae, solis et lunae et stellarum omniumque, quae in ipsis sunt„: tamen Deus, licet παντοκράτωρ sit, παντοδύναμος de Origenis sententia non est. Simillime sapientiae una cum potentia Dei Origenes de princ. III, 5, 2. p. 149 detrahere aliquid videtur eo, quod ponit, mundum, si sine initio esset, a Deo comprehendi non potuisse.

De creatione mundi (et de ipso mundo).

Universum mundum creavit Deus pater per filium (c. Cels. VI, 60. vol. I, 678; T. II Comm. in Joh. vol. IV, 60,

ap. Huet. vol. II, 56), et ita quidem, ut, cum filius sit *ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ θεοῦ*, res creatae sint hujus imaginis *μερικὰ ἀπαυγάσματα* (T. XXXII, 18 Comm. in Joh. vol. IV, 450). Hinc de princ. I, 2, 6. vol. I, 55 absurdam Origenes vocat doctrinam de emanatione aeonum, qui dicuntur. Porro de princ. IV, 8. p. 165 gnosticorum de demiurgo opiniones improbat his verbis: *Οἱ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων ... μύρια ὅσα ἀναγινώσκοντες τούτοις παραπλήσια ἐπιστῆσαι μὲν ὡς θεοῦ ταῖς γραφαῖς οὐ τετολμηκάσι, πιστεύοντες δὲ αὐτὰς εἶναι τοῦ δημιουργοῦ, ᾧ Ἰουδαῖοι λατρεύουσιν, ᾠήθησαν, ὡς ἀτελοῦς καὶ οὐκ ἀγαθοῦ τυγχάνοντες τοῦ δημιουργοῦ, τὸν σωτῆρα ἐπιδεδημηκέναι τελειότερον καταγγέλλοντα θεὸν, ὅν φασι μὴ τὸν δημιουργὸν τυγχάνειν, διαφόρως περὶ τούτου κινούμενοι, καὶ ἅπαξ ἀποστάντες τοῦ δημιουργοῦ, ὅς ἐστιν ἀγένητος μόνος θεὸς, ἀναπλασμοῖς ἑαυτοὺς ἐπιδεδώκασι.* Ibidem *Ἀλλὰ μὲν*, pergit, *καὶ οἱ ἀκεραιότεροι τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας αὐχούντων τυγχάνειν, τοῦ μὲν δημιουργοῦ μείζονα οὐδένα ὑπειλήφασιν, ὑγιῶς τοῦτο ποιοῦντες· τοιαῦτα δὲ ὑπολαμβάνουσι περὶ αὐτοῦ, ὁποῖα οὐδὲ περὶ τοῦ ὠμοτάτου καὶ ἀδικωτάτου ἀνθρώπου* (vid. Neandri S. V. Gnost. Syst. p. 331. 332). „Neque mundus a pluribus creari potuit, nec a pluribus animabus regi potest"? (c. Cels. I, 23. p. 340).

"Mundum autem nunc dicimus omne, quod est super coelos, vel in coelis, vel super terram, vel in his, qui inferi appellantur, vel quaecunque usquam prorsus loca sunt, et hi qui in ipsis degere nominantur„ (de princ. II, 9, 3. p. 97), vel "omnem universitatem eorum, quae sunt atque subsistunt coelestium, supercoelestium, terrenorum et infernorum„ (ib. c. 3 §. 6. p. 83). Est autem mundus duplex, creatura rationabilis (veri nominis *μερικὰ ἀπαυγάσματα τῆς δόξης τοῦ θεοῦ* Comm. in Joh. T. XIII, 25; XX, 16; cf. XXXII, 18) et materia ("mundum enim incorporeum dicere, in sola mentis phantasia vel cogitationum lubrico consistentem„, ab Origenis placitis alienum erat, vid. de princ. II, 3, 6. p. 83). Materia non est ingenita, sed a Deo creata; vid. de princ. II, 1, 4. p. 78, ubi haec verba sunt: "Hanc materiam, quae tanta et talis est, ut sufficere ad omnia mundi corpora, quae esse Deus voluit, queat, et conditori ad quascunque formas velit

et species famularetur in omnibus et serviret, recipiens in se qualitates, quas ipse voluisset imponere; nescio quomodo tanti ac tales viri ingenitam i. e. non ab ipso Deo factam conditore omnium putaverunt, sed fortuitam quandam ejus naturam virtutemque dixerunt. . . Quod mihi perabsurdum videtur et eorum esse hominum, qui virtutem atque intelligentiam ingenitae naturae penitus ignorant.„ Eadem fere leguntur Commentar. in Genes. vol. II, 2. 3. Pariter creaturarum rationabilium causa est Deus (de princ. II, 9, 6. p. 99). Mentes autem (definit quidem Origenes animam sensu latiori — non hominis tantum — de princ. II, 8, 1. p. 94 "substantiam φανταστικὴν καὶ ὁρμητικὴν, sensibilem et mobilem„) satis Platonice (vid. Tiedemann Geist der speculativen Philosophie P. II. p. 169) Origenes opinabatur (de anima enim quae ab ipso scripta sint, non vult habeantur dogmata, sed tractandi et requirendi more discussa, de princ. II, 8, 4. p. 96) conditas esse ante corpora, et haec potissimum de eis habet: "Rationabiles istae naturae (ait de princ. II, 9, 2. p. 97) quia esse coeperunt, necessario convertibiles et mutabiles substiterunt; quoniam quaecunque inerat substantiae earum virtus, non naturaliter inerat, sed beneficio conditoris effecta. . Omne (nempe), quod datum est, etiam auferri et recedere potest. Recedendi autem causa in eo erit, si non recte et probabiliter dirigitur motus animorum. Voluntarios enim et liberos motus a se conditis mentibus creator indulsit, quo scilicet bonum in eis proprium fieret, cum id voluntate propria servaretur; sed desidia et laboris taedium in servando bono et aversio ac negligentia meliorum initium dedit recedendi a bono. . . Unaquaeque mens vel amplius vel parcius bonum negligens, in contrarium boni, quod sine dubio malum est, trahebatur. Ex quo videtur semina quaedam et causas varietatis ac diversitatis ille omnium conditor accepisse, ut pro diversitate mentium, id est rationabilium creaturarum, quam diversitatem ex ea causa, quam superius diximus, putandae sunt concepisse, varium ac diversum mundum crearet.„ "Deus„ pergit §. 6. p. 99, "aequales creavit omnes„ (cf. etiam Comm. in Joh. vol. IV, 337) "ac similes quos creavit, quippe cum nulla ei causa varietatis ac diversitatis existeret. . . Verum quoniam ra-

tionabiles ipsae creaturae, sicut frequenter ostendimus, et in loco suo nihilominus ostendemus, arbitrii facultate donatae sunt: libertas unumquemque voluntatis suae vel ad profectum per imitationem Dei provocavit, vel ad defectum per negligentiam traxit. Et haec exstitit causa . . diversitatis inter rationabiles creaturas, non ex conditoris voluntate vel judicio originem trahens, sed propriae libertatis arbitrio. Deus vero, cui jam creaturam suam pro merito dispensare justum videbatur, diversitates mentium in unius mundi consonantiam traxit, quo velut unam domum, in qua inesse deberent non solum vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, et alia quidem ad honorem, alia autem ad contumeliam, ex istis diversis vasis vel animis vel mentibus ornaret. Et has causas, ut ego arbitror, mundus iste suae diversitatis accepit, dum unumquemque divina providentia pro varietate motuum suorum vel animorum propositique dispensat. . . Unusquisque (§. 7, p. 100) in eo, quod mens creatus a Deo est vel rationabilis spiritus, pro motibus mentis et sensibus animorum, vel plus vel minus sibi meriti paravit, vel amabilis Deo vel etiam odibilis exstitit. . Unumquodque vas (§. 8) secundum mensuram puritatis aut impuritatis suae locum vel regionem vel conditionem nascendi vel explendi aliquid in hoc mundo accepit; quae omnia Deus usque ad minimum virtute sapientiae suae providens atque dignoscens, moderamine judicii sui aequissima retributione universa disponit, quatenus unicuique pro merito vel succurri vel consuli deberet.„ Inde vocabula *καταβολὴ τοῦ κόσμου* pro creatione mundi tanquam depositione propter lapsum animarum (de princ. III, 5, 4. p. 149; caute tamen, ne ipse in calumnias incideret, hac arcana vocis illius significatione utendum dixit Comment. ser. in Matth. §. 71. vol. III, 888), et *ψυχαί*, quae vox derivanda sit a *ψύχος*, *παρὰ τὴν ἀπόπτωσιν καὶ τὴν ψῦξιν* (*τῶν ψυχῶν*) *τὴν ἀπὸ τοῦ ζῆν τῷ πνεύματι* (de princ. II, 8, 3. p. 96). "Mens enim (ib.) — *νοῦς* —, de statu suo ac dignitate declinans, effecta vel nuncupata est anima — *ψυχή*„, „et rursum anima instructa virtutibus mens fiet" (ib.).

Etsi quidem nulla creatura prorsus Deo pura est, purissima tamen est angelorum, impurissima vero daemonum (vid. An-

gelologiam et Daemonologiam). Ad medium quasi genus pertinent et homines (vide Anthropologiam) et (auctore Platone, vid. Huetii Origeniana l. l. qu. 8. §. 4. p. 129) astra. Quasdam animas Origenes censuit, quae non pessime sese gessissent, animandis solis et lunae ceterorumque siderum corporibus mundoque illustrando et exornando fuisse praefectas. Sic habetur T. I. Comm. in Joh. ap. Huet. II, 17: *Καὶ γὰρ ἡ ψυχὴ τοῦ ἡλίου ἐν σώματι.* Libro autem II. de princ. c. 9. §. 7. p. 100 postquam animas juxta virtutes ac merita diversis sanxit annecti corporibus, ex eaque diversitate mundi consonantiam efflorescere, addit, quasdam ex his, quae "melioribus meritis sint, ad exornandum mundi statum,, secerni, et "officium praebere inferioribus, quo per hoc participes existant patientiae creatoris, secundum quod apostolus ipse dicat: vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum, qui subjecit eam in spe.,, Quod de astris intelligendum videtur. Nec animam duntaxat sideribus additam esse, sed ea etiam ratione pollere, Deum cognoscere, laudare ac precari ratus est. Nam Tom. XIII, 20 in Matth. vol. III, 598 haec leguntur: *Ἄτοπον γὰρ λέγειν τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν αὐταῖς σύστημα, ὥςτ' εἰπεῖν ἂν ὅτι ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ὁ χορὸς τῶν ἀστέρων, καὶ οἱ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ τούτῳ ἄγγελοι οὐκ ἔγνωσαν τὸ ἀληθινὸν φῶς, καὶ ἀγνοοῦντες αὐτὸ ἐτήρησαν τὴν ἐπιτεταγμένην αὐτοῖς ἀπὸ θεοῦ τάξιν.* C. Cels. V, 10. vol. I, 585 astra appellat *ζῶα λογικὰ καὶ σπουδαῖα καὶ φωτισθέντα τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως ὑπὸ τῆς σοφίας, ἥτις ἐστὶν ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου.* Eadem preces offerre Deo per unigenitum ejus filium ipsumque laudare probat ex Ps. CXLVIII, 3. 4 ib. c. 18. p. 587. Quo et illud refert ex ep. ad Rom. VIII, 19—21. Eadem peccatis esse obnoxia, nec astra modo, sed elementa etiam, ac proinde judicium Dei olim subitura esse, censet homil. IV, 2 in Ezechiel. vol. III, 370. Omne id argumentum exhausit de princ. I, 7. p. 71—74. Primum quidem stellas a peccati contage immunes non esse ostendit ex Iob. XXV, 5. Quod ut melius adstruat, eas esse probat animalia, quod mandata a Deo dicantur accipere; mandare autem ipsis Deum, ut statis moveantur temporibus; motus vero illos neque absolvi posse sine anima, neque sine motu

esse posse, quae anima praedita sint; nec anima solum, sed et ratione pollere, ac proinde incrementa capere sine dubio virtutis vel decrementa; ad haec animas antiquiores recentioribus siderum corporibus extrinsecus inseri probat primum ratione hac, quod cum humanae animae, quae, dum hominum animae sunt, inferiores sunt siderum animis, corporibus hominum sint antiquiores, verisimile sit antiquiores esse quoque siderum animas siderum corporibus. Probat id ipsum deinde ep. ad Rom. VIII, 19 sqq., vanitatem quippe appellari corpus illud aethereum, quod invita subeat anima sideris, sperans fore ut expleto hoc ministerio liberetur "a servitute corruptionis et vanitatis, cum redemptionis gloriae filiorum Dei tempus advenerit„; cujus voti adeptionem dum exspectet, gemere, et "utpote affectum habentem erga eos, quibus ministret, condolere„; demum autem servitute liberatum iri, et "cum tradiderit Christus regnum Deo et patri, tunc etiam ista animantia, cum prius regnum Christi fuerint effecta, simul cum omni regno etiam patri regenda traditum iri; ut cum Deus futurus sit omnia in omnibus, etiam ista cum sint ex omnibus, sit et in istis Deus in omnibus.„

Mundus, qui nunc est, non est aeternus; coepit potius hic noster mundus "secundum historiae nostrae fidem„ ex tempore (de princ. III, 5, 1. p. 148). Minime quidem ex ecclesiastica traditione liquet, "ante hunc mundum quid fuerit, aut quid post hunc mundum erit„ (praef. ad l. de princ. §. 7. p. 48); tamen ipse Origenes de princ. III, 5, 3. p. 149 e versione Hieronymi statuit: "Nobis autem placet, et ante hunc mundum alium fuisse mundum (Ecclesiast. I, 9), et post illum alium futurum (Jesai. LXVI, 22)„, et e versione Rufini: "Quoniam non tunc primum, cum visibilem istum mundum fecit Deus, coepit operari, sed sicut post corruptionem hujus erit alius mundus; ita et antequam hic esset, fuisse alios credimus.„ Ex utraque versione (etsi utriusque verba non sunt prorsus eadem) laudato loco Ecclesiast. addit: "Quod testimonium non solum fuisse, sed futuros mundos esse testatur, non quod simul et pariter omnes fiant, sed alius post alium.„ Sic de Origenis sententia innumerabilium mundorum series et exstitit et exstabit (eorum vero error, qui mundos per

omnia pares evenire contendant, confutatur de princ. II, 3, 4: p. 81. 82). Neque enim aliter Origenes ſtatuere potuit, qui cum Moſaicam de aetate mundi narrationem veram habuit, tum, ut praetermittam ſuperſtitum Origenis operum locos nonnullos, non aeque claros (veluti interpretationem Rufin. de princ. III, 5, 3. p. 149), apud Photium cod. CCXXXV. p. 933 ed. Rothom. dixit, *συναΐδιον εἶναι τῷ μόνῳ σόφῳ καὶ ἀπροςδεεῖ θεῷ τὸ πᾶν. Ἔφασκε γὰρ* (pergit Photius), *εἰ οὐκ ἔστι δημιουργὸς ἄνευ δημιουργημάτων, ἢ ποιητὴς ἄνευ ποιημάτων, οὐδὲ παντοκράτωρ ἄνευ τῶν κρατουμένων· τὸν γὰρ δημιουργὸν διὰ τὰ δημιουργήματα ἀνάγκη, καὶ τὸν ποιητὴν διὰ τὰ ποιήματα, καὶ τὸν παντοκράτορα διὰ τὰ κρατούμενα λέγεσθαι· ἀνάγκη ἐξ ἀρχῆς αὐτὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ γεγενῆσθαι, καὶ μὴ εἶναι χρόνον, ὅτε οὐκ ἦν ταῦτα. εἰ γὰρ ἦν χρόνος, ὅτε οὐκ ἦν τὰ ποιήματα, ἐπεὶ τῶν ποιημάτων μὴ ὄντων οὐδὲ ποιητής ἐστιν· ὅρα οἷον ἀσεβὲς ἀκολουθεῖ. Ἀλλὰ καὶ ἀλλοιοῦσθαι καὶ μεταβάλλειν τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον συμβήσεται θεόν. εἰ γὰρ ὕστερον πεποίηκε τὸ πᾶν, δῆλον ὅτι ἀπὸ τοῦ μὴ ποιεῖν εἰς τὸ ποιεῖν μετέβαλε. τοῦτο γὰρ ἄτοπον μετὰ τῶν προειρημένων. Οὐκ ἄρα δυνατὸν λέγειν, μὴ εἶναι ἄναρχον καὶ συναΐδιον τῷ θεῷ τὸ πᾶν.* Licet igitur mundus non ſit ingenitus, ſed creatus, eſt tamen ex infinito tempore, ne dicam ab aeterno creatus.

Jam quaeritur, qua de cauſa mundus a Deo creatus ſit. Ex ſententia Origenis nulla alia commotus eſt Deus cauſa, naturas ſpiritales procreandi, quam ſuapte bonitate (de princ. II, 9, 6. p. 99; Comm. in Joh. vol. IV, 337). Mundum corporeum autem ſuperiora docent (cf. praeterea de princ. III, 5, 4. p. 150 e verſione Hieronymi: "Unde conditor Deus fecit eis congrua humilibus locis corpora, et mundum iſtum viſibilem fabricatus eſt, miniſtrosque ob ſalutem et correptionem eorum, qui ceciderunt, miſit in mundum; ex quibus alii certa obtinerent loca et mundi neceſſitatibus obedirent, alii injuncta ſibi officia ſingulis quibusque temporibus, quae novit artifex Deus, ſedula mente tractarent,,) creatum eſſe ſpiritalium tantummodo cauſa naturarum ſive propter varietatem lapſus rationabilium creaturarum (de princ. II, 1, 1. p. 77: *Τί ἄλλο χρὴ λέγειν αἴτιον γεγονέναι τοῦ ὑποστῆναι αὐτὸν, ἢ τὸ ποί-*

κιλον τῆς ἀποπτώσεως τῶν οὐχ ὁμοίως τῆς ἑνάδος ἀποῤῥεόντων;). Homil. I, 12 in Genes. vol. II, 56 κατ' ἄνθρωπον "propter hominem universus creatus esse mundus, dicitur. Minime enim factus est propter bestias, qua de re c. Cels. IV, 74. p. 558. 559 haec verba facit: „Multis postea nos accusat (Celsus), quod a Deo omnia propter hominem facta esse dicamus, et ex animalium historia multisque, quae praebent, solertiae signis probare vult, nihilo magis propter homines, quam propter animantes rationis expertes facta esse omnia. In quo mihi videtur similis esse illis, qui odio abrepti in suis hostibus vituperant, quae in ipsorum amicis laudantur. Quemadmodum enim isti odio occaecati non vident, in suos amicos recidere, quae contra hostes mala proferre existimant; similiter Celsus mente perturbatus non vidit, se obtrectare Stoicis, qui non male docent hominem et universim naturam rationis participem animalibus ratione privatis antecellere, et propter illam potissimum omnia providentiam fecisse" et qu. sq.

Tantum vero abest, noster ut creationem sex diebus confectam esse censeat, ut insanam hanc literalem sententiam ducat de princ. IV, 16. p. 174. 175; c. Cels. VI, 60. p. 678.

De providentia.

De providentia Dei Origenes minime dubitavit; vituperat potius acriter eos, qui „perturbati iis, quae hic probis improbisque contingant, praepropere in hanc abierint sententiam, quae providentiam tollat" (c. Cels. I, 10. vol. I, 329), et de princ. IV, 7. vol. I, 162. 163 dicit: „Providentiae opera alia sunt manifesta, alia sic abstrusa et occulta, ut dubitandi ansam praebere videantur, an Deus arte et potentia inenarrabili omnia administret; neque enim in iis, quae supra terram sunt, tam aperta est providentis Dei artificiosa ratio, quam in sole et luna et astris; neque tam manifesta est in humanis eventis et casibus, quam in anima et corpore animantium; . . . attamen providentia apud eos, qui eam probe perceperunt, nihil quicquam detrimenti capit ob ea, quae non comprehenduntur." Ceterum in administranda

terra magnam vim angelis etiam ab Origene Deus dediſſe dicitur.

Jamvero cum *εἰκὸς* eſſe dicat noſter *τῷ θεῷ οὐ μόνον προεγνῶσθαι τὰ ἐσόμενα, ἀλλὰ καὶ προδιατετάχθαι, καὶ μηδὲν αὐτῷ παρὰ τὰ προδιατεταγμένα γίνεσθαι* (de orat. c. 5. vol. I, 204), non poteſt ad dubitationes eorum non reſpondere, qui ingentem doctrinae de providentia cum doctrina de libertate hominum repugnantiam invenire ſibi videantur. Quare c. Celſ. II, 20. p. 405: „Celſus", ait, „putat, quod praedictum eſt, ideo fieri, quia praedictum eſt; id vero illi nullo modo aſſentimur. Neque enim dicimus, eum qui praedixit cauſam ideo eſſe, cur res futura ſit, quia praedixit eam eſſe futuram; ſed cum res futura, etiamſi praedicta non eſſet, futura ſit, illam ſui praedicendae locum praebuiſſe illi, qui praenoſcit. Atque totum hoc animo ejus, qui praedicit, obverſatur: cum res haec accidere poſſit et poſſit non accidere, e duobus hoc unum accidet. Neque dicimus, a praenoſcente effici, ut res aut evenire aut non evenire poſſit, ita ut qui praenoſcit dicat: haec res omnino futura eſt, et fieri non poteſt ut aliter fiat. Atque hac ratione intelligi par eſt omnes praedictiones, quae vel in divina ſcriptura, vel in Graecorum hiſtoriis reperiuntur de iis, quae in noſtro poſita ſunt libero arbitrio;" et Comm. T. III, 6 in Geneſ. vol. II, 10 ſq.: „Deus, quod nulla res cauſam non habeat aliquam, dum ſub ipſum orbis moliendi principium futura ſingulatim omnia mente percurrit, videt illico ſi factum hoc erit, illud proinde ſequuturum; quod ubi exſtiterit, tertium ex eo quiddam aptum fore; hoc item ſi poſitum erit, et conſequens illud futurum; itaque ad rerum finem omnium cognitione perducta, quidquid futurum eſt intelligit; nec tamen cujuslibet omnino rei, cur hoc illove modo eveniat, cauſa dicendus eſt. Quemadmodum enim ſi quem imperitia temerarium ac praecipitem eſſe videas, eaque temeritate impulſum lubrico ſeſe itineri committere, et eum labente fallenteque veſtigio ruiturum intelligas, ipſi tamen prolapſionis cauſa non es: ita plane ſentiendum eſt, Deo, quod, cujusmodi quisque ſit futurus, praeviderit, cauſas etiam cur ejusmodi ſit futurus, quaeque ab eo vel

improbe vel praeclare gerenda ſint, eſſe perſpecta. Atque, ut libere quod res eſt eloquamur, non Dei modo praenotionem rerum cauſam non eſſe (neque enim quem peccaturum Deus eſſe praevidit, eum, dum re ipſa peccat, ad facinus quaſi manu deducit); ſed etiam quod a communi ſenſu remotius quidem, ſed verum tamen eſt, id ipſum quod futurum ſit, ejusmodi praenotionis cauſam eſſe. Neque enim iccirco ſit quod futurum eſſe cognoſcatur; ſed quod futurum ſit, iccirco futurum eſſe cognoſcitur." Itaque c. Celſ. V, 21. p. 594 providentiam divinam libero hominum arbitrio non repugnare contendit.

Haec cum Origenis ſit ſententia, paene per ſe intelligitur, ſuperſtitionem aſtrologicam probari ipſi non poſſe. Concedit quidem, e vario aſtrorum ſitu naturas humana ſuperiores ſigna futurorum haurire (Comm. T. III, 5 in Geneſ. vol. II, 9), ſed (ib. §. 1. p. 4) humanas res non adeo ait neceſſitate teneri, ut aliter, quam aſtrorum ſitus juberet, fieri non poſſent. „Qua quidem ex opinione", ait, „conſequens illud eſſet, ut funditus liberum noſtrum tolleretur arbitrium, ſimulque proinde laus omnis ac vituperatio rerumque vel approbatione dignarum vel reprehenſione diſcrimen."

Quaeritur denique, qua Origenes ratione mala et phyſica et ethica (inter quae diſcrimen recte ſtatuit c. Celſ. VI, 55. 56. p. 675) cum providentia divina conciliaverit. „Cum hic ait Celſus", inquit c. Celſ. IV, 65. p. 553, „malorum originem non facile cognoſci ab homine non philoſopho, innuit philoſophum facile illius originis notitiam conſequi poſſe; philoſophiae autem imperitum non facile quidem poſſe malorum originem inveſtigare, ſed poſſe tamen, licet magno labore. Ad quod ut reſpondeam, dico ne philoſopho quidem facile eſſe malorum originem cognoſcere. Fortaſſe etiam nullo modo poteſt, niſi Deo aſpirante dicat intelligatque et quid mala ſint, et quomodo orta fuerint, et quonam modo tollenda ſint." Ipſe tamen quaeſtionem ſolvere conatur. Ait enim c. Celſ. IV, 66. p. 554: *Τὸ γὰρ ἑκάστου ἡγεμονικὸν αἴτιον τῆς ὑποστάσης ἐν αὐτῷ κακίας ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ τὸ κακόν.* Quare ib. VI, 55. p. 675 dicit, *ὅτι κακὸν μὲν ἢ τὴν κακίαν καὶ τὰς ἀπ' αὐτῆς πράξεις ὁ θεὸς οὐκ ἐποίησεν.*

„Sed tamen pauca", paucis interjectis pergit, „si ad hujus universitatis compositionem spectes, ex praecipuis ejus operibus consequuta sunt, quemadmodum ex praecipuis fabri operibus tortilia segmina scobesque consequuntur; sicut etiam architectis tribui posse videntur sordidi illi fragminum pulverisque acervi, qui prope aedificia sunt." Malitia vero in Deum nullo modo cadit. "Malitiam (hom. XIV, 2 in Numer. vol. II, 322) Deus non fecit; tamen cum aliis inventam possit prohibere, non prohibet, sed cum ipsis, a quibus habetur, utitur ea ad necessarias causas. Per ipsos enim, in quibus est malitia, claros et probatos efficit eos, qui ad virtutum gloriam tendunt. Nam si perimeretur malitia, non esset utique qui contrairet virtutibus. Virtus autem non habens aliquid contrarium, non clarescceret, nec splendidior et examinatior fieret. Non probata vero nec examinata virtus, nec virtus est. Sed haec si dicantur sine divinorum verborum testimoniis, exquisita magis et humana arte composita, quam vera atque indubitata videbuntur. Requiramus ergo, si hujusmodi sensum etiam volumina divina contineant. Veniamus ad Joseph„ cet. Cf. Orig. Daemonologiam. Verumtamen „ne hinc quis occasionem arripiat (c. Cels. IV, 70 p. 556) obfirmandi se in malo, quasi malitia aut utilis esset aut utilis esse posset universitati; dicendum est, etiamsi Deus, illaeso nostrae libertatis arbitrio, utatur improborum malitia ad ordinem universitatis eosque illius utilitati accommodet, reos nihilominus esse qui malum perpetrant. Quatenus rei sunt, ordinantur quidem ad universitatis utilitatem, sed nemo est qui utilitatem illam detestari non debeat. Non aliter ac si quis quorumdam criminum reus propter haec damnaretur in urbe ad opera publica quaedam omnibus utilia, is diceretur quid facere quod toti urbi utilitatem afferret; ipse tamen videretur fungi abominando munere, in quo nemo vel mediocriter sapiens versari vellet. Hinc est, quod Paulus Jesu apostolus nos doceat utiles futuros esse universitati vel nequissimos, quamvis ipsimet sint inter abominandos relegandi; sed eos, qui virtuti student, maximas praebituros universitati utilitates, et iccirco in praeclarissimo loco esse collocandos" (2 Tim. II, 20). — Mala hujusmodi ethica animae jam per-

petraruut, antequam in corpora descenderent, et ea ipsa est causa, cur non solum dejectae sint, sed etiam (cum praesertim peccata in terra indies magis accumulent) pro sua quaeque culpa in terra ("non quidem omnia a Deo, nec tamen sine Deo,,, de princ. III, 2, 7. p. 142; vid. expositionem doctrinae Orig. de daemonibus) mala physica experiantur. Multa ad hanc rem pertinentia jam supra in articulo de creatione mundi exposuimus. Hac ratione Origenes Esavi et Jacobi exemplum illustrandum censet (de princ. II, 9, 7. p. 99). Cum enim nondum nati fuissent, neque aliquid egissent boni vel mali, tamen Esavus a Deo Jacobo subjectus est, quippe pluribus in coelesti illo statu delictis pollutus. Itaque admittit quidem mala physica Deus, sed ad eum tantum finem, ut, quae sua est sanctitas et bonitas, animas poenis corrigat earumque morbis medeatur. Sic c. Cels. VI, 56. p. 675. 676: „Sicuti", ait, „quamvis per abusum mala appellemus poenas illas, quas patres, magistri, paedagogi infligunt iis quos erudiunt, et medici iis quos sanandi causa urunt vel secant, et dicamus patrem filiis, aut magistros aut paedagogos aut medicos mala facere; non tamen accusamus eos, qui verberant vel secant: sic nihil absurdi est dicere mala quaedam a Deo induci ad convertendos ac sanandos, qui hujusmodi molestiis opus habent." Et de princ. II, 10, 6. p. 102: "Si ad corporis sanitatem pro his vitiis, quae per escam potumque collegimus, necessariam habemus interdum austerioris ac mordacioris medicamenti curam; nonnunquam vero, si id vitii qualitas depoposcerit, rigore ferri et sectionis asperitate indigemus; quodsi etiam haec supergressus fuerit morbi modus, ad ultimum conceptum vitium etiam ignis exurit; quanto magis intelligendum est et hunc medicum nostrum Deum volentem diluere vitia animarum nostrarum, quae ex peccatorum et scelerum diversitate collegerant, uti hujuscemodi poenalibus curis, insuper etiam ignis inferre supplicium his qui sanitatem animae perdiderunt? . . Furor vindictae Dei ad purgationem profuit animarum.„ "In quo profecto omnis ratio aequitatis ostenditur, dum inaequalitas rerum retributionis meritorum servat aequitatem„ (ib. c. 9. §. 8. p. 100).

De trinitate.

De patre

quae sunt memorabilia, aptius simul proferentur in doctrina de filio.

De filio.

Rectae, ut id h. l. praemoneamus, propinquam doctrinam de *λόγῳ* jam Plato, ut Origenes statuit, protulit, quod ad demonstrandum c. Cels. VI, 8. 9. vol. I. p. 686 duos ex Platone locos (epist. 6. 7) noster laudat. Cf. annotationem Ruaei vol. I. p. 60. n. b. De eis autem, quae Platonica hac in doctrina Origenes habeat, videsis Keilium l. l. p. 505 sqq.

Filium ex sententia Origenis (unum quidem cum patre, sed etiam) singularem esse et separatam a patre personam, demonstratur tum historia conversionis Berylli (et ejus quidem convicti ab Origene erroris, cum dixisset — Euseb. hist. eccl. VI, 33 —, *τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν μὴ προϋφεστάναι κατ' ἰδίαν οὐσίας* — quod vocabulum tunc temporis idem fere valebat, quod *ὑποστάσεως* — *περιγραφὴν, πρὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας· μηδὲ τὴν θεότητα ἰδίαν ἔχειν, ἀλλ' ἐμπολιτευομένην αὐτῷ μόνην τὴν πατρικήν.* Cf. huj. libelli P. I. p. 57), tum multis diserte ab Origene dictis, quae exstant in operibus quae supersunt. Sic c. Cels. VIII, 12. p. 750. 751: „Si Celso", ait, „perspectum fuisset illud: Ego et pater unum sumus, et hoc aliud, quod filius Dei inter precandum dixit: Sicut ego et tu unum sumus, non sibi induxisset in animum, alium a nobis quam summum Deum coli. Nam pater, inquit, in me et ego in patre. Quodsi quis ex his verbis verebitur, ne ad illos transfugiamus, qui patrem et filium duas hypostases esse negant (*πρὸς τοὺς ἀναιροῦντας δύο εἶναι ὑποστάσεις πατέρα καὶ υἱόν*), advertat animum ad istud: Erat omnium credentium cor unum et anima una, ut intelligat, quid sibi velit hoc: Ego et pater unum sumus. Unum igitur Deum, ut explicavi, patrem et filium colimus, atque adeo nobis manet contra alios valida ratio; neque hominem nuperrime exortum et qui antea non erat, summa veneratione prosequimur. Credimus enim dicenti: Antequam Abrahamus fieret, ego sum, et Ego sum veritas. Neque

quispiam nostrum tam abjecti animi est, ut existimet substantiam veritatis non ante tempora illa fuisse, quibus Christus visus est. Colimus igitur patrem veritatis et filium veritatis, quae duae res sunt quoad hypostasin (*ὄντα δύο τῇ ὑποστάσει πράγματα*), una vero consensione et concordia et voluntatis identitate; ita ut qui vidit filium, qui est splendor gloriae et figura substantiae Dei, is in illo, qui Dei imago est, viderit et patrem." Necnon vituperat Origenes Comm. in Joh. T. I ed. Huet. II, 23 eos, qui praecipue nomine *τοῦ λόγου* de Christo uti velint propter locum: Eructavit cor meum verbum bonum —, ac si eo facilius intelligatur, quid sit filius; qui *οἰόμενοι προσφορὰν πατρικὴν οἱονεὶ ἐν συλλαβαῖς κειμένην, εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ κατὰ τοῦτο ὑπόστασιν αὐτῷ οὐ διδοάσι, οὐδὲ οὐσίαν αὐτοῦ σαφηνίζουσιν.* In eandem sententiam, ex qua quidem pater et filius duae sint hypostases, redeunt loci T. II. Comm. in Joh. ed. Huet. II, 70: *Ἐπεὶ δὲ φῶς ἁπαξαπλῶς ἐνταῦθα μὲν ὁ σωτὴρ, ἐν δὲ τῇ καθολικῇ τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου ἐπιστολῇ λέγεται ὁ θεὸς εἶναι φῶς, ὁ μέν τις οἴεται καὶ ἐντεῦθεν κατασκευάζεσθαι τῇ οὐσίᾳ μὴ διεστηκέναι τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα·* T. XII. in Joh. ib. p. 186. 187, ubi reprehendit Origenes „existimantes, *μὴ διαφέρειν τῷ ἀριθμῷ τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ἓν, οὐ μόνον οὐσίᾳ, ἀλλὰ καὶ ὑποκειμένῳ τυγχάνοντας ἀμφοτέρους κατά τινας ἐπινοίας διαφόρους, οὐ καθ' ὑπόστασιν λέγεσθαι πατέρα καὶ υἱόν,* et de orat. c. 15 vol. I, 222, ubi filius dicitur *ἕτερος κατ' οὐσίαν καὶ ὑποκείμενον τοῦ πατρός.* Constat igitur, adeo sine omni haesitatione Origenem dicere, filium singularem esse separatamque a patre personam, ut de nulla alia re ad doctrinam de trinitate pertinente disertius loquutus esse videatur.

Pater genuit filium, neque vero humana ratione. "Infandum est (de princ. I, 2, 4. v. I, 55) et illicitum, Deum patrem in generatione unigeniti filii sui atque in subsistentia ejus exaequare alicui vel hominum vel aliorum animantium generanti.„ "Filii Dei„, pergit, "generatio humana cogitatione non potest apprehendi. Ita est aeterna et sempiterna, sicut splendor generatur ex luce. Non enim per adoptionem spiritus filius fit extrinsecus, sed natura filius est.„ „Neque

eus", ait Comm. in Genef. vol. II, 1, „cum prius non effet
iter, poftea pater effe coepit, velut impeditus aliquibus ex
ufis, quibus homines mortales impediri folent, ut non fta-
m ex quo funt et patres effe poffint. Si enim femper per-
ctus eft Deus, nec deeft ei virtus qua pater fit, et bonum
t, effe eum patrem talis filii: quid differt aut quid hoc bono
audat fe, et non ftatim, fi ita dici poteft, fe pater efficit pa-
em? (Id ipfum autem etiam de fpiritu fancto dicendum
t.)" "Filius Dei vapor virtutis ejus femper exftitit, nec
t quando non fuerit, nec aliud habet initium, nifi ipfum
ıde et eft et nafcitur Deum„ (de princ. I, 2, 9. p. 57). Filii
ıtivitas non eft pofterior appellatione, qua pater dicitur
nnipotens (ib. §. 10. p. 58). "Per filium Deus pater eft
nnipotens„ (ib.). *Πῶς δὲ* (ib.) *οὐκ ἄτοπον τὸ, μὴ ἔχοντά
τῶν πρεπόντων αὐτῷ τὸν θεὸν, εἰς τὸ ἔχειν ἐληλυθέναι;
εἰ δὲ οὐκ ἔστιν, ὅτε παντοκράτωρ οὐκ ἦν, ἀεὶ εἶναι δεῖ
ὔτα, δι᾽ ἃ παντοκράτωρ ἐστί· καὶ ἀεὶ ἦν ὑπ᾽ αὐτοῦ κρατού-
να, ἄρχοντι αὐτῷ χρώμενα.* "Ingenitum„ (forfan legen-
ım: unigenitum) "filium generat pater (et fpiritum fanctum
ofert), non quafi qui ante non erat, fed quia origo et fons
ii (vel fpiritus fancti) pater eft, et nihil in his anterius po-
riusve intelligi poteft„ (de princ. II, 2, 1. p. 79). "Filius
). IV, 28. p. 190) fine patre intelligi nequit, qui et figura
preffa fubftantiae ejus et verbum et fapientia dicitur. Quo-
odo ergo poteft dici, quia fuit aliquando, quando non fuit
ius? Nihil enim aliud eft id dicere, nifi quia fuit aliquando,
ando veritas non erat, quando fapientia non erat, quando
ta non fuerit, cum in his omnibus perfecta Dei patris fub-
ntia cenfeatur.„ In eandem fententiam redit, quod c. Celf.
II, 12. p. 750 fq. loco fupra exfcripto Origenes dixit. Ge-
ıravit igitur pater filium inde ab aeterno.

Filius autem non modo genitus effe, fed etiam quo-
mmodo emanaffe ex patre dicendus videtur.
inime quidem craffa ratione filius emanavit. *Ἀδιαίρε-
ς ὢν* (*ὁ πατὴρ*) — de princ. IV, 28. p. 190 — *καὶ ἀμέ-
στος υἱοῦ γίνεται πατὴρ, οὐ προβαλὼν αὐτὸν, ὡς οἴονταί
νες. εἰ γὰρ προβολή ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, καὶ γεννᾷ
ν ἐξ αὐτοῦ ὁποῖα τὰ τῶν ζώων γεννήματα, ἀνάγκη σῶμα*

εἶναι τὸν προβάλλοντα καὶ τὸν προβεβλημένον. "Obſervandum namque eſt (de princ. I, 2, 6. p. 55), ne quis incurrat in illas abſurdas fabulas eorum, qui prolationes quasdam ſibi ipſis depingunt, ut divinam naturam in partes vocent et Deum patrem quantum in ſe eſt dividant, cum hoc de incorporea natura vel leviter ſuſpicari non ſolum extremae impietatis ſit, verum etiam ultimae inſipientiae, nec omnino ad intelligentiam conſequens, ut incorporeae naturae ſubſtantialis diviſio poſſit intelligi. Magis ergo ſicut voluntas procedit e mente, et neque partem aliquam mentis ſecat, neque ab ea ſeparatur aut dividitur, tali quadam ſpecie putandus eſt pater filium genuiſſe imaginem ſcilicet ſuam, ut ſicut ipſe inviſibilis eſt per naturam, ita imaginem quoque inviſibilem genuerit„ Attamen quodammodo eſt filius emanatio, ſed puriſſima. Ita Lib. VII, Comm. in Rom. IX, 5 (quem locum attulit Keilius l. l. p. 490): "Unus autem„, Origenes ait, "uterque (pater et filius) eſt Deus, quia non eſt aliud filio divinitatis initium, quam pater; ſed ipſius unius paterni fontis, ſicut ſapientia dicit, puriſſima eſt emanatio filius.„ Ex ejus autem Comm. in ep. ad Hebr. haec affert Pamphilus apolog. (T. V. Opp. Hieronym. p. 236 ed. Martian.): "Quod ideo de rebus corporalibus aſſumpſit, ut vel ex parte aliqua poſſimus intelligere, quo modo Chriſtus, qui eſt ſapientia, ſecundum ſimilitudinem ejus vaporis, qui de ſubſtantia aliqua corporali procedit, ſic etiam ipſe, ut quidem vapor exoritur de virtute ipſius Dei, ſic et ſapientia ex eo procedens ex ipſa Dei ſubſtantia generatur. Sic nihilominus et ſecundum ſimilitudinem corporalis aporrhoeae eſſe dicitur aporrhoea gloriae omnipotentis pura quaedam et ſincera. Quae utraeque ſimilitudines manifeſtiſſime oſtendunt, communionem ſubſtantiae eſſe filio cum patre. Aporrhoea enim ὁμοούσιος videtur i. e. unius ſubſtantiae cum illo corpore, ex quo eſt vel aporrhoea vel vapor.„ Poſterioris loci etiamſi non omnia verba ſint Origenis genuina, id tamen inde conſtat, quem ad finem eum allegavimus.

Jamvero quamquam Origene judice filius genitus eſt vel emanavit inde ab aeterno, tamen non eſt ingenitus, ſed γενητοῖς annumeratur T. IV. in Joh. ed. Huet. II, 74. Quoniam autem omnes res creatae (τὰ γενητά) exſtiterunt poſt

Deum creatorem (mundus quidem etiamſi creatus ſit ab aeterno, tamen creatus eſt, ita ut, etiamſi cogitatione tantum, fuerit, quando nondum erat), neque *γενητοῖς* filius recte annumeratur, ſed eſt *μεταξὺ τῆν τοῦ ἀγενήτου καὶ τῆς τῶν γενητῶν πάντων φύσεως* (c. Celſ. III, 34. p. 469), vel, quia ſua natura a creaturarum natura prorſus diverſa eſt, hac ratione *ἀγένητος* (c. Celſ. VI, 17. p. 643). Neque enim pater (et ne cogitatione quidem) ante ipſum fuit, ſed fons tantummodo eſt ipſius. Ea ipſa autem eſt cauſa, cur filius totus ex patre pendeat, („Non ſolum pater eſt magnus, ſed ſuae magnitudinis participem fecit filium ſuum, ut, qui eſt imago inviſibilis Dei, is etiam magnitudine patris imaginem referat" c. Celſ. VI, 69. p. 684). Ita pater eſt (ex uſu loquendi Johanneo) *ὁ θεός*, filius (cf. v. c. c. Celſ. I, 66. p. 381 et VII, 17. p. 706: *θεὸς λόγος*, ib. III, 41. p. 414: *ἀρχῆθεν θεὸς καὶ υἱὸς θεοῦ*, ib. VIII, 72. p. 795: *ὁ ἐπὶ πᾶσι λόγος καὶ θεός*, ib. I, 68. p. 383 al. loc.) *θεός* (T. I in Joh. ed. Huet. II, 56), quaſi ſecundus Deus (c. Celſ. V, 39. p. 608; *ὁ δεύτερος θεός*), patre inferior. „Sunt", ait c. Celſ. VIII, 14. p. 752, „qui temere affirment, *τὸν σωτῆρα εἶναι τὸν μέγιστον ἐπὶ πᾶσι θεόν· ἀλλ' οὔτι γε*, pergit, *ἡμεῖς τοιοῦτον, οἱ πειθόμενοι αὐτῷ λέγοντι· ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με μείζων μού ἐστιν.* Et ita quidem Dei virtutes et opera Origenes filio omnino tribuit, ſed nonnulla gradu minori, quam patri, C. Celſ. II, 9. p. 393, de princ. IV, 28. p. 190, alibi aperte omnipraeſentiam filio adſcribit, et c. Celſ. V, 39 p. 608 nominat eum *τὸν αὐτόλογον καὶ τὴν αὐτοσοφίαν καὶ τὴν αὐτοδικαιοσύνην*. Sed alias inter patris filiique proprietates diſcernit, Pater poteſtatem habet in omnia; etiam "is, qui nunc patri ſubjectus non eſt, aliquando ſubjectus erit, tunc cum prius pater ei univerſa ſubjecerit„ (de princ. III, 5, 7. p. 151). *Σαφῶς γὰρ ἡμεῖς φαμὲν* (c. Celſ. VIII, 15. p. 753) *τὸν υἱὸν οὐκ ἰσχυρότερον τοῦ πατρός, ἀλλ' ὑποδεέστερον . . καὶ οὐδεὶς ἡμῶν οὕτως ἐμβρόντητός ἐστιν, ὡς λέγειν, κύριός ἐστι τοῦ θεοῦ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Κρατεῖν δέ φαμεν τὸν σωτῆρα μάλιστα, ὅτε νοοῦμεν αὐτὸν θεὸν λόγον καὶ σοφίαν καὶ δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν, πάντων μὲν τῶν ὑποτεταγμένων αὐτῷ, καθὸ ταῦτά ἐστιν· ἀλλ' οὐχὶ*

καὶ τοῦ κρατοῦντος αὐτὸν (fcil. κρατεῖν) πατρὸς καὶ θεοῦ. De princ. I, 3, 5. p. 62 Origenes demonftraturus, poteftatem patris latius patre, quam filii, filiique latius, quam fpiritus fancti, haec habet: "Ὅτι ὁ μὲν θεὸς καὶ πατὴρ συνέχων τὰ πάντα φθάνει εἰς ἕκαστον τῶν ὄντων μεταδιδοὺς ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ ἰδίου τὸ εἶναι· ὢν γάρ ἐστιν. ἐλάττων δὲ πρὸς τὸν πατέρα ὁ υἱὸς φθάνων ἐπὶ μόνα τὰ λογικά· δεύτερος γάρ ἐστι τοῦ πατρός. (ἔτι δὲ ἧττον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ μόνους τοὺς ἁγίους διϊκνούμενον·) ὥςτε κατὰ τοῦτο μείζων ἡ δύναμις τοῦ πατρὸς παρὰ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· πλείων δὲ ἡ τοῦ υἱοῦ παρὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· (καὶ πάλιν διαφέρουσα μᾶλλον τοῦ ἁγίου πνεύματος ἡ δύναμις παρὰ τὰ ἄλλα ἅγια). De filii bonitate de princ. I, 2, 12. p. 59: Οὕτω τοίνυν, inquit, ἡγοῦμαι καὶ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος καλῶς ἂν λεχθήσεσθαι, ὅτι εἰκὼν ἀγαθότητος τοῦ θεοῦ ἐστιν, ἀλλ' οὐκ αὐτὸ ἀγαθόν. καὶ τάχα καὶ υἱὸς ἀγαθὸς, ἀλλ' οὐχ ὡς ἁπλῶς ἀγαθός.. οὕτως εἰκὼν ἀγαθότητος, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ πατὴρ ἀπαραλάκτως ἀγαθός. Cf. Comm. in Matth. vol. III, 665. Quare etiam non prorfus in vanum retulerit Hieronymus cum aliis (vid. Huetii Origeniana l. l. qu. 2. p. 39. §. 16) tanquam ab Origene propofitum, "filium quantum ad patrem non, effe veritatem, quantum ad nos effe imaginariam veritatem,,, cum praefertim de princ. I, 2, 6. p. 56 fimile quidpiam contineatur et exhort. ad mart. c. 29. vol. I, 292 haec legantur: Θέλημα τοῦ πατρὸς σοφώτερον παρὰ τὸ βούλημα τοῦ υἱοῦ. Quod attinet ad opera filii, omne vere divinum, quod ante Chriftum natum exftabat, erat ἐπιδημία νοητὴ τοῦ λόγου (Comm. in Joh. T. VI, 2), et affuit ὁ λόγος in Mofe, prophetis et angelis, per quos pater voluntatem fuam manifeftavit (vid. Huetii Origeniana l. l. qu. 3. §. 2. p. 49 fq. et v. c. T. XII, 42 in Matth. v. III, 564; T. I in Joh. ed. Huet. II, 32). Quin etiam mundum filius creavit; neque vero id fine reftrictione dici poteft, nam creatus eft mundus a patre per filium. Οὕτω τοίνυν, inquit in Joh. T. II. vol. IV, 60. ed. H. II, 56, καὶ ἐνθάδε, εἰ πάντα διὰ τοῦ λόγου ἐγένετο, οὐχ ὑπὸ τοῦ λόγου ἐγένετο, ἀλλ' ὑπὸ κρείττονος καὶ μείζονος παρὰ τὸν λόγον, τίς δ' ἂν ἄλλος οὗτος τυγχάνῃ, ἢ ὁ πατήρ; Filius igitur (c. Celf. VI, 60

p. 678) est proximus mundi conditor, *ὁ προσεχῶς δημιουργὸς καὶ ὡςπερεὶ αὐτουργὸς τοῦ κόσμου*, pater vero *πρώτως δημιουργὸς*, eo, quod filio suo mandavit, ut mundum faceret. Superat ergo pater et proprietatum majestate et operum magnificentia filium, quippe qui, cum non sit ingenitus, sed totus ex patre pendeat, in immensum a patris numine distet. Quamquam (T. XIV. in Joh. ed. H. II, 218) *ὑπερέχει θρόνων, κυριοτήτων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, πρὸς τούτοις καὶ ἁγίων ἀγγέλων καὶ πνευμάτων καὶ ψυχῶν δικαίων· .. ἀλλ' ὅμως τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων ὑπερέχων οὐσίᾳ καὶ πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει καὶ θειότητι .. οὐ συγκρίνεται κατ' οὐδὲν τῷ πατρί.*„ Ipse enim (ib. paulo ante) et *τὸ πνεῦμα ἅγιον ὑπερεχόμενον τοσοῦτον ἢ καὶ πλέον ἀπὸ τοῦ πατρὸς, ὅσῳ ὑπερέχει αὐτὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα τῶν λοιπῶν οὐ τῶν τυχόντων.*

Quaeritur, Origenes, qui haec talia de filio docuit, an vere Deum (qui Christianis unus est) eum esse crediderit. Scilicet non quaeritur, an ex sententia Origenis filius patri vel sit aequalis, vel ita *ὁμοούσιος*, uti Nicaeni patres postea dicebant, quod etiamnum quaerere absurdum esset, sed quaeritur potius, an id, in quo natura filii cernatur, mere sit divinum liberumque ab omni adjectione non-divina. Nomen quidem filii *ὁμοουσίου τῷ πατρὶ* Origenes improbaverit necesse est (omittimus nimirum, quia graece non amplius superest, locum vocabulum istud comprobantem, a Pamphilo ex Origenis Comm. in ep. ad Hebr. laudatum, quem supra exscripsimus), quippe, uti ex supra allatis locis videre licuit, vocibus *ἑτερότης οὐσίας* et *ἑτερότης ὑποστάσεως* promiscue usus. Neque vero agitur de nomine, sed de re. De re autem locis supra laudatis et similibus, ubi, ne quis aliquam patris vim filium existimet, minime ut duos sibi Deos sumat (quam sententiam potius abominatur in Joh. T. II. ed. H. II, 46), patris et filii duas hypostases vel *οὐσίας* esse Origenes dicit, nihil definitur, quia apud primorum seculorum patres istorum vis vocabulorum nondum sat certis finibus circumscripta erat. Docuit quidem Origenes, filium patre, a quo pendeat, esse inferiorem, sed non esse *ἐξ οὐκ ὄντων* haud obscure

significavit. Jamvero filius si non est creatus, sed aeternus uti pater, et si Deus vocatur, licet aliqua ratione patre minor sit, vere Deus esse potest. (Perfectam scilicet harum doctrinarum constantiam, qualis in Athanasii disciplina invenitur, Origenis aevo nondum exspectamus.) Quaeritur, an revera sit. Primum filius ab Origene habitus est voluntate prorsus unus vel unum cum patre, et de mea quidem sententia nemo cum patre plane idem velle potest, nisi vere sit Deus (id quod ipse Origenes significare videtur, ubi c. Cels. VIII, 12. p. 750: „Si Celso", ait, „perspectum fuisset illud: Ego et pater unum sumus . . . ., non sibi induxisset in animum, alium a nobis quam summum Deum coli"). Deinde momenti certe alicujus videtur esse, quod purissimam noster filium patris habet emanationem, quae, quod, nisi ipse, saltem interpres commentarii Origeniani in ep. ad Hebr. l. l. intellexit, alius naturae vix potest esse. Tum T. II. in Joh. ed. H. II, 46 improbat Origenes tanquam περιπίπτοντας ψευδέσι καὶ ἀσέβεσι δόγμασιν, cum ἀρνουμένους ἰδιότητα υἱοῦ ἑτέραν παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς, ὁμολογοῦντας θεὸν εἶναι τὸν μέχρι ὀνόματος παρ' αὐτοῖς υἱὸν προσαγορευόμενον, tum ἀρνουμένους τὴν θεότητα τοῦ υἱοῦ, τιθέντας δὲ αὐτοῦ τὴν ἰδιότητα καὶ τὴν οὐσίαν κατὰ περιγραφὴν τυγχάνουσαν ἑτέραν τοῦ πατρός, i. e. cum dicentes, filium esse Deum, negantes vero, esse separatam a patre personam, tum dicentes, separatam eum esse a patre personam, negantes vero Deum. Jamvero in utraque hac improbabili opinione describenda sub nomine θεοῦ intellexit verum Deum, id quod ex prioris illius sectae natura perspicuum est. Atqui ipse verbis proximis, et prioribus et posterioribus, quae hic exscribere longius est, filium Deum esse contendit (θεὸν, non τὸν θεόν). Ergo Origenis θεὸν, licet inferior is sit quam ὁ θεὸς, ejusdem tamen cum ipso naturae vel vere Deum esse satis constat. Quodsi enim alius esset naturae, non esset, quod posterioris illius sectae opinionem noster, simillimi criminis reus, improbaret. Similiter e verbis c. Cels. VII, 17. p. 706: Τὰ περὶ τὸν Ἰησοῦν (cujus de divina dignitate quod dicitur, simul valet de filio Dei), καθὸ μὲν νενόηται θεότητι ἐν αὐτῷ πραχθέντα, ἐστὶν ὅσια, καὶ οὐ μαχόμενα τῇ περὶ τοῦ θείου ἐννοίᾳ, sequitur, non solum nomen,

ſed etiam notionem Dei, quae una eſt, ab Origene filio tribui. Praeterea cum filius ſit Origeni *μονογενὴς θεὸς* (c. Celſ. VII, 43. p. 725) adeoque *ὁ μονογενὴς θεὸς* (ib. VIII, 17. p. 755), ipſius naturali divinitati aliquid detrahere vix liceat. Denique ad id maxime animus videtur advertendus, an precandum ad filium noſter ſtatuerit. Id enim ſi ſtatuit, filius, licet multo ſit patre inferior multoque fortaſſe iccirco minus quam pater adorandus, tamen ejusdem cum eo divinae naturae vereque Deus (ex ſententia quidem ſi minus Arianorum, certe eorum, qui, uti Origenes, integriori tempore vivebant) non eſſe non poteſt. Jamvero pluribus Origenes locis dicit, patrem eſſe adorandum per filium; cf. c. Celſ. VII, 13. p. 751: *Διὸ τὸν ἕνα θεὸν καὶ τὸν ἕνα υἱὸν αὐτοῦ καὶ λόγον καὶ εἰκόνα ταῖς κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἱκεσίαις καὶ ἀξιώσεσι σέβομεν, προςάγοντες τῷ θεῷ τῶν ὅλων τὰς εὐχὰς διὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ,* et ib. V, 4. p. 580: *Πᾶσαν μὲν γὰρ δέησιν καὶ προςευχὴν καὶ ἔντευξιν καὶ εὐχαριστίαν ἀναπεμπτέον τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ διὰ τοῦ ἐπὶ πάντων ἀγγέλων ἀρχιερέως, ἐμψύχου λόγου καὶ θεοῦ.* Cf. c. Celſ. III, 34. p. 469. Attamen etiam diſerte filium adorari et adorandum eſſe aſſerit. Ita c. Celſ. I, 51. p. 367 Jeſum nominat *τὸν ὑπὸ Χριστιανῶν προςκυνούμενον·* ib. V, 4. 5. p. 580: *Δεησόμεθα δὲ,* inquit, ſtatim poſt verba hujus loci jam laudata, *καὶ αὐτοῦ τοῦ λόγου, καὶ ἐντευξόμεθα αὐτῷ, καὶ εὐχαριστήσομεν, καὶ προςευξόμεθα δὲ, ἐὰν δυνώμεθα κατακούειν τῆς περὶ προςευχῆς κυριολεξίας καὶ καταχρήσεως. Ἀγγέλους γὰρ καλέσαι . . . οὐκ εὔλογον·* ib. VIII, 26. p. 761: *Μόνῳ γὰρ προςευκτέον τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ καὶ προςευκτέον γε τῷ μονογενεῖ καὶ πρωτοτόκῳ πάσης κτίσεως, λόγῳ θεοῦ (καὶ ἀξιωτέον αὐτὸν ὡς ἀρχιερέα, τὴν ἐπ' αὐτὸν φθάσασαν ἡμῶν εὐχὴν ἀναφέρειν ἐπὶ τὸν θεὸν αὐτοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν, καὶ πατέρα αὐτοῦ καὶ πατέρα τῶν βιούντων κατὰ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ),* et ib. c. 67. p. 792: *Ὕμνους γὰρ εἰς μόνον τὸν ἐπὶ πᾶσι λεγόμενον θεὸν καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ λόγον καὶ θεόν. καὶ ὑμνοῦμεν γε θεὸν καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ, ὡς καὶ ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ἄστρα καὶ πᾶσα ἡ οὐρανία στρατιά. ὑμνοῦσι γὰρ πάντες οὗτοι, θεῖος ὄντες χορὸς, μετὰ τῶν ἐν ἀνθρώποις δικαίων τὸν ἐπὶ πᾶσι θεὸν καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ.* Preces igitur de

Origenis sententia sunt fundendae ad patrem et filium, ad illum tamen majorem majores et per eum, in quo sese revelavit, mediatorem filium, qui et ipse adorandus est. In utroque vero „non alius, quam summus Deus colitur" (c. Cels. VIII, 12. p. 750). Repugnare autem videtur huic sententiae et filii adorationem excludere locus de orat. c. 15. vol. I, 222 sq.: „Si intellexerimus, quid sit oratio, forte nullus unquam genitus erit orandus, ac ne Christus quidem ipse, sed solus Deus omnium ac pater, quem ipse etiam salvator noster orabat. . . Si enim, ut alibi probatur, alius a patre filius est *κατ' οὐσίαν καὶ ὑποκείμενον*, aut orandus est filius et non pater, aut uterque, aut pater solus. At filium orandum esse sine patre, nemo non fatebitur absurdissime et praeter evidentiam dictum iri. Si uterque orandus est, planum est, plurali numero nos precaturos. . Quod cum per se ipsum non conveniat, nec in scripturis ostendi potest positum esse, ut ab aliquo dictum: restat ergo, ut oretur solus Deus universorum pater, at non sine pontifice. . . Ecquid ex ejus mente qui dixit: Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi unus Deus pater — aliud dici potest nisi hoc: Quid me oras? Solus pater oretur oportet, quem et ego oro. Nec eum orare debetis, qui pontifex vobis constitutus est a patre et advocati (*παρακλήτου*) a patre munus accepit, sed per pontificem et advocatum, qui possit compati infirmitatibus vestris, tentatum per omnia per similitudinem vestri, sed patris dono tentatum absque peccato. Discite ergo, quantum a patre meo donum acceperitis, cum per regenerationem in me factam accepistis spiritum adoptionis, et vocemini filii Dei et fratres mei. Legistis enim, quid ego ore Davidis ad patrem de vobis dixerim: Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te. Fratrem autem orari ab eis, qui eodem quo ille patre gloriantur, ratio non patitur. Ad solum patrem mecum et per me dirigenda a vobis oratio est." Haec verba sententiae Origenis jam propositae aut repugnant aut non repugnant. Si non repugnant, ne verbo quidem amplius opus est; sin autem repugnant, nihil hac repugnantia demonstratur, quam, antequam Origenes ad illam, quam e libris contra Celsum deprompsimus, perveno-

rit perfuafionem, — quae quidem jam per fe, ratione non habita temporis fcriptionis librorum c. Celf. et de orat., facilius pofterior cogitatur, quippe modeftior, — hanc (libro de or. contentam) ipfum foviffe. Jamvero liber de oratione revera ante libros c. Celf. confcribi potuit; hos enim fi argumenta externa produnt fcriptos effe circiter a. CCXLVII. (Eufeb. hift. eccl. VI, 36), ille contra poft a. CCXXXII. quovis anno fcribi potuit (vid. Prolegom. Ruaei vol. I. p. 196. n. 3), nihilque igitur nos impedit, quominus repugnantiam illam illuftraturi de orat. librum prius, quam opus c. Celf., fcriptum effe ponamus. Cujus noftrae fententiae praefidium accedit eo, quod locus ille libri de orat., fi libris c. Celf., etiam homiliis Origenis repugnat (ut ftatim videbimus). Homiliae autem confcriptae funt eodem fere anno, quo libri c. Celf., et fequentibus (Eufeb. h. e. VI, 36). Itaque liber de orat., fi libris c. Celf. repugnat, ante hos libros fcriptus eft. — Sententia igitur librorum c. Celf. de adoratione filii non eft labefactata. Quae etiam confirmatur aliis Origenis locis. In homilia XIII, 3 in Exod. vol. II, 176 his Chriftum (i. e. Dei filium) verbis alloquitur: "Domine Jefu, praefta mihi, ut aliquid monumenti habere merear in tabernaculo tuo„ etc. In alia homilia I, 1 in Levit. vol. II, 185: "Ipfe nobis dominus„, inquit, "ipfe fanctus fpiritus deprecandus eft, ut omnem nebulam omnemque caliginem, quae peccatorum fordibus concreta vifum noftri cordis obfcurat, auferre dignetur.„ Et rurfus homil. V, 5 in Levit. p. 209: "Dominum meum Jefum invocare me oportet, ut quaerentem me faciat invenire et pulfanti aperiat.„ Et in alia homil. XXVI, 3 in Numer. vol. II, 371: "Nos oremus ex corde verbum Dei, qui eft unigenitus ejus, et qui revelat patrem, quibus vult, ut et nobis haec revelare dignetur.„ Et alibi homil. III, 4 in Ezech. vol. III, 366: "Praefta mihi Chrifte, ut disrumpam cervicalia in animarum confuta luxuriam.„ Imprimis autem locus ille (quem laudat Binghamus Origg. five antiqu. eccl. e verf. Grifchovii vol. V. p. 52) in commentario in ep. ad Rom. X (lib. VIII.) notabilis eft, ubi Chriftum Deum effe probat ex eo, quod in precibus invocetur. "Apoftolus„, inquit, "in principio epiftolae, quam ad Corinthios fcribit, ubi dicit: Cum

omnibus, qui invocant nomen domini Jefu Chrifti, in omni loco ipforum et noftro: eum, cujus nomen invocatur, Deum Jefum Chriftum effe pronunciat. Si ergo Enos et Moyfes et Aaron et Samuel invocabant dominum, et ipfe exaudiebat eos, fine dubio Chriftum Jefum dominum invocabant; etfi invocare domini nomen et adorare Deum unum atque idem eft, ficut invocatur Chriftus et ficut offerimus Deo patri primo omnium orationes, ita et domino Jefu Chrifto; et ficut offerimus poftulationes patri, ita offerimus gratiarum actiones Deo, ita gratias offerimus falvatori. Unum namque utrique honorem deferendum, id eft Deo patri et filio, divinus docet fermo, cum dicit: Ut honorificent filium, ficut honorificant patrem.„ Neque haec omnia, tanquam e Latina verfione defumpta, fufpectae funt fidei, quippe cum Origenis fententia in libris c. Celf. prolata congruentia.

Quae cum ita fint, ut ne plus dicam, verifimillime Origenes filium ejusdem cum patre effe naturae vereque Deum credidit, quamquam etiam numero utrumque unum effe dicere (cf. de orat. c. 15. vol. I, 222) non fustinuerit.

De fpiritu fancto minus perfpicua eft Origenis fententia. Primarius de eo locus eft Comm. in Joh. T. II. ed. H. II, 56 (R. vol. IV, 60): *Ἐξεταστέον δὲ ἀληθοῦς ὄντος του· Πάντα δι' αὐτοῦ (υἱοῦ) ἐγένετο, εἰ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δι' αὐτοῦ ἐγένετο· οἶμαι γὰρ, ὅτι τῷ μὲν φάσκοντι γενητὸν αὐτὸ εἶναι, καὶ προϊεμένῳ τὸ, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ἀναγκαῖον παραδέξασθαι, ὅτι τὸ ἅγιον πνεῦμα διὰ τοῦ λόγου ἐγένετο, πρεσβυτέρου παρ' αὐτὸ τοῦ λόγου τυγχάνοντος· τῷ δὲ μὴ βουλομένῳ τὸ ἅγιον πνεῦμα διὰ τοῦ Χριστοῦ γεγονέναι, ἕπεται τὸ ἀγένητον αὐτὸ λέγειν, ἀληθῆ τὰ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τούτῳ εἶναι κρίνοντι. Ἔσται δέ τις καὶ τρίτος παρὰ τοὺς δύο, τόν τε διὰ τοῦ λόγου παραδεχόμενον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον γεγονέναι, καὶ τὸν ἀγέννητον εἶναι ὑπολαμβάνοντα, δογματίζων μηδὲ οὐσίαν τινὰ ἰδίαν ὑφεστάναι τοῦ ἁγίου πνεύματος ἑτέραν παρὰ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν· ἀλλὰ τάχα προστιθέμενος μᾶλλον, ἐὰν ἕτερον νομίζῃ εἶναι τὸν υἱὸν παρὰ τὸν πατέρα, τῷ τὸ αὐτὸ αὐτῷ τυγχάνειν τῷ πατρὶ, ὁμολογουμένως διαιρέσεως δηλουμένης τοῦ ἁγίου πνεύματος παρὰ τὸν υἱὸν ἐν τῷ.*

Matth. XII, 32. Tres igitur de ſpiritu ſancto ſententias diſtinguit (praef. ad l. de princ. §. 4, vol. I, 48: "In hoc", ait, "non jam manifeſte discernitur, utrum natus an innatus vel filius etiam Dei ipſe habendus ſit, necne"). Aut factus (*γενητὸς*) eſt per filium, aut eſt ingenitus, aut nulla perſona ſingularis, ſed una cum paterna. Poſteriores dum rejicit ſententias, comprobat primam (in Joh. l. l.), eſſe quidem ſpiritum ſanctum perſonam ſingularem, a patre per filium inde ab aeterno (cf. l. ſupra p. 199. l. Comm. in Gen. vol. II, 1) factam quidem (vel genitam vel ex patre per filium ortam), ſed omnibus filii creaturis praeſtantiorem, hisce verbis: *Ἡμεῖς μέντοιγε τρεῖς ὑποστάσεις πειθόμενοι τυγχάνειν, τὸν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ ἀγέννητον μηδὲν ἕτερον τοῦ πατρὸς εἶναι πιστεύοντες, ὡς εὐσεβέστερον καὶ ἀληθὲς προσιέμεθα τὸ, πάντων διὰ τοῦ λόγου γενομένων τὸ ἅγιον πνεῦμα πάντων εἶναι τιμιώτερον, καὶ τάξει πάντων τῶν ὑπὸ τοῦ πατρὸς διὰ Χριστοῦ γεγενημένων· καὶ τάχα αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ μὴ καὶ αὐτὸ υἱὸν χρηματίζειν τοῦ θεοῦ, μόνου τοῦ μονογενοῦς φύσει υἱοῦ ἀρχῆθεν τυγχάνοντος, οὗ χρῄζειν ἔοικε τὸ ἅγιον πνεῦμα, διακονοῦντος αὐτοῦ τῇ ὑποστάσει, οὐ μόνον εἰς τὸ εἶναι, ἀλλὰ καὶ σοφὸν εἶναι καὶ λογικὸν καὶ δίκαιον, καὶ πᾶν ὁτιποτοῦν χρὴ αὐτὸ νοεῖν τυγχάνειν, κατὰ μετοχὴν τῶν προειρημένων ἡμῖν Χριστοῦ ἐπινοιῶν.* Pendet igitur ſpiritus ex filio, uti filius ex patre; hincque eſt, quod ſpiritus filio ſit inferior. Loci enim illi ſcripturae ſ., ubi contrarium afferi videtur, recte explicati de ſententia Origenis nihil contra prolatam ſententiam valent (in Joh. l. l, ed. H. p. 67. 58). Quod autem inferior ſit ſpiritus filio, id praecipue eſt intelligendum de eorum poteſtate, quod locus de princ. I, 3, 5. p. 62 ſupra p. 202 exſcriptus clariſſime oſtendit. Pertinet quoque ad doctrinam de mutua trium perſonarum ratione locus Comm. in Joh. l. l. p. 57, ubi Origenes earum munera hoc modo deſcribit: *Οἶμαι δὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα τὴν, ἵν' οὕτως εἴπω, ὕλην τῶν ἀπὸ θεοῦ χαρισμάτων παρέχειν τοῖς δι' αὐτὸ καὶ τὴν μετοχὴν αὐτοῦ χρηματίζουσιν ἁγίοις, τῆς εἰρημένης ὕλης τῶν χαρισμάτων, ἐνεργουμένης μὲν ἀπὸ τοῦ θεοῦ, διακονουμένης δὲ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὑφεστιώσης δὲ κατὰ τὸ ἅγιον*

πνεῦμα. Pluribus de ſpiritus ſancti efficacia infra in Chriſtologia agemus. ("Ad patrem et filium„ — haec de ſpiritu ſancto e verſione Rufini leviter tangimus — "nemo pervenire poteſt, niſi per ſpiritum ſanctum — de princ. I, 3, 5. p. 62 —; unum vero idemque eſt, ſpiritus ſancti participium ſumere, quod eſt patris et filii — ib. IV, 32. p. 192 —; quicunque autem ſumit, totius ſpiritus ſancti ſumit, quippe qui non ſit corpus, quod diviſum in partes corporales percipiat unusquisque ſanctorum — ib. I, 1, 3. p. 50 —; ignorantiam ei adſcribere impium et ſtultum eſt„ — ib. I, 3, 4. p. 62.) Ad quaeſtionem denique, ſpiritus ſanctus an vere ſit Deus (ſtrictiori autem ſenſu de „homouſia" ſpiritus ſancti cum patre doctrinam apud Origenem quaeri non poſſe, apparet), ſatis certo Origenes non reſpondit. Poſſe quidem eum Origeni Deum eſſe, nemo facile infitiabitur. (Uti enim filius, qui patre genitore eſt inferior, ejusdem cum eo naturae eſſe poteſt, ita etiam ſpiritus cum filio.) Neque tantum poteſt eſſe, ſed etiam videtur. In Joh. l. l. ed. H. p. 57. 58 ipſe concedit Origenes, multis ſcripturae ſ. locis de ſpiritu ſancto plus laudari, quam de filio poſſe, et ibid. T. XIV. p. 218 (quod dictum jam ſupra p. 203 exſcripſimus) filio ratione et patris et creaturae habita ſpiritum adaequat (cf. de princ. I, 3, 4. p. 61). Accedit, quod etiam ad ſpiritum ſanctum Origenes preces fudit. Ita homil. I, 1 in Levit. vol. II, 185 verba facit jam ſupra (p. 207) laudata, et lib. I. comm. in ep. ad Rom. I. (vide Binghami Origg. vol. II. p. 60) formula utitur: "Nos autem, qui nullam creaturam, ſed patrem, filium et ſpiritum ſanctum colimus et adoramus.„ Praeterea Baſilius de ſpirit. ſanct. c. 29 locum ex Origenis commentario in Joh. (T. VI.) citat, ubi de cultu totius trinitatis in baptismi celebratione dicit: *Τῷ ἐμπαρέχοντι ἑαυτὸν τῇ θεότητι τῆς προςκυνητῆς τριάδος, διὰ τῆς δυνάμεως τῶν ἐπικλήσεων χαρισμάτων ἀρχὴν ἔχει καὶ πηγήν.* Verum etiamſi haec pauca de ſpiritus ſancti adoratione dicta momentum dare nequeant, tamen eum Origeni Deum fuiſſe, aliunde quoque ſit veriſimile. Etenim cogitari nequit, qua de cauſa, ſi quis filium Deum habeat, idem ſpiritum ſanctum (utpote quem ſingularem perſonam eſſe credat, omnibusque creaturis praeſtantiorem) Deum eſſe neget. Neque

immemores esse debemus, praef. ad l. de princ. §. 4. p. 48 ab Origene tanquam fidei articulum apostolicum (ideoque omnibus credendum) proponi: "Honore ac dignitate patri ac filio sociatum tradiderunt spiritum sanctum,,, id quod de creatura nulla dici potest. Est quidem etiam ista praefatio e versione Rufinia; sed in ea Rufinus genuina Origenis verba tradidisse dicendus est, nam licet piae fraudis Rufinum accusaverim, fraudulentae impudentiae eum accusare equidem non sustinuerim.

Jamjam apparet, quamnam de trinitate Origenes sententiam habuerit. Antea vero quam summam disquisitionis brevissime exhibeamus, adjungemus perpauca, quae supra locum non invenerunt. "Omnis,,, inquit de princ. I, 3, 4 p. 61 (e versione quidem Rufini, cujus vero verba haecce fidem mereri videntur, quia proxime praecedentia verba nihilo differunt ab eisdem graece asservatis), "scientia de patre revelante filio in spiritu sancto cognoscitur, ut ambo haec, quae secundum prophetam (Habac. III, 2 LXX) vel animantia vel vitae dicuntur, causa scientiae Dei patris existant.,, Eodem loco — quae similis est sententia — eis verbis, quae etiam graece supersunt, opinionem magistri hebraei comprobat, ex qua duo illi Seraphi apud Jesaiam VI, 3 de filio Dei et spiritu sancto intelligendi sint *).

Origenes igitur patrem, filium et spiritum sanctum tres singulares censet esse hypostases, diversae quidem dignitatis, eusdem vero naturae divinae. Hanc autem naturae unitatem innuit tantum, imprimis de spiritu s. obscurius, cum contra doctrinam de personarum earumque dignitatis diversitate clarissime protulerit adeoque commendaverit, ut in haereseos crimen olim inciderit.

Angelologia et Daemonologia.

Angeli de Origenis sententia antiquiores et honoratiores sunt mundi post ipsos condito opificio (πάσης μετ' αὐτοὺς

*) Neenon aliis locis non addita munerum vel naturae distinctione Origenes patrem, filium et spiritum s. conjunctos nominat; cf. v. c. Exh. ad mart. c. 39. vol. I, 300: Ἄξιοι γίνεσθε τοῦ ἓν γενέσθαι ἅμα υἱῷ καὶ πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι.

κοσμοποιΐας, Tom. XV, 27 in Matth. vol. III, 692). Quia, ut dicit de princ. I, 7, 1. vol. I, 71, omnes rationabiles creaturae incorporeae sunt, sequitur, etiam angelos incorporeos esse, sensu vero latiori, sive purissimo corpore indutos, quoniam de princ. I, 6, 4. p. 71 solius Dei id proprium esse ait, "ut sine materiali substantia et absque ulla corporeae adjectionis societate intelligatur subsistere„ (cf. de princ. II, 2, 2. p. 79). Quare in Matth. T. XVII, 30. vol. III, 814 angelorum corpora nominantur *αἰθέρια καὶ αὐγοειδὲς φῶς*. (Haec coelestium corpora de orat. c. 31. vol. I, 268 rotunda esse demonstratum ab eis esse inquit, qui accurate ista tractaverint.) Verum si panem angelorum commemorat (de orat. c. 27. p. 247), intelligit sapientiam divinam, omninoque angelorum corpora non sunt materialia. Id enim ipsum est, quo ab hominibus et daemonibus (malis angelis) differunt.

Jam priusquam angelorum descriptionem continuemus, quippe ad hanc rem deductis pauca de mutua angelorum, daemonum hominumque ratione interponendo praemittere nobis liceat. Angelorum naturae rationabiles leviter tantum deliquerunt (nihil enim Deo purum est), quare corporibus materialibus non sunt inclusae. Hominum animae gravius peccarunt; mittuntur igitur, ut corrigantur, in corpora materialia (homil. VIII, 6 in Exod. vol. II, 161: "Homines in carne positi corripiuntur a domino, verberantur, flagellantur. Non enim vult dominus mortem peccatoris, sed ut revertatur et vivat; .. ut purgatiores ad futurum seculum pergant, et ultra diabolo socii non efficiantur in poena.„ Daemonum mentes prorsus a Deo sese avertunt, quare (ex pristino statu dejectae) suae ipsorum voluntati a Deo relinquuntur (homil. VIII. in Exod. l. l.: "Diabolus, qui peccandi jam modum excessit, sicut propheta dicit, quemadmodum vestimentum in sanguine concretum non erit mundum, ita et ipse non erit mundus in hoc seculo, neque corripitur pro peccato, neque flagellatur; omnia namque ei servata sunt in futurum. . Patres, id est diabolus et angeli ejus, ceterique principes mundi hujus et rectores tenebrarum harum (et ipsi enim efficiuntur patres peccati, sicut et diabolus) .. patres isti indigni sunt, qui in praesenti seculo corripiantur, sed in futuro recipient, quae

merentur„), propius tamen, id quod infra videbimus, a materia absunt, quam sancti angeli. Ita etiamsi naturali potestate hominum genus sit infimum (Tom. I. in Joh. ed. H. II, 32: *Ὁ τοίνυν τῶν ὅλων θεὸς πρῶτόν τι τῇ τιμῇ γένος λογικὸν πεποίηκεν, ὅπερ οἶμαι τοὺς καλουμένους θεοὺς, καὶ δεύτερον ἐπὶ τοῦ παρόντος καλείσθωσαν θρόνοι, καὶ τρίτον χωρὶς διατάσεως ἀρχαί· οὕτω δὲ τῷ λογικῷ καταβατέον ἐπ' ἔσχατον λογικὸν, τάχα οὐκ ἄλλο τι τοῦ ἀνθρώπου τυγχάνον,* et paulo inferius: *Ἐπίστησον δὲ, πότερον ἄνθρωπός ἐστι τὸ ἔσχατον ἢ τὰ καλούμενα καταχθόνια, ὧν εἰσι καὶ οἱ δαίμονες, ἤτοι πάντες, ἤ τινες·* T. XV, 27 in Matth. vol. III, 692: *Μετὰ ταῦτα ἐπίστησον, εἰ δύνασαι τὸ τῶν ἀγγέλων γένος πρῶτον, ὡς τίμιον, λέγειν εἶναι τοῦ τῶν ἀνθρώπων γενομένων ἐσχάτων,* et paulo post, ubi angeli dicuntur *πρεσβύτεροι καὶ τιμιώτεροι τοῦ ἀνθρώπου·* de princ. III, 2, 1. p. 138 ratione hominum habita "contrariae virtutes„ vocantur "superiores potestates„), tamen felicitate et vera dignitate est medium (T. XV, 27 in Matth. l. l.: *Τόλμησαι ἀποφήνασθαι, ὅτι πολλοὶ μὲν ἀγγέλων, οἳ πρῶτοι ἦσαν ἀνθρώπων, γίνονταί τινων ἀνθρώπων ἔσχατοι· πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων, οἳ ἔσχατοι τῇ φύσει τυγχάνουσι τῶν ἀγγέλων, γίνονται διὰ τὸν βίον καὶ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον τινῶν ἀγγέλων ἐν πρώτοις μὲν τεταγμένων, γενομένων δὲ ἔκ τινῶν αἰτιῶν ἐσχάτων, πρῶτοι·* et paulo inferius p. 693: *Οἱ δὲ ἄνθρωποι, ὅσον εἰς σύγκρισιν ἀγγέλων ἔσχατοι τυγχάνοντες, γίνονται ἀγγέλων πρῶτοι, τῶν μὴ τηρησάντων τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, ἀλλὰ ἀπολιπόντων τὸ ἴδιον οἰκητήριον* et qu. sq.). Redeamus eo, unde egressi sumus.

Angeli dici possunt et animas habere et esse animae, illud, quia non animas tantum, sed etiam corpora habent, hoc quia corpora ista non sunt materialia, neque animas coërcent, ita ut paene nulla sint. Ita Origenes de princ. I, 8, 1. p. 94: "Superest„, inquit, "de angelico ordine requirere, utrum et ipsi animas habeant, an animae sint, vel de ceteris divinis coelestibusque virtutibus, sed et de contrariis potestatibus. Auctoritatem quidem divinae scripturae usquam nullam invenimus, quod vel angeli, vel si qui sunt divini spiritus ministri Dei, vel animas habere, vel animae di-

cantur; animantia tamen esse a quam plurimis sentiuntur„, et ib. §. 2: "De eo vero, quod Dei anima in scripturis nominatur, qualiter intelligi debeat, et sentire et proferre difficile est; semel enim simplicem illam naturam, et absque ullius adjectionis permixtione profitemur; tamen quoquomodo sentiendum est, nominari interim Dei anima videtur; de Christo vero non dubitatur. Et ideo non mihi videtur absurdum etiam de sanctis angelis ceterisque coelestibus virtutibus tale aliquid vel dicere vel sentire. Siquidem definitio illa animae etiam in ipsos videtur incurrere. Quis enim rationabiliter sensibiles eos esse vel mobiles poterit denegare? Quodsi recta ista videtur esse definitio, quod substantia rationabiliter sensibilis et mobilis anima dicatur, videtur haec eadem definitio etiam ad angelos pertinere. Quid enim aliud in illis, quam sensus rationabilis et motus est? Quorum autem una definitionis ratio est, horum sine dubio et eadem substantia est.„

Variae angelorum sunt classes pro singulorum meritis, quae liberrimo arbitrio praediti sibi comparaṙunt. "Officia„ (angelorum), ait Origenes de princ. I, 8, 1. p. 74, "promeruisse eos non aliter putandum est, quam ex suis quemque meritis et pro studiis ac virtutibus quae ante mundi hujus compagem gesserint, suscepisse. Tum deinde in archangelico ordine illud vel illud officii genus unicuique deputatum; alios vero in angelorum ordine meruisse describi, et agere sub illo vel illo archangelo, vel illo duce, vel principe ordinis sui. Quae omnia (ut dixi) non fortuito atque indiscrete, sed aptissimo et justissimo Dei judicio ordinata sunt, et pro meritis disposita ipso judicante et probante; ut illi quidem angelo Ephesiorum committi ecclesia debeat, illi vero alii Smyrnensium, et ille quidem angelus ut sit Petri, alius vero ut sit Pauli; tum demum per singulos minimorum, qui sunt in ecclesia, qui vel qui adscribi singulis debeant angeli, qui etiam quotidie videant faciem Dei; sed et quis debeat esse angelus qui circumdet in circuitu timentium Deum. Quae utique omnia non casu, neque fortuito geri, neque quia naturaliter tales facti sunt, existimandum est, ne etiam in hoc factoris inaequalitas accusetur, sed pro meritis et virtutibus ac pro unius cujusque vigore et ingenio deferri a justissimo et

aequissimo moderatore omnium credendum est Deo.„ Et ib. §. 4. p. 75 pergit: "Licet non sit nostrum vel scire, vel quaerere qui illi actus fuerint, per quos in istum ordinem venire meruerint. Sed hoc tantum scire sufficit ad Dei aequitatem et justitiam demonstrandam, quia secundum sententiam apostoli Pauli personarum acceptio non est apud Deum, qui potius omnia pro meritis singulorum profectibusque dispensat. Neque ergo angelorum officium nisi ex merito constat, neque potestates nisi ex profectu suo agunt potestatem, neque quae nominantur sedes, id est judicandi vel regendi potestates, id nisi ex meritis administrant, neque dominationes contra meritum dominantur; et est unus iste summus et excellentissimus ordo in coelestibus rationabilis creaturae gloriosa officiorum varietate dispositus.„ Cf. de princ. I, 5, 3. p. 66, ubi ad quaestionem, angeli sancti an semper sancti fuerint et sancti sint sanctique futuri sint, et neque receperint unquam, neque recipere potuerint peccati locum, ita respondet Origenes, ut dicat, angelorum conditionem moralem ab arbitrii proposito pendere.

Ex angelis alii (e versione Hieronymi de princ. III, 5, 4 p. 150) "ob salutem eorum, qui ceciderunt, missi in mundum, alii certa obtinent loca et mundi necessitatibus obediunt, alii injuncta sibi officia singulis quibusque temporibus, quae novit Deus, sedula mente tractant.„ Munus angelis praecipuum id est a Deo demandatum, ut singuli singularum gentium res moderentur (Deuter. XXXII, 8. 9 et Dan. IX, 20. 21; X, 13 homil. XXXV. in Luc. vol. III, 974). Cf. homil. VIII, 2 in Exod. vol. II, 157. Imprimis c. Cels. V, 28 sqq. v. I, 598 sqq. hac de re Origenes loquitur. Singuli singulis angelis populi a Deo dati sunt tempore, quo turris Babylonica exaedificabatur (ib. §. 30. p. 599 sq., cf. homil. XI, 4 in Numer. vol. II, 307). Jam populi „ab istis angelis (c. Cels. l. l. p. 600), qui propriam unicuique eorum linguam indiderunt, in diversas pro suis meritis terrae partes abducti sunt, ita ut hi quidem in regionem aestuosam, illi in aliam suos frigore incolas cruciantem, alii in cultu difficilem, alii in cultu faciliorem, alii in feris refertum, alii in minus ferarum habentem deducerentur.„ "Mansit (homil. XI. in Num. l. l.) lingua per

Adam primitus data, ut putamus, Hebraeis, in ea parte hominum, quae non pars alicujus angeli vel principis facta eſt, ſed quae Dei portio permanſit.„ Sed „animadvertant acutiores”, ait c. Celſ. l. l. c. 31. p. 600 ſq., „in illa ſocietate, quam dominus ut praeſtantiorem partem ſibi aſſignaverat, commiſſa eſſe peccata, primum tolerabilia, nec hujusmodi ut propterea relinqui deberent; deinde graviora, ſed quae tamen ferri poſſent; id accidiſſe diutius; remedia ſemper adhibita; illos ad Deum ex intervallis reverſos eſſe; advertant quoque illos pro ſuis peccatis traditos fuiſſe aliarum regionum praeſidibus, ac primum lenius punitos inflictaque poena quaſi eruditos in propria rediiſſe; poſtea poteſtatibus traditos fuiſſe acerbioribus, Aſſyriis nempe et Babyloniis, ut ſcriptura vocat; poſtremo cum adhibita remedia malitiam ſemper creſcentem non compeſcerent, diſperſos in alias partes fuiſſe ab aliarum regionum praeſidibus; diſſimulante interim et negligente ſuo praeſide, ut ipſe viciſſim, quaſi ſe, quod aequum erat, ulciſcens, poteſtate accepta, ex aliis gentibus quos poſſet adduceret, leges illis daret, vivendi normam praeſcriberet perduceretque ad finem, ad quem perduxit eos ex prima natione, qui non peccaverant.” (Angeli autem illi populorum — homil. XII. in Luc. vol. III, 946 — in ſingulis ”dispares ſunt provinciis, ut ſint et boni, ſint et mali„, uti in ſingulis hominibus, quorum de angelis infra differemus). Praeterea „angelos” ait c. Celſ. V, 4. p. 579 „modo ad puriſſima eaque coeleſtia loca, aut etiam ſupra coelos ad puriores ſedes aſcendere ad offerendas hominum preces, modo illinc delabi, ut unicuique afferant, quod illi Deus pro meritis conferri juſſit.” Et voluntas et facultas bonum perficiendi hominibus per angelos datur (in Cant. Cant. lib. IV. vol. III, 92), ſicuti etiam coetibus chriſtianis angeli praeſunt (de princ. I, 8, 1. p. 74; de orat. 31. v. I, 269), quippe qui unicuique fidelium et ipſis eccleſiis miniſtrent (de orat. 11. p. 214 ſq.). Verum etiam infligendis poenis angeli quidam praepoſiti ſunt (epiſt. ad African. §. 7 vol. I, 18). Necnon rebus inanimatis angeli praeſunt (homil. XIV. in Num. vol. II, 323; X. in Jerem. v. III, 186), v. c. terrae fructibus (animantiumque generationi) (c. Celſ. VIII,

56. p. 784), aquae, aëri cet. (ib. §. 31. 32. p. 764. 765), imbribus, ventis cet. (hom. XXIII, 3 in Jos. v. II, 451). "Et sunt in his,, h. l. pergit, "sacramenta ineffabilia divinae dispensationis, ut ordine suo cuncta et competenti per unamquamque virtutem dirimantur officio.„ „Quisquis autem in arcana nominum disciplina versatus fuerit, reperiet indita illis fuisse nomina convenientia rebus, quas Dei summi voluntate in universo mundo administrant" (c. Cels. I, 25. p. 348). Tradit etiam Origenes singulorum quorumdam munera angelorum de princ. I, 8, 1. p. 74, ubi dat "verbi gratia Raphaëlo curandi et medendi opus, Gabrielo bellorum providentiam, Michaëlo mortalium preces supplicationesque curare.„ Imprimis memorabilia sunt, quae, praeeunte tum scriptura sacra, uti noster eam interpretatus est, tum Platone (vid. Huetii Origeniana l. l. qu. 5. §. 31. p. 85 sq.), de angelis singulorum hominum tutelaribus Origenes habet. Duo enim de ipsius sententia genii res unius hominis curant, alter angelus, alter daemon, ita autem, ut alter fere semper sit otiosus, et homo flagitiosus daemonis, pius autem vereque Christianus divini angeli sit totus. Haec est summa doctrinae Origenianae de angelis tutelaribus, in quam hac de re dicta conveniunt. Ita in universum, non satis distincte, T. XIII, 5 in Matth. vol. III, 576: Πᾶσαν, ait, λεκτέον ἀνθρωπίνην ψυχὴν ὑπό τινι τετάχθαι ἀγγέλῳ. Homil. XII. in Luc. vol. III, 945: "Unicuique„, dicit, "duo assistunt angeli, alter justitiae, alter iniquitatis. Si bonae cogitationes in corde nostro fuerint, et in animo justitia pullularit, haud dubium quin nobis loquatur angelus domini. Si vero mala fuerint in nostro corde versata, loquitur nobis angelus diaboli. Quomodo igitur per singulos homines bini sunt angeli, sic opinor et in singulis dispares esse provinciis, ut sint et boni, sint et mali.„ Cf. hom. XXIII, 3 in Jos. vol. II, 451: "Et boni angeli adsunt hominibus et contrarii.„ C. Cels. VIII, 34. p. 768 dicit, „malos daemones potestatem in malos habere propter eorum malitiam, nihil vero posse in eos, qui induerint armaturam Dei et robur acceperint ad standum adversus insidias diaboli, quique se ad pugnandum cum daemonibus exerceant, idque quia norint, non esse nobis colluctationem adversus carnem"

cet., et homil. VIII, 4 in Exod. vol. II, 159: "Habitavit in nobis immundus ſpiritus, antequam crederemus, antequam veniremus ad Chriſtum„; ſed c. Celſ. VIII, 32. p. 765. 766 Chriſtianos cum daemonibus nullam rem habere affirmat verbis: „Non igitur a daemonibus accipimus quicquid in uſum hujus vitae cedit, nos praeſertim qui his rebus ea qua par eſt ratione uti didicimus. Neque cum daemonibus epulantur, qui frugibus, vino, arborum fructibus, aqua et aëre fruuntur, ſed potius cum divinis angelis, quibus horum omnium cura mandata eſt, quique veluti vocantur ad menſam pii hominis." „*Λόγος* (ib. §. 33. p. 766) dedit daemonibus in eos principatum, qui vitii potius, quam Dei imperio ſe ipſi ſubdiderunt." Vere Chriſtiano nocere nequeunt (ib. §. 36. p. 769). „Eis quidem angelus ſanctus non abeſt (in Matth. T. XIII, 28 v. III, 607), qui in malitia etiamnum verſantur; tempore infidelitatis ſub angelis Satanae ſunt; at poſt regenerationem, qui nos proprio ſanguine redemit, angelo ſancto et propter munditiem faciem Dei videnti tradit." Ita "unicuique fidelium, etiamſi minimus ſit in eccleſia, adeſſe angelus bonus dicitur„ (de princ. II, 10, 7. p. 103). "Neque utique fortuitu et absque judicio ille angelus illius animae, v. c. Petri cuſtos eſſe ſortitus eſt, et alius Pauli vel alius unius infantis de eccleſia„ (hom. XXIII, 3 in Joſ. v. II, 451). „Angelus cuſtos ejus, quem cuſtodit, preces per Jeſum ſacerdotem magnum ſemper univerſorum Deo offert, et ipſe precatur cum eo, cujus ipſi cura commiſſa eſt" (c. Celſ. VIII, 36 p. 769). "Adeſt„ (hom. XX, 3 in Num. vol. II, 350) "unicuique noſtrum, etiam minimis, qui ſunt in eccleſia Dei, angelus bonus, angelus domini, qui regat, qui moneat, qui gubernet, qui pro actibus noſtris corrigendis et miſerationibus expoſcendis quotidie videat faciem patris qui in coelis eſt, ſicit dominus deſignat in evangeliis.„ Ceterum Comm. in Matth. T. XIV, 21. vol. III, 644 „humanam animam conjugem et ei praefectum angelum, ipſiusque imperium gerentem, cum quo ipſam regente conſuetudinem habeat, virum" nominat, et ad Matth. XVIII, 10 ib. T. XIII, 27 ſqq. vol. III, 607 ſqq. (cf. c. Celſ. VIII, 34. p. 767) multa de parvulorum angelis cuſtodibus disputat. Videntur denique etiam ea ad

angelorum tutelarium munus pertinere, quae Origenes, licet ſcripturae ſ. dictis nonnullis, quae ipſi favere videbantur, adjutus, tamen maxime Platonis (vid. Huetii Origeniana l. l. §. 34. p. 88) auctoritate commotus, plane ſingularia de angelis quibusdam habet. In Joh. quidem Tom. XIII. ed. H. II, 242 angelos ad hominum ſatus a Deo ordinatos eſſe dicit, quorum opera corpus et anima in unum coaleſcant, et T. XIX. in Joh. p. 276 ex hoc Lucae: Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te — hominum omnium animas a ψυχαγωγοῖς quibusdam aſſumi tradit, atque hujus ſolum Chriſtum ψυχαγωγίας immunem fuiſſe, cui reliqui omnes, etiam patriarchae, prophetae et apoſtoli fuerint obnoxii (adde, ſi lubet, quod homil. V, 3 in Numer. vol. II, 286 ſanctos ab angelis poſt mortem manibus et humeris vehi demonſtrat, donec in quietis locum deducti ſint). "Neque ſolum circa nos multas eſſe divinas virtutes, ſed etiam intra nos„ dicit hom. XX, 2 in Joſ. vol. II, 444.

Quae omnia de angelis cum docuerit noſter, angelos minime negligendos eſſe non dicere non potuit. Ita c. Celſ. VIII, 13. p. 751: „Si intellexiſſet (Celſus)", ait, „quinam ſint poſt Dei unigenitum vere miniſtri Dei, ut Gabriël, Michaël et alii angeli atque archangeli, et eos colendos eſſe dixiſſet (*δεῖν θεραπεύεσθαι*): fortaſſe, repurgatis cum ſignificatione illius vocis colendi, tum ejus qui colit officiis, hoc loco pro rei momento attuliſſem ea, quae de hoc argumento aſſequi intellectu potui. Cum autem miniſtros exiſtimet daemones illos, qui adorantur a gentibus, non rerum conſequentia nos cogit eorum admittere cultum, quos ſcriptura docet eſſe miniſtros mali illius et principis hujus ſeculi, qui a Deo avertit quoscunque poteſt." Ibidem §. 57. p. 785 dicit: *Εὐφημοῦμεν αὐτοὺς* (angelos) *καὶ μακαρίζομεν, ἐγχειρισθέντας ὑπὸ τοῦ θεοῦ τὰ χρήσιμα τῷ γένει ἡμῶν.* Adorandos vero angelos clariſſime negat. Statim l. l. pergit: *Οὐ μὴν τὴν ὀφειλομένην πρὸς θεὸν τιμὴν τούτοις ἀπονέμομεν.* Pariter c. Celſ. I, 11. p. 329 ait Chriſtum docere, *τὸν ἐπὶ πᾶσι θεὸν μόνον δεῖν σέβειν, τὰ δὲ λοιπὰ, ἤτοι ὡς μὴ ὄντα, ἢ ὡς ὄντα μὲν καὶ τιμῆς ἄξια, οὐ μὲν καὶ προςκυνήσεως καὶ σεβασμοῦ, παρορᾷν.* Praecipue autem ib. V, 4. 5. p. 579. 580: „Etſi

vero", inquit, „angeli, quos a ſuo officio ſic appellatos didicimus, dii etiam aliquando in ſacris ſcripturis nominantur, propterea quod divini ſunt; nusquam tamen ibi praeceptum reperias, ut, qui Deo debetur cultus, eodem proſequamur eos, quorum nobis miniſtrandi Deique dona afferendi negotium eſt. . . Angelos, quorum cognitio, quae ſupra hominem eſt, comparata non fuerit, a nobis invocari recta ratio non patitur. Age porro comparata fuerit admirabilis illa et arcana angelorum cognitio. Tum quidem eorum natura et officia, quibus funguntur, nota erunt; ſed hoc ipſum absterrebit, ne preces alii ferantur quam . . Deo. . . Ut angeli nobis propitii ſint noſtrique gratia omnia faciant, ſatis eſt ſi, quantum per humanae naturae vires licet, erga Deum ita ſimus affecti, ut illi; eorum propoſitum imitantes, quemadmodum et ipſi Deum imitantur; et praeterea nobis ſit ea filii ejus verbi notio, quae non ſolum clariori illi, quam angeli ſancti de illo habent, non repugnet, ſed quae etiam clarior indies explanatiorque facta ad illam accedere contendat." Alios praeterea locos idem fere demonſtrantes invenies apud Binghamum in Originibus e verſ. Griſchovii vol. V. p. 78 ſq. Attamen angelum alloqui ei, qui ſancto ſpiritu affletur, licere noſter concedit homil. XXIII. in Luc. vol. III, 961. Necnon ipſe angelum (fortaſſe tutelarem ſuum) alloquitur homil. I, 7 in Ezechiel. v. III, 858 verbis: "Veni angele, ſuscipe ſermone converſum ab errore priſtino, a doctrina daemoniorum, ab iniquitate in altum loquente; et ſuscipiens eum quaſi medicus bonus confove atque inſtitue, parvulus eſt, hodie naſcitur ſenex repueraſcens; et ſuscipe tribuens ei baptismum ſecundae regenerationis, et advoca tibi alios ſocios miniſterii tui, ut cuncti pariter eos, qui aliquando decepti ſunt, erudiatis ad fidem.„ Keilius quidem l. l. p. 560: „Inſpirationem", ait, „profecto non credibile eſt, eum in ſe ſtatuiſſe convenire"; ſed aeque licuit Origeni angelum alloqui, ac ſenſum ſcripturae ſ. myſticum indagare (utrumque enim hoc nonniſi in inſtructos ſpiritu ſancto convenire cenſuit). Scilicet non is erat Origenes, qui ſcripturae ſ. doctrinae de ſpiritu ſancto Chriſtianorum paracleto diffideret.

Diabolum et angelos malos (ſiniſtros, oppoſitos angelis ſanctis, dexteris, Exhort. ad mart. c. 18. vol. I, 288) *ſive* (cf. c. Celſ. VIII, 13. p. 751) *daemonas* („daemonum nomen ſolis tribuitur maleficis poteſtatibus craſſiori corpore ſolutis" ib. V, 6. p. 580, „pertinentque ii non ad Deum, ſed ad diabolum", ib. VIII, 25. p. 761) eſſe (exiſtere), jam ubi eccleſiaſticam doctrinam tradidit, Origenes ſtatuit (praef. de princ. §. 6. p. 48: "De diabolo et angelis ejus contrariisque virtutibus eccleſiaſtica praedicatio docuit, quoniam ſunt quidem haec; quae autem ſint aut quomodo ſint, non ſatis clare expoſuit. Apud plurimos tamen iſta habetur opinio, quod angelus fuerit iſte diabolus, et apoſtata effectus quam plurimos angelorum ſecum declinare perſuaſerit, qui et nunc usque angeli ipſius nuncupantur„). Diabolus autem („Quicunque ſectatur malitiam et ex illa vitam degit", is, cum virtuti contraria faciat, Satanas eſt, h. e. filio Dei adverſarius. Sed magis proprie adverſarius ille eſt, qui primus fruentium pace beateque viventium amiſſis alis excidit ſelicitate" c. Celſ. VI, 44. p. 666) bonus eſt a Deo creatus (Comm. in Joh. T. II ed. H. II, 60), „neque ſubſtantia (οὐσία) ſua diverſa eſt a ſubſtantia ſanctorum angelorum rationis compote" (T. XXIII in Joh. ed. H. II, 212—213, ubi de eo, qui illud negaret, dixit: „Ac mihi ſimile quiddam in hoc paſſus fuiſſe videtur, atque ille, qui diverſam ſubſtantiam dicit eſſe oculi ſani et oculi perperam videntis, et alteram eſſe ſubſtantiam auditus vitiati, alteram auditus ſani. Ut enim in his non ſubſtantia diverſa, ſed cauſa quaedam contigit, ut auditus oculusque vitiarentur; ſic cujuscunque natura apti ad aſſequendam rationem ſubſtantia aſſecutiva eadem eſt — οὕτως παντὸς τοῦ πεφυκότος λόγῳ παρακολουθεῖν ἡ παρακολουθητικὴ οὐσία ἡ αὐτή ἐστιν —, ſive rationem admittat, ſive eam renuat. Frequenter diximus, ſi conceſſum fuerit, ſubſtantias eſſe diverſas, minimeque rerum praeſtantium capacem diabolum eſſe, futurum eſſe, ut ille a nobis defendatur, perinde quaſi pravitatis non ſit auctor; notam alioqui inuſturi ei, qui illum creavit, quique ipſi ſubſtantiam eſt largitus; id quod omnium abſurdiſſimum eſt." "Nec fuit, nec eſt virtutis diabolus incapax, necdum tamen vult capere virtutem„ de princ. I, 8, 3.

p. 75. Neque huic sententiae repugnat, quod c. Cels. III, 37. p. 471 divini sanctique angeli alius naturae — *φύσεως*, non *οὐσίας* — ac voluntatis — *προαιρέσεως* — esse dicuntur, quam omnes daemones, qui sint in terra). Abusi potius (et ii quidem haud dubie multo magis, quam hominum animae) daemones, duce diabolo, libero arbitrio lapsi sunt (de princ. I, 8. p. 74 sqq.; c. Cels. VI, 42 p. 663 sqq., ubi defendit Origenes hanc de diabolo doctrinam contra adversarios), dejectique ex coelo, praecipue ob impietatem (c. Cels. IV, 92. p. 572: *Δαίμονες . . ἀσεβεῖς πρὸς τὸ ἀληθῶς θεῖον καὶ τοὺς ἐν οὐρανῷ ἀγγέλους γεγενημένοι, καὶ πεσόντες ἐξ οὐρανοῦ*) et superbiam (hom. IX, 2 in Ezech. vol. III, 389: "Inflatio, superbia, arrogantia peccatum diaboli est, et ob haec delicta ad terras migravit de coelo„), minime ob lasciviam. De loco enim Genes. VI, 2 c. Cels. V, 55. p. 620: „Iis", ait, „qui mentem propheticam capere possunt, persuadebimus, id quod alii cuipiam ante nos visum est, illic sermonem esse de animabus cupidis hujus humanae vitae, quam *τροπολογῶν* filias hominum appellavit." Et ita quidem diabolus, quatenus diabolus est, e nullo est patre; *οὐδὲ γὰρ ὑπέστησέ τις ἐν αὐτῷ πατὴρ τὴν πονηρίαν, ἀλλ' ἡ ἀπὸ θεοῦ ἐκτροπὴ γεγένηκεν αὐτήν* Comm. in Joh. T. XXIII. ed. H. II, 311.

Etiam mali angeli corporibus non prorsus sunt destituti (diabolum enim ait T. I. in Joh. ed. H. II, 17 *ἐνδεθῆναι ὕλῃ καὶ σώματι*), licet *γυμνοὶ τῶν γηΐνων σωμάτων* (c. Cels. IV, 92. p. 572). Est enim ipsorum corpus "naturaliter subtile et velut aura tenue, et propterea dicitur incorporeum„ (praef. ad l. de princ. §. 8. p. 49); est tamen, quod inde colligimus, quia diaboli corpus materia non esse destitutum et angeli alius esse naturae, quam daemones, dicuntur, angelorum corpore crassius vel obscurius. „In denso hoc aëre" (cf. Ephes. II, 2), „qui terram ambit, commorantes" (secundum locum c. Cels. III, 35. p. 470 „in terra sibi loca elegerant, quia puriores attingere non possunt diviniores que sedes, quo nihil crassum et terra malisque, quae in ea sunt, innumeris pertingit", et c. Cels. IV, 92. p. 572 *περὶ τὰ παχύτερα τῶν σωμάτων καὶ ἀκάθαρτα ἐπὶ γῆς κυλινδού-*

μενοι) „suffituum indigent alimento et observant, ubi nidor aut vapor sanguinis aut thuris fit" (Exh. ad mart. 25. p. 303. 304, cf. c. Cels. III, 37. p. 471).

Habent autem daemones (c. Cels. l. l. p. 572) τὶ περὶ τῶν μελλόντων διορατικὸν, praecipue per astrologiam partum (Comm. in Gen. T. III, 5. vol. II, 9). Neque otiosi sunt. Ipsis adjuvantibus magicae artes exercentur (hom. XVI, 7 in Num. vol. II, 332; „curiosis enim incantationibus deliniti magis et praestigiatoribus morem gerunt" c. Cels. II, 51. p. 426; cf. hom. XIII, 5 in Num. v. II, 320: "Constat esse quosdam daemones malos, qui invocati a magis adsunt eis ad malum, non ad bonum„) *). Iidem porro homines calamitatibus cumulant (c. Cels. VIII, 31. p. 765: „Et si quid audacter dici oporteat, si quas hisce in rebus partes habeant daemones, dicemus illis famem, arborum vitiumque sterilitatem, immodicos calores, aëris corruptionem ad perniciem fructibus afferendam mortemque interdum animantibus" (cf. c. Cels. VII, 67. p. 742) „et pestem hominibus inferendam tribui oportere. Horum omnium auctores sunt daemones"). Interdum etiam ipsos homines invadunt. „De rerum natura", in Matth. T. XIII, 6. vol. III, 577 ait de lunaticis, „disputent medici, quippe quibus persuasum sit spiritum impurum minime hic esse, sed morbum corporis duntaxat, ac disputantes dicant, per quemdam cum lunari lumine, quod humida praeditum est natura, consensum et convenientiam humores in capite contentos moveri; nos autem, qui morbum hunc in aegris a spiritu immundo, muto et surdo ge-

---

*) Apparet igitur, magiam ab Origene non probari; et si Theophil. Alex. Pasch. 2. ep. et Anonymus apud Photium cod. 117 vituperant Origenem, quod dixerit, ὅτι οὐ κακὸν ἡ μαγία, de sententia Huetii Origenianor. l. l. qu. 14. §. 4. p. 184 male intellexerunt Origenem, qui, quae proprie dicitur, magiam improbavit, separavit autem ab illa alteram magiam, quae e naturalibus causis et principiis res praevidet et praedicit et nonnunquam etiam efficit, quae proprie philosophia est. Cf. quoque Huet. l. l. §. 5. p. 185. — Quodsi noster a Christianis daemones expelli censuit, id nomine magiae falso affici, exemplo Pharisaeorum Christo magicas artes opprobrantium edocemur.

nitum videri evangelio credimus, et iis, qui eo prope modo, quo aegyptii incantatores, sanationem promittere more illorum soliti sunt, feliciter successisse credi inter ipsos videmus, ne ansam praebeamus Dei operibus ita calumniandis, ut iniquitatem in excelso loquantur et ponant in coelo os suum, dicemus spiritum hunc impurum certas lunae figuras observare, atque ita operari, ut cum observatum fuerit sub tali lunae figura affici homines, non mutus et surdus daemon tanti mali causam habere videatur, sed magna illa coelestis fax, quae constituta est ut nocti praesit, neque ullum habet morbi hujus inter homines imperium." Ita multa mala physica daemones efficiunt et Deo quidem non prohibente (de princ. III, 2, 7 p. 142; "Quae fiunt in hoc mundo, quae media existimantur, sive illa tristia sint, sive quoquo modo sint, non quidem a Deo fiunt, nec tamen sine Deo, dum malignas et contrarias virtutes talia volentes operari non solum non prohibet Deus, sed et permittit facere haec, sed certis quibusque temporibus et personis,,, et c. Cels. VIII, 31. p. 765: „Daemones tanquam carnificines divino quodam judicio acceperunt aliquando haec omnia faciendi potestatem, sive ad homines, qui se totos vitiorum colluvioni dediderunt, convertendos, sive ad particeps rationis genus exercendum, ut qui hisce in calamitatibus pietatem servant, nec inde deteriores fiunt, sic tandem spectatoribus tam invisibilibus quam visibilibus, qui eorum habitum non videbant, manifesti fiant; qui vero contraria ratione se habent et intus vitia occultant, illi, quales sint, calamitatibus prodantur, tumque et se ipsi sentiant, et spectatoribus, ut sic loquar, manifesti fiant"). Praecipuum autem est diaboli daemonumque studium homines a recta veri Dei cognoscendi pieque colendi ratione arcendi. Quare (ut magicas ipsorum artes omittamus, quippe jam supra separatim commemoratas) „daemonia proprias denominationes ad summum Deum referunt, ut pro summo Deo adorentur" (Exhort. ad mart. c. 46. vol. I, 306). „In hoc opus incumbunt toti (c. Cels. IV, 92. p. 572), ut homines a vero Deo abducant. Itaque insinuant se in corpora animalium, quae rapaciora, ferociora, callidiora sunt, eaque quo et quoties lubet impellunt; aut eorum „phantasias"

ad volatus variosque motus comparant (τρέπουσιν); ut homines hoc divinationis genere capti Deum rerum omnium moderatorem ne quaerant, neque verum ejus cultum curent ipsorumque ratio in terram dejecta in avibus, draconibus, vulpibus etiam et lupis occupetur." Homil. XV, 5 in Jos.. vol. II, 434: "Mihi videtur esse infinitus quidam numerus contrariarum virtutum, pro eo quod per singulos paene homines sunt spiritus aliqui, diversa in iis peccatorum genera molientes. Verbi causa est aliquis fornicationis spiritus, est irae spiritus alius, est avaritiae spiritus, alius vero superbiae. . . Puto principem quidem fornicationis spiritum unum esse, innumeros vero esse qui in hoc ei officio pareant, et per singulos quosque homines diversi spiritus sub eo principe militantes, ad hujuscemodi eos peccata sollicitent. . Similiter et . . ceterorum malorum.„ De princ. III, 2, 1. 2. p. 138. 139 autem haec verba facit: "Simpliciores quique domino Christo credentium existimant, quod omnia peccata, quaecunque commiserint homines, ex istis contrariis virtutibus mentem delinquentium perurgentibus fiant, pro eo quod in certamine isto invisibili superiores inveniantur potestates. Quodsi, v. c., diabolus non esset, nemo hominum omnino delinqueret. Nos vero rationem dilucidius intuentes, haec ita esse non arbitramur, considerantes ea, quae manifeste ex corporali necessitate descendunt. . . Evidens ratio est, quia sicut in bonis rebus humanum propositum solum per se ipsum imperfectum est ad consummationem boni, adjutorio namque divino ad perfecta quaeque perducitur; ita etiam in contrariis initia quaedam et velut quaedam semina peccatorum ab his rebus, quae in usu naturaliter habentur, accipimus. Cum vero indulserimus ultra quam satis est, et non restiterimus adversus primos intemperantiae motus, tunc primi hujus delicti accipiens locum virtus inimica instigat et perurget omnibus modis, studens profusius dilatare peccata et quidem nobis hominibus occasiones et initia praebentibus peccatorum, inimicis autem potestatibus ea et longius, et si fieri potest absque ullo fine propagantibus.„ Quare praecipue cum gentilibus rem daemones habent, ab eisque deorum numero habentur (cf. c. Cels. III, 2. p. 449 (Ps. XCVI, 5 LXX); ib. §. 29

p. 466; ib. §. 37. p. 471: „Chriſtiani . . norunt, omnes deos gentium avida eſſe daemonia circum victimas, ſanguinem aliasque ſacrificiorum partes volitantia, idque ut eos decipiant, qui ad Deum rerum omnium non confugiunt." Alios hac de re locos Keilius excitavit l. l. p. 584 — 601); Chriſtianos vero omnibus viribus volunt prohibere a doctrina Jeſu pervulganda (c. Celſ. III, 29. p. 466), et „verum eſt (c. Celſ. VIII, 43. p. 774), animas tum eorum, qui Chriſtianos condemnant, tum eorum, qui illos produnt, tum denique eorum, qui illis bellum indicere gloriantur, malis daemonibus eſſe refertas." Sed id ſemper agendum eſt hominibus chriſtianis, ut daemones, „quippe qui ipſorum confeſſione torqueantur, abnegatione recreentur" (ib. §. 44), vincantur (idque fit etiam martyrio; ait enim Origenes l. l.: „Cum animae eorum, qui chriſtianae religionis cauſa moriuntur magnaque cum gloria corpus relinquunt, poteſtatem daemonum frangerent, inſidiasque hominibus ab eis comparatas irritas redderent; eam ob rem, opinor, daemones experientia docti ſe a martyribus veritatis vinci et ſuperari, rurſus vindicta uti timuerunt"). Memorabili Chriſtianos ad illud agendum ratione impellit hom. I, 6 in Joſ. vol. II, 399 verbis: "Sunt quaedam adverſariarum poteſtatum gentes diabolicae, adverſum quas nobis certamen geritur, et agones in hac vita deſudantur. Quantascunque ergo ex his gentes pedibus noſtris ſubdiderimus, quantoscunque in certamine vicerimus, ipſorum regiones, ipſorum provincias et regna, Jeſu nobis domino distribuente, capiemus. Fuerunt enim illi aliquando angeli, fuerunt in regno Dei magnifici„; aliâ ib. hom. XV, 6. p. 434: "Puto ſane quia ſancti quique repugnantes adverſus iſtos incentores peccatorum ſpiritus, et vincentes eos, atque eorum unumquemque ſuperantes, imminuant exercitum daemonum, et velut quam plurimos eorum interimant. Conſequens videtur, quod ſinguli quique nequam ſpiritus cum vincuntur a ſanctis, vel in abyſſum, vel in exteriores tenebras, vel quo quisque eis locus dignus eſt, abducantur a juſto judice Chriſto, agonis hujus vitae mortalium praeſide. Et inde eſt quod plurimo daemonum numero jam victo, ad credulitatem gentes venire re-

laxantur; qui utique nullatenus finerentur, si integrae eorum, sicut prius fuerant, subsisterent legiones;„ atque ob id ipsum diabolum et daemones (qui hominum virtutibus cruciantur, quibusque — homil. XXVII, 8 in Num. vol. II, 378 — "super omnia est tormentorum genera et super omnes poenas, si quem videant verbo Dei operam dare, scientiam divinae legis et mysteria scripturarum intentis studiis perquirentem; in hoc eorum omnis flamma est, in isto uruntur incendio, quoniam quidem ignorantiae tenebris humanas obscuraverant mentes, et haec obtinuerant, ut Deus quidem ignoraretur, ad ipsos vero divini cultus studia transferrentur„, et qu. sq. et praecesserunt) "non removit Deus a principatu seculi hujus, quia adhuc opus est opera ejus (diaboli) ad perfectionem eorum, qui coronandi sunt, opus est adhuc opera ejus ad exercitia certaminum et victorias beatorum„ (hom. XIII, 7 in Num. v. II, 320; cf. hom. XV, 5 in Jos. v. II, 434: "Ideo Deus dicitur permittere, imo et incitare propemodum adversarias virtutes exire adversum nos in proelium, ut et nos victoriam capiamus, et illae interitum consequantur„).

"Patrem malitiae„ (i. e. diabolum, utpote patrem malitiae, quamdiu talis est) "posse salvari, ne is quidem, qui mente est captus, dicere potest„ (ep. ad Alexandr. vol. I, 5). Sed diabolus non amplius erit aliquando (etiamsi post multa demum secula) diabolus; imperium ipsius delebitur. "Etiam novissimus inimicus (de princ. III, 6, 5. 6. p. 154), qui mors appellatur, destrui dicitur, ut neque ultra triste sit aliquid, ubi mors non est, neque adversum sit, ubi non est inimicus. Destrui sane novissimus inimicus ita intelligendus est, non ut substantia ejus, quae a Deo facta est, pereat, sed ut propositum et voluntas inimica, quae non a Deo, sed ab ipso processit, intereat. Destruetur ergo non ut non sit, sed ut inimicus non sit et mors. Nihil enim omnipotenti impossibile est, nec insanabile est aliquid factori suo; propterea enim fecit omnia ut essent, et quae facta sunt ut essent, non esse non possunt.„ Omnia sibi Deus reconciliabit "usque ad novissimum inimicum, qui dicitur mors, ut etiam ipse destruatur, ne ultra sit inimicus.„ In illa autem epistola, cujus verba paulo antea tradidimus, Origeni in eo

acquiefcendum erat, quod non fatis definite dixit, fcribenti ei quidem ad amicos Alexandrinos, eruditos haud dubie rudibus mixtos. Ceterum cf. Efchatologiam.

Anthropologia.

Conftat homo (auctore Paulo 1 Theff. V, 23 — hom. III, 3 in Exod. vol. II, 137; T. XIII, 2 in Matth. vol. III, 570, aliis locis) tribus ex partibus, ex corpore, anima et fpiritu, ἐκ σώματος, ψυχῆς καὶ πνεύματος (T. XVII, 27 in Matth. vol. III, 807; in Rom. Lib. IX, 25. vol. IV, 654). Hanc fuam effe fententiam innuit Origenes etiam de princ. III, 4, 1. vol. I, 145, ubi de natura animi verba facit et tres de ea opiniones diftinguit: unam, quam poftea fuam fignificat, ex qua "duae animae in nobis dicendae fint, una quaedam divinior et coeleftis, et alia inferior„, alteram, ex qua una ftatuenda fit anima, a corpore provocata ad mala perpetranda, tertiam denique, ex qua "anima noftra cum una fit per fubftantiam, ex pluribus tamen conftet, et una pars ejus rationabilis, pars vero alia irrationabilis dicatur, et ea quidem pars, quam irrationabilem dicunt, in duos rurfum dividatur affectus cupiditatis et iracundiae.„ Optimum in homine eft fpiritus (Comm. in ep. ad Rom. l. l.), in quem nullum ait peccatum cadere (T. XXXII, 11 in Joh. vol. IV, 432), qui eft in confcientia (Comm. in Rom. L. II. §. 9. vol. IV, 486), abs quo vero pro voluntate apoftoli (Rom. VIII, 16; 1 Cor. I, 11) probe eft discernendus fpiritus fanctus, qui in homine chriftiano operatur (T. XIII, 2 in Matth. vol. III, 571). Anima, cujus natura boni eft malique capax (de princ. II, 6, 5 p. 91) medium tenet locum corpus inter et fpiritum (T. XXXII. in Joh. l. l.), atque aut ad virtutem, aut ad flagitium inclinat (Comm. in Rom. L. I, 5. vol. IV, 466).

De fententia Methodii apud Photium bibl. cod. CCXXXIV. ed. Rothom. p. 908 Origenes (fatis Platonice) folam animam (utramque eam quidem confociatam, quam plerumque communi animae nomine complectitur) dixit conftituere hominem, corpus nihil effe nifi additamentum moleftum. In eandem fere fententiam redit, quod ipfe nofter de princ. IV, 35. p. 194 e verfione Hieronymi ait: „Nulli dubium

eft, corpora non principaliter fubfiftere, fed per intervalla et ob varias motus rationabilium creaturarum nunc fieri, ut qui his indigent veftiantur; et rurfum cum illa depravatione lapfuum fe ad meliora correxerint, diffolvi in nihilum, et hac femper fucceffione variari.„ Corporis quidem natura non eft impura (c. Celf. III, 42. vol. I, 474), attamen id ipfum eft propter cupiditates ipfi inhabitantes fedes peccati (in Rom. L. VI, 1. vol. IV, 569), atque inftrumentum, quo contaminantur animae (hom. VIII, 3 in Levit. vol. II, 230). Cf. Origenis Ethicam.

Ad animam humanam (fenfu latiori) *) feparatim multa quoque eorum pertinent, quae fupra, ubi de creatione actum eft, generatim de naturis rationabilibus expofita funt. Adjungimus praeterea haec: "Semper quidem ufum habet anima materiae corporalis, in qualibet qualitate pofitae, nunc quidem carnali, poftmodum vero fubtiliori et puriori quae fpiritalis dicitur„ (de princ. II, 3, 2. p. 80); fed quaeritur, an ipfa per fe fit corporea. Ad hanc quaeftionem: *Εἰδότες*, refpondet nofter c. Celf. VII, 32. p. 716, *ὅτι ἡ τῇ ἑαυτῆς φύσει ἀσώματος καὶ ἀόρατος ψυχὴ* et qu. fq., et exhort. ad mart. c. 47. vol. I, 306: „Animae rationalis fubftantia aliquam habet cum Deo cognationem; *νοερὰ γὰρ ἑκάτερα καὶ ἀόρατα· καὶ ὡς ὁ ἐπικρατῶν ἀποδείκνυσι λόγος, ἀσώματα*", et de princ. I, 1, 7. p. 52: "Si qui autem funt, qui mentem ipfam animamque corpus effe arbitrentur, velim mihi refponderent, quomodo tantarum rerum, tam difficilium tamque fubtilium rationes affertionesque recipiat. Unde ei virtus memoriae? Et unde ei rerum invifibilium contem-

*) Animam animalium (beftiarum) fanguinem effe demonftrat nofter e Levit. XVII, 14 de princ. II, 8, 1. p. 94, et pergit: „Jam vero fi quis requirat, quomodo animam omnis carnis fanguinem ejus effe dixit, de apibus, vefpis, et formicis, et de his, quae in aquis funt, oftreis et cochleis, et quaecunque funt alia quae carent fanguine, et effe animantia manifeftiffime demonftrantur: refpondendum eft, quoniam in hujuscemodi animantibus quam in ceteris vim habet rubri fanguinis vigor, hanc vim obtinet in iftis humor ifte qui ineft in eis, licet alterius fit coloris.„

platio? Unde certe incorporalium intellectus rerum corpori inest? Quomodo natura corporea disciplinas artium, rerum contemplationes rationesque rimatur? Unde etiam divina dogmata, quae manifeste incorporea sunt, sentire ac intelligere potest?„ cet. Neque quo minus ita judicaret, impedire potuit sententia, ex qua Deum solum prorsus sine corpore esse statuit, cum anima humana nunquam sit sola, sed, ut vidimus, semper habeat (verisimillime de Origenis sententia etiam habuerit in pristino suo statu, antequam nostro corpore indueretur) usum materiae corporalis, nisi quis (quod pariter inconstantiam removeret) hoc loco aeque ac de angelis vocem incorporeus sensu latiori ab Origene esse acceptam malit putare.

Virium animae nostrae ex praestantissimis est **liberum arbitrium**, quod non minus loci Origeniani docent, qui graece supersunt, v. c. de princ. III. c. 1, quam versio Rufinia. *Ἠδύνατο* (hom. XIX, 2 in Jerem. vol. III, 263) *ὁ τῶν ὅλων θεὸς ποιῆσαι νομιζόμενον ἀγαθὸν ἐν ἡμῖν, ἵνα ἐξ ἀνάγκης ἐλεημοσύνην δίδωμεν καὶ ἐξ ἀνάγκης σωφρονῶμεν, ἀλλ' οὐ βεβούληται· διὸ μὴ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης προστάσσει ἡμῖν ποιεῖν ἃ ποιοῦμεν, ἵνα ἑκούσιον ᾖ τὸ γινόμενον.* Libertatem enim arbitrii conditis a se mentibus omnibusque creaturis rationabilibus creator indulsit (de princ. II, 9, 1. 6. p. 97. 99). Istam libertatem, *τὸ αὐτεξούσιον*, semper habent animae rationabiles (de orat. 29. vol. I, 261), eamque innumerabiles scripturae s. loci (Mich. VI, 8; Deut. XXX, 15; Jesai. I, 19. 20; Ps. LXXX, 13; Matth. V, 39. 22. 28; VII, 24 sqq.; XXV, 34. 35. 41; Rom. II, 4 sq.) ostendunt (de princ. III, 1, 6. p. 111 — 113), et alii (Exod. IV, 21; Ezech. XI, 19. 20; Marc. IV, 12; Rom. IX, 16. 18 sq.; Philipp. II, 13) tollere tantummodo **videntur**, sed revera non tollunt (de princ. l. l. §. 7. p. 113 sqq.). Sublata enim libertate tollitur virtus (c. Cels. IV, 3. p. 504; cf. Comm. T. IV. in Genes. vol. II, 4; T. X, 11 in Matth. vol. III, 453). Adstruit Origenes libertatem hanc praecipue de orat. 6. v. I, 206 sq., ubi etiam haec habet: „Qui nihil esse volunt in nostra potestate, eos ineptissimum illud admittere necesse est; primum nos animantes non esse, deinde neque rationales, sed

quaſi ab extero motos, neque nosmetipſos ullatenus moventes, ita ut ab illo fieri dicenda ſint quae facere credimur. Praeterea attendat aliquis iis, quae in ſe ſentit, et videat, an ſine impudentia negare poſſit, ſe ipſum velle, ſe ipſum comedere, ſe ipſum ambulare, ſe ipſum aſſentiri et quaslibet opiniones accipere, ſe ipſum alia abnuere ut falſa. Ut igitur quaedam ſententiae ſunt, quibus nunquam adduci poterit homo ut aſſentiatur, quantumvis multis argumentis utatur, et quantumvis multa dicat ad perſuadendum conquiſita; ſic fieri non poteſt, ut ita quisquam de rebus humanis ſentiat, quaſi nihil maneat in noſtra poteſtate", cet. Cf. praeterea hom. XX. in Num. vol. II, 350; Comm. in Rom. L. I, 18. vol. IV, 473; ib. L. VI, 3. p. 571; L. VI, 4. p. 573; L. VIII, 11 p. 637. Libertas voluntatis unumquemque vel ad profectum per imitationem Dei provocavit, vel ad defectum per negligentiam traxit (de princ. V, 9, 6. p. 99), eaque eſt cauſa diverſitatis, quae inter rationabiles creaturas reperitur (ib.). Bonis vel malis, quae extrinſecus incidunt, incitamentis aſſentiri vel reſiſtere liberum nobis eſt (de princ. III, 1, 3 ſq. p. 109 ſq.). Aſſentimur bonis duce ſpiritu, malis corpore — Rom. VIII, 5 — 9; Gal. V, 17 — (de princ. III, 4. 2. 3 p. 146 ſq.; in Rom. Lib. I. vol. IV, 466. 473). Incitamentis autem iſtis quomodo utendum ſit judicare, unius eſt noſtrae rationis (*τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου*) (de princ. III, 1, 3 ſq. p. 109 ſq.). Ita liberum arbitrium tam flagitia, quam virtutes parit. *Τὸ αὐτεξούσιον* (T. XIII, 23 in Matth. vol. III, 602) *ἐγένησεν ἐν τισὶ τὸ σκάνδαλον, μὴ βουληθεῖσιν ἀνατλῆναι τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς πόνους.* E contrario vero etiam "ex arbitrii libertate poteſt homo agere omne, quod bonum eſt„ (in Cant. Cant. lib. IV. vol. III, 88); *ὅτι δὲ ἔργον ἡμέτερον τὸ βιῶσαι καλῶς ἐστι, καὶ αἰτεῖ ἡμᾶς τοῦτο ὁ θεὸς, ὡς οὐκ αὐτοῦ ὂν, οὐδὲ ἐξ ἑτέρου τινὸς παραγινόμενον, ἢ, ὡς οἴονταί τινες, ἀπὸ εἱμαρμένης, ἀλλ' ἢ ὡς ἡμέτερον ἔργον, μαρτυρήσει ὁ προφήτης* cet. (de princ. III, 1, 6. p. 111). Et ita quidem *αἴτιος ἕκαστος ἑαυτῷ ἐστι τοῦ γραφῆναι· εἰ ἐπὶ γῆς ζητεῖς, οὐ ζητεῖς τὰ οὐράνια. εἰ νένευκέ σου ἡ ψυχὴ περὶ τὰ τῇδε πράγματα, σὺ σεαυτῷ αἴτιος γίνῃ. . . Θησαυρίζεις ἐν οὐρανῷ; σεαυτῷ αἴτιος εἶ τοῦ τὸ ὄνομά σου ἐγγρά-*

φεσθαι ἐν τοῖς οὐρανοῖς (homil. XVII, 4 in Jerem. vol. III, 289). Praescientia Dei neque tollit humanae voluntatis libertatem, neque precum effectum (de orat. 6. vol. I, 207. 208). Omnia sic a Deo gubernantur, ut ad nostrum liberum arbitrium sese accommodet (*κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς σχέσεως τῶν ἐφ' ἡμῖν ἑκάστου* — c. Cels. V, 21. p. 594). Cf. doctrinam Orig. de providentia.

Attamen liberum hominis arbitrium "per se ipsum imperfectum est ad consummationem boni„ (de princ. III, 2, 2. p. 139). "Arbitror„, ait ib. §. 5. p. 141, "quod nunquam homo fortassis per se ipsum virtutem contrariam vincere potest, nisi usus fuerit adjutorio divino„, et ib. c. 1. §. 22 p. 137: *Οὔτε τὸ ἐφ' ἡμῖν χωρὶς τῆς ἐπιστήμης τοῦ θεοῦ, οὔτε ἡ ἐπιστήμη τοῦ θεοῦ προκόπτειν ἡμᾶς ἀναγκάζει, ἐὰν μὴ καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὸ ἀγαθόν τι συνεισάγωμεν· οὔτε τὸ ἐφ' ἡμῖν χωρὶς τῆς ἐπιστήμης τοῦ θεοῦ καὶ τῆς καταχρήσεως τοῦ κατ' ἀξίαν τοῦ ἐφ' ἡμῖν, ποιοῦντος εἰς τιμὴν ἢ εἰς ἀτιμίαν γενέσθαι τινά· οὔτε τοῦ ἐπὶ τῷ θεῷ μόνου κατασκευάζοντος εἰς τιμὴν ἢ εἰς ἀτιμίαν τινὰ, ἐὰν μὴ ὕλην τινὰ διαφορᾶς σχῇ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν κλίνουσαν ἐπὶ τὰ χείρονα, ἢ ἐπὶ τὰ κρείττονα*, et ib. §. 18. p. 131: *Ἐπὶ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας πολλαπλάσιόν ἐστιν εἰς ὑπερβολὴν τὸ ἀπὸ τοῦ θεοῦ τοῦ ἀπὸ τοῦ ἐφ' ἡμῖν.* „Qui propriam imbecillitatem (ib. §. 12. p. 120) et Dei gratiam non sentit, etsi adjuvetur, nisi suarum virium experimentum ceperit, et se ipsum condemnarit, suum esse facinus existimabit, quod ei divino munere concessum est. Quae opinio animi elationem generat et causa fit ruinae; quod et diabolo accidisse putamus." Sententia igitur Origenis de libero arbitrio (quam ex tertio libro de princ. fusius expositam invenies apud Münscherum Dogmengesch. II, 298 sqq.) haec est: Plena homo praeditus est libertate aut bonum aut malum eligendi, cui, ut ad bonum inclinet, utique Deo adjutore et cooperatore opus est.

De origine animae interdum tantummodo varias sententias tradit, ipse suas retinet, veluti in Cant. Cant. lib. II. vol. III, 58; alibi vero (de princ. I, 8, 4. p. 72; Comm. in Joh. vol. IV, 84. 85), sua locorum Genes. XXV, 22; Jerem. I, 5; Luc. I, 41 aliorum interpretatione nitens, diserte, an-

equam in corpora noſtra deſcendiſſent, jam exſtitiſſe animas quarum omnium, quae ab initio fuerit, aequalitatem contra Heracleonem aſſerit in Joh. vol. IV, 337) ab infinito inde tempore, licet non ſint ingenitae (de princ. I, 3, 3. p. 61), contendit. Hoc demonſtrat quoque in Matth. T. XV, 14 ſq. vol. III, 702 ſqq., ubi verba,, quae leguntur in parabola Chriſti de operariis in vinea (Matth. XX, 6): Quid hic ſtatis tota die otioſi? — Nemo nos conduxit — et hujusmodi alia, *προϋπαρξιν*, praeexiſtentiam animarum ſpectare dicit *). Tota autem haec doctrina jam poteſt intelligi ex iis, quae de naturis rationabilibus in univerſum ſupra diſſeruimus. Quarum quidem plures (de princ. I, 8, 2. p. 74; II, 9, 7. p. 99), in ſtatu ſuo coeleſti libero arbitrio abuſae, ob eamque cauſam corporibus humanis indutae (ib. I, 7, 4. p. 72), *οἰκείοις τοῖς ἤθεσι τῶν ψυχῶν* (c. Celſ. I, 33. p. 351), jam hac in terra factis ſuis dignas poenas luunt (de princ. II, 9, 8. p. 100; III, 3, 5 p. 144; in Joh. II, 25. vol. IV, 85), quam ſuam ſententiam Origenes c. Celſ. l. l. jam a Pythagora, Platone et Empedocle prolatam eſſe dicit (cf. Huetii Origeniana l. l. qu. 6. §. 7. p. 96).

Agendum jam eſt de depravata hominis natura ſeparatim. Cenſuit Origenes, animas humanas ob peccata in corpora eſſe immiſſa; neque tamen iccirco negavit, imaginem Dei in homine eſſe expreſſam (de princ. III, 6, 1 p. 152). Discrimen autem eſſe dixit inter eſſe ad imaginem Dei (*κατ' εἰκόνα*) et eſſe ad ſimilitudinem (*καθ' ὁμοίωσιν*) c. Celſ. IV, 20. p. 522 ſq. "Imaginis dignitatem in prima conditione percepit homo, ſimilitudinis perfectio in conſummatione ſervata eſt,, (de princ. III, 6, 1. p. 152), quamquam ambobus iſtis vocabulis nonnunquam promiſcue utatur. Imago vero illa in hominis anima, non corpore expreſſa eſt (c. Celſ. VIII, 49. p. 778); alioqui enim Deus non eſſet ſimplex (c. Celſ. VI, 63. p. 680; hom. I. in Gen. vol. II, 57).

---

*) Pertinet autem id, quod de praeexiſtentia animarum Origenes docet, minime ad animalia, de quibus omnino "requirere ſuperfluum videtur, cum haec non principalia, ſed conſequentia accipi debere certum ſit,, (de princ. II, 9, 3. p. 98).

"In homine et manifeste divinae imaginis cognoscuntur indicia, non per effigiem corporis quae corrumpitur, sed per animi prudentiam, per justitiam, per moderationem, per virtutem, per sapientiam, per disciplinam, per omnem denique virtutum chorum, quae cum Deo insint per substantiam, in homine possunt esse per industriam et per imitationem Dei„ (de princ. IV, 37. p. 194). Nostra scilicet imago Dei nihil est nisi imago *τοῦ λόγου*, qui est vera Dei imago (hom. VIII. in Luc. vol. III, 941). Haec imago jam primo in homine erat expressa, estque adhuc conservata (nullum enim in scriptis Origenis vestigium invenimus, quo commoveamur adstipulari Epiphanio haer. LXIV, 4 asserenti, Origenem dixisse, perdidisse imaginem Dei Adamum), quamquam p e c c a t i s semper polluta. Ad doctrinam de peccato pertinet historia Adami. Quod d e A d a m o narratur, id non est ad literam accipiendum (de princ. IV, 16. p. 175), sed allegorice. Neque tamen est, quod rideas historiam istam ut nugas; est potius quod admireris *ὡς ἐν μύθῳ φιλοσοφούμενα* (c. Cels. IV, 38. p. 531). „De Adamo", ait ib. §. 40 p. 534, „ejusque peccato philosophabuntur, quibus notum erit, hebraica voce Adam significari hominem, et in iis, quae Moses de Adamo dicere videtur, describi naturam humanam. Etenim omnes, ut scriptura testatur, in Adamo moriuntur, et condemnati sunt in similitudine praevaricationis Adami; ita ut divina scriptura non tam de uno quodam homine, quam de universo genere loquatur. Nam videre est in serie eorum, quae tanquam de uno dicuntur, maledictionem Adamo inflictam omnium esse communem, sicut quae mulieri, ad omnem mulierem pertinere. Item quod homo et mulier e paradiso ejecti sunt, induti tunicas pelliceas, quas ipsis propter ipsorum peccatum Deus fecerat, id mysterium quoddam continet multo praestantius, quam quod Plato tradit de anima evulsis alis huc cadente, donec aliquid solidi nanciscatur, ubi consistat." (In Selectis in Genes. vol. II, 29 haec habet: „Quid existimare debemus esse vestes illas pelliceas? Valde quidem stolidum est et anile Deoque minime dignum, arbitrari Deum pelles animalium jugulatorum aut aliter mortuorum accepisse, et inde pelles illas consuendo, coriarii more,

veſtimenti formam redegiſſe. Rurſum ut videtur haec ab-rditas, dicere veſtes illas pelliceas nihil aliud eſſe quam rpora probabile quidem eſt, et ad aſſentionem eliciendam ficax, at non evidens, quale eſſe debet quod verum eſt. enim pelliceae veſtes ſunt carnes et oſſa, quomodo antea xit Adamus: hoc nunc os ex oſſibus meis et caro de carne ea? His igitur ambiguitatibus obruti nonnulli aſſeruerunt ſtes pelliceas eſſe mortalitatem illam, qua circumdati ſunt damus et Eva, morti propter peccatum addicti; ſed iſti non cile probare poſſunt, quomodo Deus, et non multo magis ccatum, mortalitatem pariat transgreſſori. Praeterea ne-ſſe eſt hi dicant, carnem et oſſa propria ratione non eſſe rruptibilia, cum poſtea patres noſtri propter peccatum mor-litatis conditionem acceperint. Ceterum ſi paradiſus eſt cus quidam divinus, exprimant quomodo illic unumquodque embrum, non fruſtra creatum, propriam vim exercuerit. c de eo quidem quod naſus dicitur apud Aquilam et Sym-achum, apud Septuaginta vero facies ea pars formati homi-is, in quam Deus inſufflavit ſpiritum vitae, dicendum eſt on oportere adhaereri nudae literae ſcripturae tanquam ve-ie, ſed theſaurum in litera latentem quaeri."). Mythus itur ille ex Origenis mente haecce docet: Animae humanae Adamus et Eva) ante lapſum erant in coelo (paradiſo), lapſae item (per vetiti mali eſum) a Deo corporibus terrenis vel universum conditione humana (veſtibus pelliceis) ſunt in-utae. Itaque manifeſtum eſt, doctrinam noſtram de pec-ato originis Origeni non probari; aeque tamen conſtat, iam ab Origene doctrinam aliquam de peccato originali pro-rri. Ante enim quam naſceremur, anima noſtra jam pec-tis ſeſe contaminaverat, ut omnis homo, etiamſi peccata uae dicuntur actualia nondum perpetraverit, peccator ſit abendus. Id quod praecipue loco Rom. IX, 11. 12, exem-lo Eſavi et Jacobi, demonſtrat (de princ. II, 9, 7. p. 99), uamque in ſententiam Comm. in Rom. L. VI. vol. IV, 582 eccatum dicit jam ante hominem natum in ipſo fuiſſe, in fantia mortuum eſſe, annis vero maturioribus reviviſcere. ta pravitas naturalis (minime vero ſubſtantia peccati, lib. IV. Cant. Cant. vol. III, 88) efficit, ut homo natura ad peccan-

dum propenſus ſit; accedunt porro plures aliae cauſae peccandi. Praecipue homini ineſt corporalis peccandi neceſſitas (de princ. III, 2, 2. p. 139; hom. VIII, 4 in Levit. vol. II, 230), minime ea vero ſita in carne ipſa, ſed in concubitu (hom. VIII, 2 in Levit. v. II, 228; ib. XII, 4. p. 251; in Rom. Lib. V, 9. vol. IV, 565). Iſtud myſterium natale (T. XV, 23 in Matth. vol. III, 685; hom. VIII, 3 in Levit. v. II, 229; in Rom. Lib. V, 9), praeputium reſecandum (hom. V, 14 in Jerem. vol. III, 160), prohibet ne quisquam ſit purus (in Matth. T. XV, 23. vol. III, 685; c. Celſ. VII, 50. p. 730). Quare prioribus temporibus mactandae erant victimae etiam pro recens natis (c. Celſ. l. l.; hom. VIII, 2. 3 in Levit. v. II, 229; ib. XII, 4. p. 251; in Rom. Lib. V, 9 vol. IV, 565), nunc iidem ſunt baptizandi (in Rom. l. l.; hom. in Levit. l. l. p. 230; hom. XIV. in Luc. vol. III, 948). (Vide Keilii Opuscc. tr. de doct. vet. eccl. etc. p. 731 ſqq., qui uberius his, quas nos modo tetigimus, de rebus diſſeruit). Praeterea „plerisque nequitiae cauſae ſunt educatio, exempla, mala conſilia, *ὥςτε καὶ φυσιωθῆναι ἔν τισι τὴν κακίαν*" (c. Celſ. III, 69. p. 493; cf. in Rom. L. V. vol. IV, 553). Accedunt, ut ſupra vidimus, ſtimulationes daemonum, et „omni, qui facit peccatum, ſemen diaboli ineſt, quod, quamdiu in anima eſt, nihil eum recte ſinit agere poſſe" (de orat. 22. vol. I, 233; cf. de princ. III, 2. p. 138 — 140). Quibus de cauſis homines ſunt *πεφυκότες ἁμαρτάνειν καὶ εἰθισμένοι* (c. Celſ. III, 66. p. 491). *Οἱ μὲν οὖν ἀρχῆθεν* (ſc. *ἀναμάρτητοι*), *ἀδύνατοι· οἱ δὲ ἐκ μεταβολῆς, σπανίως εἰσὶν εὑρισκόμενοι, οἵ τινες ἐκ τοῦ προςεληλυθέναι λόγῳ σώζοντι τοιοῦτοι γίγνονται* (ib. §. 69. p. 493). Neque enim eſſe poteſt homo, qui nunquam peccaverit, excepto ſolo homine a Jeſu aſſumpto (ib. §. 62. p. 488; hom. II. in Luc. vol. III, 934; in Rom. L. IX, 5. vol. IV, 563).

Tandem ſententias, quas de peccato originis Origenes foverit (quarum de fontibus vid. Keilium l. l. p. 747 ſqq.), breviter comprehenſuris, hoc nobis dicendum videtur: Non Origene judice primus homo terreſtris, atque is quidem etiam in terra aliquandiu labis expers, poſthac ſua culpa ex unione cum Deo excidit, et ab iſto inde lapſu arbitrium

non amplius vere liberum, peccata eorumque poenae ad nos usque pervenerunt; sed haec potius probabilia nostro videbantur, libertate abusos omnes promiscue homines (animas scilicet), jam antequam nati essent, peccavisse, iccirco in corpora esse immissos istisque carceribus causisque aliis libero arbitrio adhuc praeditos continuo ad peccandum instigari.

Christologia.

De persona Christi.

De natura Christi.

Christus ex sententia ecclesiae, uti Origenes eam profert praef. ad l. de princ., "homo factus et incarnatus est, cum Deus esset.„ Negavit autem Origenes nihil eorum, quae per praedicationem apostolicam manifeste tradi dixit; itaque jam antea constare potest de hac Origenis sententia, Christum tam Deum fuisse, quam hominem. Diserte noster eos, qui verum hominem fuisse Christum negent, haereticis annumerat in Joh. vol. IV, 165. Cavendum autem est, ne quis nudum hominem Jesum fuisse opinetur. Etenim cum Judaeus, quem Celsus finxerat loquentem, c. Cels. II, 79. p. 446 dixisset: Homo igitur fuit ille, et talis quidem, qualem et veritas declarat et demonstrat ratio, — respondit noster: „Sed nescio an homo, ausus per universum orbem suam religionem doctrinamque suam disseminare, possit sine Deo facere omnia pro arbitrio eosque superare omnes, qui suae doctrinae promulgationi adversentur, reges, imperatores, senatum Romanum, omnes omnium gentium principes, populum. Quomodo autem hominis natura, nihil habens in se ipsa praestantius, potest tantae multitudinis animos immutare, nec modo sapientium, quod non mirum, sed eorum etiam, qui nulla ratione ducuntur, qui vitiis dediti sunt, quique eo difficilius ad continentiam adducuntur, quo minus rationi obsequuntur?" Deum Origeni Christum fuisse, praeterea perspicuum fit e lib. c. Cels. II, 9. p. 393, ubi: Ἐγκαλοῦμεν, ait, Ἰουδαίοις Ἰησοῦν μὴ νομίσασι θεὸν, porro e lib. III. c. Cels. 14. p. 456, ubi Jesus Dei filius esse dicitur πρὶν ἐνανθρωπῆσαι καὶ ἐνανθρωπήσας.

ex §. 30. 31. p. 466 sq., ubi laudatis Christianorum moribus, ab ethnicorum moribus longe distantibus: „Si quis", ait eodem fere modo, quo loco jam laudato p. 446, „haec candido animo audierit, et in rebus considerandis veritatem quaesierit, is eum admirabitur, qui consilium cepit et perficere potuit, ut ecclesiae Dei ubique essent in singulis urbibus populorum coetibus immixtae. . . Quae cum ita se habeant, nonne aequum est, *νομίζειν περὶ τοῦ Ἰησοῦ, τοσαῦτα συστῆσαι δεδυνημένου, ὅτι οὐχ ἡ τυχοῦσα θεότης ἦν ἐν αὐτῷ*"; innumeris locis, ex quibus hi in promptu erant. Cf. Origenis doctrinam de Dei filio. Erat igitur Christus Deus et homo (de princ. I, 2, 1. p. 53; c. Cels. II, 8. p. 391), ideoque *σύνθετος* vocatur (c. Cels. II, 16. p. 403).

Jamvero quaeritur, qua sibi ratione divinae humanaeque naturae conjunctionem noster cogitaverit. Difficultates hujus quaestionis haud ignorabat. Facit enim de princ. II, 6, 1. 2. p. 89 sq. haecce praeclara verba: "His tantis ac talibus de natura filii Dei consideratis, cum summa admiratione obstupescimus, quod eminens omnium ista natura exinaniens se de statu majestatis suae homo factus sit et inter homines conversatus, sicut gratia labiis ejus infusa testatur, et sicut testimonium ei reddit pater coelestis, et ut signis quoque et prodigiis variis virtutibusque ab eo gestis confirmatur. . . Ex omnibus de eo miraculis et magnificentiis illud penitus admirationem humanae mentis excedit, nec invenit mortalis intelligentiae fragilitas, quomodo sentire vel intelligere possit, quod tanta illa potentia divinae majestatis, ipsum illud verbum patris atque ipsa sapientia Dei, in qua creata sunt omnia visibilia et invisibilia, intra circumscriptionem ejus hominis, qui apparuit in Judaea, fuisse credenda sit; sed et ingressa esse Dei sapientia vulvam feminae et nasci parvulus et vagitum emittere ad similitudinem plorantium parvulorum. Cum in eo quaedam ita videamus humana, ut nihil a communi mortalium fragilitate distare videantur, quaedam ita divina, ut nulli alii nisi illi primae et ineffabili naturae conveniant deitatis, haeret humani intellectus angustia, et tantae admirationis stupore percussa quo declinet, quid teneat, quo se convertat, ignorat. Si Deum sentiat, mortalem videt; si ho-

minem putet, devicto mortis imperio cum ſpoliis redeuntem a mortuis cernit. Propter quod cum omni metu et reverentia contemplandum eſt, ut in uno eodemque ita utriusque naturae veritas demonſtretur, ut neque aliquid indignum et indecens in divina illa et ineffabili ſubſtantia ſentiatur, neque rurſum quae geſta ſunt, falſis illuſa imaginibus exiſtimentur. Quae quidem in aures humanas proferre et ſermonibus explicare, longe vires vel meriti noſtri, vel ingenii ac ſermonis excedit. Arbitror autem, quia etiam ſanctorum apoſtolorum ſupergrediatur menſuram; quinimo etiam fortaſſis totius creaturae coeleſtium virtutum eminentior eſt ſacramenti iſtius explanatio. De quo nos non temeritate aliqua, ſed quoniam ordo loci depoſcit, ea magis quae fides noſtra continet, quam quae humanae rationis aſſertio vindicare ſolet, quam pauciſſimis proferemus, ſuſpiciones potius noſtras, quam manifeſtas aliquas affirmationes in medium proferentes.„ — Priusquam vero ex ipſis Origenis verbis, quae ſenſerit, fuſius explicemus, breviter totam ipſius ſententiam adumbrabimus. Ut integer Deus et integer homo una in perſona unitus ſit, neque divini, neque humani aliquid deeſſe licet. Adſit igitur neceſſe eſt et corpus et anima (ſenſu latiori, et ψυχὴ et πνεῦμα) hominis. Neque vero niſi animae Deus ineſſe poteſt, quia corpus eſt vinculum animae, ita ut ϑεάνϑρωπος ille conſtet ex corpore humano, cui anima humana inſit, quacum λόγος divinus intimam conjunctionem fecerit. Anima autem illa, ſicut omnes ceterae animae, ante corporeum mundum conditum jam exſtitit, prorſus ceteris aequalis, ea vero ſola libertate ſua arbitrii adeo non abuſa, ut (exemplum omnibus ad imitandum animabus propoſitum) in Deo ſolo acquieverit. Quare ſupremo illo praemio conjunctionis cum λόγῳ eſt donata; λόγος autem cum anima illa, caritate generis humani commotus, in corpus humanum deſcendit. Jamjam hanc Origenis doctrinam ipſius verbis illuſtrabimus. J e ſ u m e t i n t e g r u m D e u m e t i n t e g r u m h o m i n e m, e u m q u e t u m c o r p o r e t u m a n i m a h o m i n i s p r a e d i t u m, Origeni fuiſſe, ex his conſtat: ". . de adventu corporali et incarnatione unigeniti filii Dei; in quo non ita ſentiendum eſt, quod omnis divinitatis ejus majeſtas intra breviſſimi

corporis clauftra conclufa eft, ita ut omne verbum Dei et fapientia ejus ac fubftantialis veritas ac vita vel a patre divulfa fit, vel intra corporis ejus coërcita et confcripta brevitatem, nec usquam praeterea putetur operata; fed inter utrumque cauta pietatis debet effe confeffio, ut neque aliquid divinitatis in Chrifto defuiffe credatur, et nulla penitus a paterna fubftantia, quae ubique eft, facta putetur effe divifio... Ne quis tamen nos exiftimet per haec illud affirmare, quod pars aliqua deitatis filii Dei fuerit in Chrifto, reliqua vero pars alibi vel ubique; quod illi fentire poffunt, qui naturam fubftantiae incorporeae atque invifibilis ignorant. Impoffibile namque eft de incorporeo partem dici, aut divifionem aliquam fieri, fed in omnibus et per omnia et fuper omnia eft, eo modo quo fuperius diximus, id eft quo vel fapientia vel verbum vel vita vel veritas intelligitur, per quem intellectum omnis fine dubio conclufio localis excluditur. Volens igitur filius Dei pro falute generis humani apparere hominibus et inter homines converfari, fuscepit non folum corpus humanum, ut quidam putant, fed et animam, noftrarum quidem animarum fimilem per naturam, propofito vero et virtute fimilem fibi, et talem, qualis omnes voluntates et difpenfationes verbi ac fapientiae indeclinabiliter poffit implere. Quod autem habuerit animam, manifeftiffime in evangeliis defignat ipfe falvator Joh. X, 18; Matth. XXVI, 38; Joh. XII, 27„ (de princ. IV, 30. 31. p. 191). Pariter c. Celf. III, 29. p. 466 (cf. VII, 17. p. 706) Chriftus vocatur *θεὸς ἐληλυθὼς ἐν ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ καὶ σώματι.* Corpus Chrifti non erat fpecie tantum corpus humanum; oppugnat potius nofter Docetas (proprii nominis) c. Celf. III, 23 p. 460, ubi: *Συκοφαντεῖ*, ait, *τὸν λόγον ὁ Κέλσος, λέγων αὐτὸν ὦφθαι σκιάν*, et ib. IV, 19. p. 513: *Ἡμεῖς δὲ πειθόμενοι οὐ δόκησιν, ἀλλ' ἀλήθειαν εἶναι καὶ ἐνάργειαν κατὰ τὴν Ἰησοῦ ἐν ἀνθρώποις ἐπιδημίαν.* (Etiamfi vero fpecie advenerit, h. l. pergit, haec fallacia quidem effet, fed excufanda exemplo medici, qui pro remedio interdum fallacia uti cogitur.) Repugnare autem huic antidocetismo locum c. Celf. IV, 15. p. 511: „Ut ad eos, qui ipfius deitatis radios fplendoremque fuftinere non poffunt, accommodet fe, fit tanquam caro, *οἱονεὶ σάρξ γίνεται*," nemo poteft arbitrari, nifi qui Deum

revera carnem fieri et non sumere potius censeat. Neque secum ipse pugnat Origenes, dum Comm. Serie in Matth. §. 100 vol. III, 906 haec habet: "Venit traditio talis ad nos de eo, quoniam non solum duae formae in eo fuerunt, una quidem secundum quam omnes eum videbant, altera autem secundum quam transfiguratus est coram discipulis suis in monte, quando et resplenduit facies ejus tanquam sol, sed etiam unicuique apparebat, secundum quod fuerat dignus... Et non mihi videtur incredibilis esse traditio haec, sive corporaliter propter ipsum Jesum, ut alio et alio modo videretur hominibus, sive propter ipsam Verbi naturam, quod non similiter cunctis apparet,,, et c. Cels. II, 64. p. 436 tribuit Jesu corpus, „cujus erga quos et quando vellet mutabat formam." Minime enim Christi corpus his locis tantummodo visum esse ait humanum, sed apparuisse modo interdum aliis aliter pro ipsorum cuique facultate Christum cognoscendi; accedit, quod etiam vere humanum corpus divina majestas aliqua ratione divinius non efficere non potuerit, et Christi insuper corpus a nostro eo differebat, "quod natum ex virgine de spiritu sancto erat,, (de princ. praef. §. 4. p. 48). — Erat Christi corpus (ante resurrectionem crassum, c. Cels. II, 62. p. 484) humanum, quale e femina suscipere potuit (ib. I, 69. p. 383), ex humana materia constabat (ἐξ ἀνθρωπίνης ὕλης συνεστηκὸς) et humanis vulneribus mortique erat obnoxium (ib. III, 25 p. 462). "Terrenum corpus assumpserat,, (hom. XIV. in Luc. vol. III, 948). „Aspectu id deforme fuisse constat ex scripturis, sed adjecto vultu aut exigua statura fuisse non clare indicatur" (c. Cels. VI, 75. p. 689). Quale hoc Christi corpus post resurrectionem fuerit, infra videbimus. "Anima Christi ex genere et ex substantia fuit humanarum omnium animarum,, (hom. XII, 5 in Levit. vol. II, 253). "Naturam,,, inquit de princ. II, 6, 5. p. 91, "animae Christi hanc fuisse, quae est omnium animarum, non potest dubitari; alioqui nec dici anima potuit, si vere non fuit anima.,, Jamvero "cum (de princ. II, 6, 3. p. 90) invisibilis Dei ipse sit imago invisibilis, participationem sui universis rationabilibus creaturis invisibiliter praebuit, ita ut tantum ex eo unusquisque participii sumeret, quanto erga eum dilectionis inhaesisset affectu. Ve-

rum cum pro liberi arbitrii facultate varietas unumquemque ac diversitas habuisset animorum, ut alius ardentiore, alius tenuiore et exiliore erga auctorem suum amore teneretur, illa anima, de qua dixit Jesus (Joh. X, 18), quia nemo auferet a me animam meam, ab initio creaturae et deinceps inseparabiliter ei atque indissociabiliter inhaerens, utpote sapientiae et verbo Dei et veritati ac luci verae, et tota totum recipiens, atque in ejus lucem splendoremque ipsa cedens, facta est cum ipso principaliter unus spiritus, sicut et apostolus his, qui eam imitari deberent, promittit, quia, qui se jungit domino, unus spiritus est (1 Cor. VI, 17).„ "Quod autem (de pr. l. l. §. 4, quae verba etiam graece adhuc exstant, ubi in eandem sententiam redeunt, posito tamen ipso Christo pro anima ipsius) dilectionis perfectio et meriti affectus sinceritas ei hanc inseparabilem cum Deo fecerit unitatem, ita ut non fortuita fuerit, aut cum personae acceptione animae ejus assumptio, sed virtutum suarum ei merito delata, audi ad eam prophetam dicentem (Ps. XLV, 8)... Dilectionis ergo merito ungitur oleo laetitiae, id est anima Christi cum verbo Dei Christus efficitur. Ungi namque oleo laetitiae non aliud intelligitur, quam spiritu sancto repleri. Quod autem „prae participibus„ dixit (Ps. l. l.), indicat quia non gratia spiritus sicut prophetis ei data est, sed ipsius verbi Dei in ea substantialis inerat plenitudo.„ (Cf. de princ. IV, 31. p. 191, ubi haec leguntur verba: "Haec anima, quae fuit in Jesu, priusquam sciret malum, elegit bonum, et quia dilexit justitiam et odit iniquitatem, propterea unxit eam Deus oleo laetitiae prae participibus suis. Oleo ergo laetitiae ungitur, cum verbo Dei immaculata foederatione conjuncta est, et per hoc sola omnium animarum peccati incapax fuit, quia filii Dei bene et plene capax fuit, ideoque et unum cum ipso est atque ejus vocabulis nuncupatur, et Jesus Christus appellatur, per quem omnia facta esse dicuntur.„) Ibidem II, 6, 5. 6. p. 91: "Anima Christi„, O. ait, "ita elegit diligere justitiam, ut pro immensitate dilectionis inconvertibiliter ei et inseparabiliter inhaereret, ita ut propositi firmitas et affectus immensitas et dilectionis inexstinguibilis calor omnem sensum conversionis atque immutationis abscinderet, et quod in arbitrio erat positum, longi usus affectu jam versum sit in natu-

ram; ita et fuisse quidem in Christo humana et rationabilis anima credenda est, et nullum sensum vel possibilitatem eam putandum est habuisse peccati. Ad pleniorem tamen rei explanationem non videtur absurdum, si etiam similitudine aliqua utamur, licet in re tam ardua tamque difficili ne exemplis quidem uti commodis copia est. Tamen ut absque aliquo praejudicio dicamus, ferri metallum capax est frigoris et caloris. Si ergo massa aliqua ferri semper in igne sit posita, omnibus suis poris omnibusque venis ignem recipiens, et tota ignis effecta, si neque ignis ab ea cesset aliquando, neque ipsa ab igne separetur, num quidnam dicemus hanc, quae natura quidem ferri massa est, in igne positam et indesinenter ardentem posse frigus aliquando recipere? Quinimo, quod verius est, magis eam sicut in fornacibus saepe fieri oculis deprehendimus, totam ignem effectam dicimus, quoniam nec aliud in ea nisi ignis cernitur; sed et si qui contingere atque attrectare tentaverit, non ferri, sed ignis vim sentiet. Hoc ergo modo etiam illa anima, quae quasi ferrum in igne, sic semper in verbo, semper in sapientia, semper in Deo posita est, omne quod agit, quod sentit, quod intelligit, Deus est, et ideo nec convertibilis aut mutabilis dici potest, quae inconvertibilitatem ex verbi Dei unitate indesinenter ignita possedit. Ad omnes denique sanctos calor aliquis verbi Dei putandus est pervenisse, in hac autem anima ipse ignis divinus substantialiter requievisse credendus est, ex quo ad ceteros calor aliquis venerit. Illi in odore unguentorum ejus cucurrisse dicuntur; ista autem anima vasculum unguenti ipsius fecit, ex cujus fragrantia participantes digni quique prophetae fiebant et apostoli. Sicut ergo aliud est unguenti substantia, aliud odor ejus; ita aliud est Christus, et aliud participes sui. Et sicut vas ipsum, quod substantiam continet unguenti, nullo genere potest aliquid recipere foetoris, hi vero, qui ex odore ejus participant, si se paulo longius a fragrantia ejus removerint, possibile est ut incidentem recipiant foetorem: ita Christus velut vas ipsum, in quo erat unguenti substantia, impossibile fuit ut contrarium reciperet odorem. Participes vero ejus quam proximi fuerint vasculo, tam odoris erunt participes et capaces." Et ita quidem λόγος, qui in Jesu

erat, non cum ipſo corpore ejus, ſed cum anima et per eam cum corpore erat conjunctus. Hac de re de princ. II, 6, 3. p. 90: "Non„, ait, "erat poſſibile, Dei naturam corpori ſine mediatore miſceri; ſubſtantia animae inter Deum carnemque mediante naſcitur Deus homo illa ſubſtantia media exiſtente, cui utique contra naturam non erat corpus aſſumere. Sed neque rurſus anima illa, utpote ſubſtantia rationabilis, contra naturam habuit capere Deum... Unde et merito pro eo vel quod tota eſſet in filio Dei, vel totum in ſe caperet filium Dei, etiam ipſa cum ea, quam aſſumpſerat carne, Dei filius et Dei virtus, Chriſtus et Dei ſapientia appellatur; et rurſum Dei filius, per quem omnia creata ſunt, Jeſus Chriſtus et filius hominis nominatur.„ Sic utraque natura, divina et humana, penitus erat in Jeſu unita. „Nihil vetat", ait Origenes, „quominus ſumma et excellenti communione cum verbo conjuncta anima Jeſu, imo totus Jeſus non ſeparetur ab unigenito et primogenito creaturae, nec aliud ſit ab illo" (c. Celſ. VI, 48. p. 670). „Sedet (T. XV, 24 in Matth. vol. III, 687) *λόγος* in ſede majeſtatis divinae, nec alius ab eo filius hominis, qui in Jeſu homo intelligitur; ita enim unum eſt cum *λόγῳ*, longe magis quam qui unus ſpiritus efficiuntur cum domino, propterea quod illi adhaereant." „Quod dicimus animam Jeſu tanto Dei filio intima participatione unitam — *ἑνῶσθαι τῇ ἄκρᾳ μετοχῇ ἐκείνου* —, nec unquam ab illo ſeparandam, id minime mirum eſt. Nam in ſacris ſcripturis reperire licet et alia, quae, quamvis duo natura ſua ſint, reputantur tamen et revera ſunt unum" (c. Celſ. VI, 47. p. 669). Porro homil. I, 10 in Ezech. vol. III, 359 haec O. habet: "Venit ſermo domini ad eum, qui de virgine naſcebatur, id eſt hominem, ſermo ſemper in patre manens, ut fierent utraque unum, et conſociaretur homo, quem ob ſacramentum et ſalutem univerſae humanitatis indueret, divinitati ejus et naturae unigeniti Dei;„ c. Celſ. II, 9, 394: „Ne filium Dei a Jeſu ſeparemus; *ἓν γὰρ μάλιστα μετὰ τὴν οἰκονομίαν γεγένηται πρὸς τὸν λόγον τοῦ θεοῦ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα Ἰησοῦ*", et ib. III, 41. p. 474: „Sciant criminatores iſti, quem ab initio Deum Deique filium eſſe credimus et pro certo habemus, eum eſſe verbum ipſum, ſapien-

tiam ipſam, ipſam veritatem; *τὸ δὲ θνητὸν αὐτοῦ σῶμα καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἐν αὐτῷ ψυχὴν τῇ πρὸς ἐκεῖνον οὐ μόνον κοινωνίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἑνώσει καὶ ἀνακράσει, τὰ μέγιστά φαμεν προςειληφέναι, καὶ τῆς ἐκείνου θεότητος κεκοινωνηκότα εἰς θεὸν μεταβεβηκέναι*" (cf. in Joh. T. XIX, 5; c. Celſ. I, 66: p. 381). Itaque "et filius Dei mortuus eſſe dicitur, pro ea ſcilicet natura, quae mortem utique recipere poterat, et filius hominis appellatur, qui venturus in Dei patris gloria cum ſanctis angelis praedicatur. Et hac de cauſa per omnem ſcripturam tam divina natura humanis vocabulis appellatur, quam humana natura divinae nuncupationis inſignibus decoratur. Magis enim de hoc, quam de ullo alio dici poteſt, quod ſcriptum eſt, quia erunt ambo in carne una, et jam non ſunt duo, ſed caro una„ (de princ. II, 6, 3. p. 90). Attamen (cf. c. Celſ. II, 9. p. 393 et al. loc., ubi *λόγος* non Jeſus, ſed in Jeſu fuiſſe dicitur; ſicuti etiam Catena in Pſalmos a Balth. Cordeֹrio edita ad Pſ. XLII, 3 exhibet verba haec ex Origene: *Ἔχομεν ἀρχιερέα μέγαν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐνδεδυμένον*) proprie omnino aliae virtutes aliaque opera humanae, alia divinae naturae ſunt tribuenda; *ὁ λόγος τῇ οὐσίᾳ μένων λόγος οὐδὲν μὲν πάσχει ὧν πάσχει τὸ σῶμα ἢ ἡ ψυχὴ* (c. Celſ. IV, 15. p. 511). „De unigenito Dei ejusque natura longe alia ratione judicandum eſt, quam de homine, qui in Jeſu eſſe intelligitur. Unde nullum Chriſtianum videas vel inter ſimpliciſſimos et exquiſitioribus ſtudiis minime innutritos, qui dicant mortuam eſſe veritatem vel vitam vel viam vel panem vivum, qui de coelo deſcendit, vel reſurrectionem" (c. Celſ. VII, 16. p. 705). „Si ſpectetur Jeſus ratione divinitatis quae in ipſo erat, ea quae ut Deus fecit, ſancta ſunt, nec ullo modo Dei notioni repugnant; quatenus autem homo erat, prae ceteris ornatus ſumma verbi ipſius et ſapientiae ipſius participatione, paſſus eſt ut ſapiens et perfectus, quaecunque oportebat pati eum, qui generis humani aut etiam naturarum intelligentium gratia omnia faciebat" (ib. §. 17. p. 706). Ita et animi aegritudo (Comm. ſer. in Matth. §. 92. vol. III, 902. 903) et tentatio (hom. XXIX. in Luc. vol. III, 967) humanae naturae dantur. Jam adjungimus nonnulla, ad ambas haſce unitas Chriſti-

naturas accuratius cognofcendas nonnihil facientia. De eo, quod Chriftus non omnia fciverit et nonnulla didicerit, homil. I, 8 in Jerem. vol. III, 130: „Videbo", ait, „fi potero aliquid dignum de Salvatore in hoc loco afferre, quod quaedam nefciens major fit fi ea ignoraverit, quam fi fcierit. . Refpondit Matth. VII, 22: Non novi vos. Putasne hoc minorem ejus virtutem approbare, an majorem atque mirabilem, quia malos perituros que nefciat? . . Praeterea fi afcenderis ad falvatorem, et fcieris eum in principio apud Deum Verbum, infpice quia nefciat loqui, cum humanum fit hoc quod dicitur loqui, fi ideo nefciat, quia fint majora quae noverit. . Difcit ergo et quodammodo accipit difciplinam non magnorum, fed inferiorum ac minorum. Sicut et ego balbutire difco, violentiam mihimet ipfi faciens, quando cum parvulis loquor; neque enim fcio, ut ita dicam, infantiliter loqui, et infractis verbis jam grandaevus cum pueris fermocinari; eodem modo falvator in magnificentia gloriae quidem Dei in patre confiftens, non loquitur humana, nefcit affari eos qui deorfum funt." „Nemo autem noftrum dixerit Chriftum huc veniffe, ut certior de rebus humanis fieret" (c. Celf. IV, 8. p. 503). Potius „ut ad eos, qui ipfius deitatis radios fplendoremque fustinere non poffunt, accommodet fe, fit tanquam caro et voce corporea utitur, donec ii, qui ipfum talem recipiunt, brevi ab ipfo altius elati, principalem ut ita dicam ejus formam intueri poffint" (ib. §. 15. p. 511). „Neque iccirco ex bono in malum mutatus eft; peccatum enim non fecit; neque ex pulchro in turpem, non enim peccatum novit; neque ex felicitate in infelicitatem venit, fed femet ipfum humiliavit, nihil fuae felicitatis amittens, vel cum fe ipfum humiliando humani generis utilitati confuleret. Neque etiam ex optimo mutatus eft in nequiffimum. Quomodo enim benignitas et humanitas in nequiffimis effent?" (ib.). „Si quis autem animam Jefu mutatam dicat, eo quod illa in corpus venerit, quaeram quam intelligat mutationem. Si fubftantiae (οὐσίας) dixerit, negabo non folum illam, fed etiam quamlibet aliam rationalem animam mutari; fin mutatam puguet, quia corpori immixta aliquid ab illo et a loco, in quem venit, patitur; quid inde abfurdi inferri poteft con-

tra Verbum, quod pro suo in homines amore ad humanum genus salvatorem demisit?" (καταβιβάζοντα σωτῆρα, ib. §. 18. p. 513).

Hoc intime unitae divinae atque humanae naturae miraculum splendidissimum qui sibi persuasum habet, is facta illa, quae in vita Jesu Christi non conspicua esse non poterant, quibus miraculum illud manifestaretur, infitiari nequit. Quod etiam in Origenis exemplo apparet. De sententia Origenis igitur Christus revera futurum praescivit et praedixit. „Criminatur", ait c. Cels. II, 13. p. 398, „Celsus discipulos, quasi finxerint praescisse illum et praedixisse quaecunque sibi acciderint. Sed praesto sunt multa, quae Christus edidit vaticinia de rebus, quae Christianis contigerunt etiam subsequutis temporibus." Quod ad demonstrandum illustrat locos Matth. X, 18. 32; XXIV, 14; Luc. XXI, 20. (Gentilium vero opinioni, ex qua vaticinia etiam a bestiis ferri possint (c. Cels. IV, 86. p. 567 sqq.), multa noster opponit aitque §. 95. p. 573 haecce: „Verus Deus ad significandas res futuras non brutis animantibus utitur, ne hominibus quidem e vulgo. Eligit ad hanc rem sanctissimas purissimasque animas, quas afflat suo numine et fatidicas reddit"). Pari modo reliquorum miraculorum veritatem defendit. „Claudos et caecos", dicit c. Cels. II, 48. p. 422, „a Jesu curatos fuisse, quamobrem illum pro Christo Deique filio habemus, inde perspicuum est, quod et in prophetiis scriptum est (Jesai. XXXV, 5). . . Mortuos autem fuisse suscitatos, nec istud commentos esse qui evangelia scripserint, aeque constat; nam si figmentum esset, plures suscitatos recensuissent eosque diutius in monumentis dixissent fuisse moratos. Illos contra, quae sua sinceritas est, perpaucos enumerant." Iniqua miraculorum Jesu cum nebulonum artibus comparatio refellitur c. Cels. I, 68. p. 383. „Essent", inquit, „similia, si Jesus, ut qui magicas artes profitentur, nihil praeter vanam speciem ostendisset. Jam vero nullus praestigiator per ea, quae facit, spectatores ad morum emendationem excitat, aut Dei timorem docet, qui spectaculis stupent, aut studet persuadere ut vivant, quasi Deo rationem redditurі. Nihil horum praestigiatores faciunt, quia non

possunt, aut non consilium habent, aut nolunt corrigendis hominibus operam dare, quippe qui ipsi turpissimis infamissimisque vitiis referti sint. Hunc vero, qui miraculis spectatores eorum, quae bene faciebat, ad morum correctionem adducebat, quomodo non erit existimandum praebuisse non solum illis, qui proprie discipuli ipsius vocati sunt, sed etiam reliquis omnibus, exemplum optimae vitae? Discipulis quidem, ut excitarentur ad homines docendos quae sit voluntas Dei; reliquis vero hominibus, ut ejus verbis et moribus potius, quam miraculis edocti quomodo vivere oporteat, eo spectarent, ut quaecunque facerent, Deo placerent omnia. Si autem Jesu vita fuit ejusmodi, quo jure quis eum cum praestigiatoribus conferat, et non potius crediderit eum, cum Deus esset, ut promissum fuerat, visum fuisse in humano corpore, ut nostro generi prodesset?" Haec adhibentur quoque ad miracula apostolorum. „Ego vero", ib. §. 38. p. 356 ait, „non intelligo, quomodo magus docuisset homines in omnibus actibus cogitare, Deum olim illorum omnium judicem fore, atque ita suos discipulos instituisset, quibus suae doctrinae administris usurus erat. Nam discipuli sic instituti miraculis capiebant auditores, an sine miraculis? Dicere nulla eos fecisse miracula, sed credidisse duntaxat et nulla adjutos persuadendi peritia, qualem apud Graecos dialectica docet, novam doctrinam, quocunque ituri erant, promulgare aggressos esse, perabsurdum est. Qua enim fiducia hanc praedicarent doctrinam et novarent omnia? Si autem miracula patrabant, an simile veri est, magos se tot in pericula conjecisse, ut doctrinam evulgarent, quae magicas artes vetat?" „Miraculorum Christi et ejus discipulorum fructus est non deceptio, sed animarum salus. Quis enim dixerit deceptione effici, ut emendetur vita et malitia quotidie magis magisque minuatur?" (c. Cels. II, 50. p. 425). Omnino ab Origene consilium miraculorum Christi bene esse perspectum videmus e lib. III. c. Cels. §. 28. p. 464, ubi: „Nos", ait, „cum Jesu res gestas narramus, cur acciderint solidissima haec a nobis ratio datur, Deum per Jesum voluisse salutarem hominibus constituere doctrinam, firmatam quidem in apostolis tanquam fundamentis, in quibus totum christianae religionis aedificium

exstrueretur, augendum vero consequentibus temporibus," et e lib. II, 48. p. 422. 423, ubi consilium illud in eo ponit, *ἵνα μὴ μόνον σύμβολά τινων ᾖ τὰ γενόμενα ὑπὸ τοῦ κυρίου, ἀλλὰ καὶ αὐτόθεν προςαγάγῃ πολλοὺς τῇ θαυμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου διδασκαλίᾳ*. Recte enim illa miracula pro eis habet, quibus majora succedant. „Dixerim", pergit ib., Jesu discipulos secundum ejus promissum majora patrasse miracula, quam illa Jesu, quae sub sensum cadebant. Quotidie enim patefiunt oculi eorum, qui mente caeci erant; aures eorum, qui ad vocem illius, qui eos ad virtutem hortabatur, erant surdi, avide audiunt, quae de Deo beataque vita apud illum fruenda dicuntur; multi qui claudi erant quoad hominem, ut scriptura vocat, interiorem, nunc doctrina sanati non simpliciter saliunt, sed saliunt ut cervus infestum serpentibus animal, et cui viperarum virus omne nocere non potest. Hi enim, postquam sanati sunt, accipiunt a Jesu potestatem calcandi iis pedibus, quibus antea uti non poterant, serpentes et scorpiones malitiae, atque adeo totam inimici potentiam; idque nullo vulneris periculo, utpote ita fortes facti, ut nulla potentia, nullum daemonum virus laedere illos queat." Ita aeque vere dixit c. Cels. II, 57. p. 431: „Hac potissimum causa Jesum ad Judaeos potius, quam ad aliam gentem venisse arbitror, quod miraculis assuefacti erant, ut videlicet conferendis iis, quae credita fuerant, cum aliis, quae ab Jesu fiebant, et de illo ferebantur (*περὶ αὐτοῦ ἱστορούμενα*), tandem agnoscerent eum, a quo et propter quem majora patrabantur atque incredibiliora miracula, majorem illis omnibus esse qui praecesserant," ac, respectu quoque habito vaticiniorum Veteris T. de Christo (quae c. Cels. I. p. 365 sqq., et II. p. 411 sqq. contra gnosticos defendit) et miraculorum, quae etiam Origenis temporibus per Christianos efficiebantur (qua de utraque re infra dicendi opportunitas erit) c. Cels. I, 2. p. 320: „Adjicio doctrinam christianam sua quadam propria ratione demonstrari. Divina est haec ratio et ad eam Graecorum dialectica ne comparari quidem potest. Illam sitam esse docet apostolus (1 Cor. II, 4) in ostensione spiritus et virtutis; spiritus quidem propter prophetias, quarum omnium perspicuitas et evidentia quemvis lectorem permovere potest, ut ea

praefertim credat, quae ad Chriftum pertinent; virtutis autem (δυνάμεως) propter miracula, quorum patrandorum vim ac poteftatem penes Chriftianos effe (διὰ τὰς τεϱασίους δυνάμεις, ἃς κατασκευαστέον γεγονέναι) cum ex multis aliis, tum inde maxime efficitur, quod eorum adhuc fuperfint veftigia apud eos, qui ex legis chriftianae praeceptis vitam fuam moresque exigunt."

Jamjam contemplabimur, quae de reliqua Jefu Chrifti vita terreftri Origenes memorabilia habet *). Tota Jefu vita terreftris nullo polluta erat peccato (id

---

*) Fidem autem evangeliis, ait Origenes c. Celf. III, 39. p. 473, habendam effe cenfemus „ducti fcilicet pietate et omni candore, quae in eorum fcriptis elucent, quaeque nihil in eis aut fpurium, aut dolofum, aut fictitium, aut vafrum fufpicari finunt. Pro certo enim habemus animas, quae nunquam attigerant ea, quae apud Graecos callida multamque veri fpeciem et fubtilitatem adhibens fapientia et verfata in judiciis rhetorica docent, idoneas non fuiffe ad res comminifcendas, quae et fidem ingenerare et ad vitam fidei confentaneam adducere potuiffent. Equidem crediderim, talibus fuae doctrinae magiftris Jefum hac mente uti voluiffe, tum ut fufpicandi locus non effet, eam niti argumentis ad veri fpeciem compofitis, tum ut intelligentioribus evidens fieret, finceritatem illam fcriptorum junctam cum multa, ut ita loquar, fimplicitate (ἐχούσης πολὺ τὸ — ἵν᾽ οὕτως ὀνομάσω — ἀφελὲς), donatam fuiffe divina poteftate, quae multo plura perficeret, quam perficere poffe videntur verborum ambitus, dictionum compofitio et totus ille graecanicus divifionum dicendique ornamentorum apparatus." Pariter c. Celf. II, 10. p. 395 dicit: „Quodfi quis haec evangeliftarum figmenta effe opinatur: cur non potius figmenta fuerint, quae adverfus Jefum et Chriftianos infenfum odium commentum eft, veritas autem, quae literis mandaverunt ii, qui omni poenarum genere propter Jefu doctrinam perferendo demonftrarunt, quam fincero erga illum animo effent? Tanta enim, tam firma ad mortem usque conftantia argumento eft, difcipulos Jefu non fuiffe eos, qui fingerent de magiftro fuo, quae neutiquam erant; apoftolos autem pro certis habuiffe quae fcripferint, aequis rerum aeftimatoribus inde perfpicuum eft, quod tot ac tanta pertulerint propter eum, quem Dei filium effe credebant."

quod jam ex superioribus apparet). "Nos„, ait hom. XII, 4 in Levit. vol. II, 252, "habemus sacerdotem magnum secundum ordinem Melchisedech Chuistum Jesum, nunquam de sanctis exeuntem; semper enim in sanctis est, et manet semper sanctus in verbis suis, sanctus in actibus suis, sanctus in omnibus voluntatibus suis, et solus est qui nunquam inveniatur extra sancta.„ Jesu corpus de viri semine et carnis voluptate natum non esse, dicit Origenes fragment. de resurrect. vol. I, 37, ipsumque e virgine nasci debuisse, ut rata fierent vaticinia, c. Cels. I, 37. p. 354. „Inter animantes", ait h. l., „quaedam feminae sunt, quae, tametsi cum masculis non jungantur, sui tamen generis successionem servant, sicut produnt de vulturibus ii qui de animalibus scripsere. Quid igitur incredibile est, a Deo, qui divinum quemdam magistrum ad humanum genus mittere volebat, provisum fuisse, ut nasciturus Christus alia ratione in lucem prodiret, quam ceteri homines, qui ex viri cum femina consortio nascuntur? Quid quod et ipsi Graeci fatentur, non omnes homines prognatos esse ex mare et femina?" Mariam, matrem Jesu, vulva (in partu demum) reserata partum edidisse censet (hom. XIV. in Luc. vol. III, 948), eandem, quae homo fuerit, purgatione indiguisse post partum dicere non dubitat (ib. p. 947), eamque omnis labis expertem fuisse negat (hom. XVII. in Luc. vol. III, 952; hom. XX. p. 956). Ipsum Jesum fabrum fuisse, dubitat Origenes c. Cels. VI, 36. p. 659, quia nusquam in evangeliis ab ecclesia receptis faber dicatur; id tantum affirmat, pro filio fabri eum habitum esse, c. Cels. VI, 16. p. 641. Nec graecas, nec hebraicas literas Jesum doctum fuisse censet, ut vera ejus discipulorum scripta testentur (ib.). Quod eo tempore, quo baptizatus sit Jesus, aperti fuerint coeli, id ad visionem reducit c. Cels. I, 48. p. 363. Quod dicatur Jesus a diabolo in excelsum montem fuisse assumptus, id de sententia Origenis non esse ad literam accipiendum (de pr. IV, 16. p. 174), jam supra (p. 65) vidimus. In judicio de eo, quot annos Jesus docuerit, noster non satis sibi constat. Etenim cum c. Cels. II, 12. p. 397 Judam ne tres quidem annos cum Jesu transegisse dixerit, de princ. IV, 5. p. 160: Ἐνιαυτὸν, ait, καὶ μῆνας ὀλίγους ἐδίδαξε (Ἰησοῦς), et homil. XXXII. in Luc. vol. III,

970 de loco Jesaiae Luc. IV, 19 laudato: "Juxta simplicem„, inquit, "intelligentiam ajunt uno anno salvatorem in Judaea evangelium praedicasse.„ „Oportuit (quidem) — c. Cels. I, 66. p. 381 —, ut, qui humano more vivere inter homines decreverat, non intempestive se in mortis discrimen conjiceret; tamen (ib. II, 10. p. 395) si capi nolentis est, non captus est Jesus; nam opportuno tempore in potestatem hominum venire se passus est, ut agnus Dei, quo peccatum mundi tolleret; non (ib. §. 11. p. 397) cum fugeret, captus est, sed nostrorum omnium causa volens se tradidit." Ipsius autem in verberibus ignominiisque silentium majoris constantiae patientiaeque fuit, quam quicquid Graeci calamitatibus pressi dixerunt (c. Cels. VII, 55. p. 738). Denique palam in cruce mortuus est Jesus. „Ponamus", inquit c. Cels. II, 56. p. 430, „Jesum obscuram obiisse mortem, ita ut mors ipsius non fuerit populo toti cognita, eum deinde resurrexisse, fuisset de eo dicendi locus, quod de heroibus suspicamur" (respicit Origenes ad fabulas de eorum descensu ad inferos et reditu ex iis, „quippe quibus — l. l. — satis fuerit abesse quoddam tempus, oculis hominum sese subducere, et postea se in conspectum dare, ut ab inferis reduces haberentur"). „Ad alias igitur causas (ib.), cur Jesus crucifixus fuerit, addi forte potest et ista, illum palam in cruce mortuum esse, ut ne quis diceret illum volentem ab oculis hominum recessisse, non mortuum revera, sed visum esse duntaxat mori, et reversum postea, quando voluit, suam e mortuis prodigiose finxisse resurrectionem." Hanc autem mortem fuisse veram, neque φανταστικὴν, jam in praef. ad l. de princ., uti vidimus, Origenes ex praedicatione eccl. contendit, idemque confirmat c. Cels. II, 16. p. 402. De resurrectione Christi ib. haec dicit: Ὁ δοκῶν ἀποτεθνηκέναι οὐκ ἀληθῶς ἀνέστη, et ib. §. 56. p. 431: „Cum discipuli se totos dederint doctrinae, quam non sine summo periculo, ut hominum tunc vita erat, profiteri poterant, ipsi mihi videntur perspicuum esse et evidens resurrectionis argumentum. Hanc enim doctrinam, si finxissent resurrexisse Jesum ex mortuis, tanta constantia non annunciassent, ut non solum aliis mortis despectum instillarent, sed etiam ipsi priores hanc subirent." Cur Jesus post resurrectio-

nem non ſe omnibus conſpiciendum praebuerit, exponit c. Celſ. II, 63 ſq. p. 434 ſq., et §. 64. p. 435. 436 haec verba facit: „Cum id de Jeſu ſentiamus, non ſolum quoad interiorem et multis absconditam divinitatem, ſed etiam quoad corpus, cujus erga quos et quando vellet mutabat formam; dicimus eum, antequam exſpoliaſſet principatus et poteſtates, et eſſet peccato mortuus, potuiſſe ab omnibus videri; ſed poſtquam exſpoliavit principatus et poteſtates, et habere deſiit quod ſub oculos vulgi caderet, non potuiſſe videri ab illis omnibus, qui illum antea viderant. Unde, ſi non ſe omnibus poſt reſurrectionem conſpiciendum dedit, id fecit ut illis parceret." „Erat autem poſt ſuam reſurrectionem quaſi medius inter craſſum corpus illud, quod habebat autequam pateretur, et ſubtile, quo anima induta conſpicitur, poſtquam prius corpus depoſuit" (ib. §. 62. p. 434). „Tale poſt reſurrectionem Jeſu corpus mutatis qualitatibus evaſit, quale oportuit eſſe, quod in aethere ac locis aethere ſuperioribus verſaretur nihilque haberet eorum, quae infirmae carnis propria ſunt" (ib. III, 42. p. 474). Denique Chriſtum cum ad coelum aſcenderet, in ſole corpus ſuum reliquiſſe, opinatum eſſe Origenem, quam nonnulli ei opinionem dederunt (vid. Huetii Origenian. l. l. qu. 3. §. 27. p. 62), veri eſt diſſimile, cum ipſum haec ſcripſiſſe referat Pamphilus in apologia (vid. Huet. l. l.): "Quid eſt quod dixit: In ſole poſuit tabernaculum ſuum? Quidam quidem dicebant, quod ſalvator noſter aſcendens e terris ad coelum et corpus ſuum aſſumens, pervenit usque ad eum circulum qui ſolis zona nominatur; et ibi, ajunt, poſuit tabernaculum corporis ſui; non enim ultra erat poſſibile id progredi. Sed haec illi ita ſentiunt, pro eo quod allegoriam nolunt in ſcriptura divina recipere, et ideo purae hiſtoriae deſervientes hujusmodi fabulas et figmenta componunt„, cumque etiam Hermogenem, illius propugnatorem opinionis, refutatum eſſe ab Origene tradiderit Theodoretus haeret. fabb. I, 19 ed. Schulz. T. IV. p. 311.

De opere Chriſti.

Magnis ab Origene celebratur laudibus Jeſu doctrina, „quae et Judaeorum ritus, intactis tamen eorum prophetis, abolet, et maxime Graecorum de numinis cultu leges evertit";

(c. Celf. I, 29. p. 347), „quae univerforum Deo reconciliaret, quicunque eam in anima fua receptam excoleret, et quae ad felicitatem eos omnes perduceret, qui virtutem in fe haberent illius Dei Verbi, quod in corpore et anima hominis futurum erat" (ib. VII, 17. p. 706). Cf. ib. I, 68. p. 383. Neque vero tantum doctrinae Chrifti, fed totius potius vitae ejus exemplo praeclara hujusmodi munera homines debent. Exemplo Chrifti homines edocti funt, quomodo vivere oporteat (c. Celf. I, 68. p. 383). Uti cum humana Chrifti anima noftrae aequali, quia in Deo ea acquievit, — jam antequam in terram Chriftus defcendiffet, — Deus fefe conjunxit, ita, fi noftrae animae Chrifti animae exemplum ejusque vitam terreftrem contemplantur et imitantur (fecundum exemplum animae Chrifti "femper in verbo, femper in fapientia, femper in Deo pofitae„ — de princ. II, 6, 6. p. 91), in arctiorem cum filio Dei communionem perveniunt, ad ipfas quoque calor aliquis verbi Dei pervenit (ib.). „Ab illo incepit divinae naturae cum humana conjunctio, ut humana fua cum re diviniori focietate fieret divina non in folo Jefu, fed et in omnibus, qui cum fide vitam amplectuntur quam Jefus edocuit, et quae ad amicitiam Dei ejusque communionem perducit quicunque fuos mores ex Jefu praeceptis compofuerint" (ib. III, 28. p. 465). Confilium igitur Chrifti vitae (*ἦλθε δὲ, ἐπεὶ ἐβούλετο,* c. Celf. II, 23. p. 408) — continuatae animae ejus fanctitatis — erat, ut homines efficerentur divini, „praecipue quidem (ib. IV, 3. p. 508), ut quae in evangelio dicuntur oves domus Ifraël converterentur, deinde vero, ut propter illarum incredulitatem auferretur ab eis quod regnum Dei vocatur, exclufisque prifcis Judaeis daretur aliis agricolis, Chriftianis nimirum, qui fructus regni Dei, opera fuis quaeque temporibus Deo redditurí erant" (*τοὺς καρποὺς τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἀποδώσουσι τῷ Θεῷ, ἐν τοῖς ἑκάστης πράξεως οὔσης καρποῦ τῆς βασιλείας καιροῖς*). Hoc autem confilium eo demum Chriftus exfequutus eft, quod mortem pro hominibus fuscepit. Morte Chriftus non folum exemplum nobis praebuit pie moriendi et peccato ad mortem usque refiftendi, fed etiam potentiam fregit diaboli (*καταβαλὼν τὸν περὶ τῶν ἐπὶ γῆς δαιμόνων λόγον* — c. Celf. IV, 32. p. 525), cui nos quidem venditi era-

aus, ille vero morte sua pretium redemptionis dedit, nosque)eo reconciliavit. „Nihil", ait c. Cels. VII, 17. p. 706, „absurdum est hominem esse mortuum, et ejus mortem esse non nodo exemplum mortis pro pietate obeundae, sed etiam causam, quae coepit et pergit porro profligare malum illum et liabolum, qui sibi terram universam subjecerat." Cf. in ep. d Rom. L. IV. vol. IV, 542 sq. "Vides (hom. VI, 9 in Exod. 'ol. II, 150), quia Dei quidem creatura omnes sumus, unusuisque vero peccatis suis venundatur, et pro iniquitatibus nis a proprio creatore discedit. Dei igitur sumus secundum uod ab eo creati sumus. Effecti vero sumus servi diaboli, ecundum quod peccatis nostris venundati sumus. Veniens utem Christus redemit nos; cum serviremus illi domino, cui osmet ipsos peccando vendidimus. Et ita videtur tanquam uos quidem recepisse, quos creaverat, tanquam alienos auem acquisisse, quia alienum sibi dominum sive errando, sive eccando quaesiverant. Et fortasse recte quidem dicitur reemisse nos Christus, qui pretium nostri sanguinem suum deit." Ἦλθε γὰρ Ἰησοῦς (Select. in Thren. cap. 1. vol. III, 21) ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, ἐξ οἴκου φυλακῆς καημένους ἐν σκότει. „Inter hominum genus (T. XVI, 8 in latth. vol. III, 725) conversatus est, ut ministraret, et eo usue saluti nostrae inserviens procederet, ut animam suam pro ıultis, qui in se crediderant, redemptionis pretium daret; et , ut hoc ponamus, omnes in eum credidissent, animam suam tique redemptionis pretium pro omnibus dedisset. Cuinam utem animam suam redemptionis pretium pro multis dedit? on enim Deo; num quid igitur Malo? is enim in potestate ıa nos habuit, donec pro redemptionis mercede anima Jesu aretur ipsi decepto, quasi illius potiri posset, nec animadertenti se cruciatus in ea retinenda ferendos sustinere non osse. Quamobrem mors eum imperio suo subjecisse visa, m ipsi amplius non imperat, cum factus sit inter mortuos liır, et mortis potestate validior; eoque validior, ut eum poerint sequi, quicunque ex iis, quos superaverat mors, sequi m voluerunt; nullam adversus eos potestatem morte amus obtinente; quicunque enim est cum Jesu, a morte inıdi non potest... Pretioso ergo Jesu sanguine empti sumus;

anima vero Dei filii redemptionis pretium pro nobis data eſt, non autem ſpiritus ejus; antea enim patri eum tradiderat..; ſed neque corpus; nihil enim ejusmodi de illo ſcriptis traditum comperimus. Et quoniam pro multis anima ipſius redemptionis pretium data eſt, nec apud eum remanſit, cui redemptionis pretium pro multis data fuerat, iccirco Pſ. XV. ait: Non derelinques animam meam in inferno." Cf. in ep. ad Rom. L. II. vol. IV, 495. Ita (c. Celſ. I, 31. p. 349) „eis hac in re ſimilis (eſt Chriſtus), qui mortem oppetierunt, ut patriam ſuam a graſſante peſtilentia aut ſterilitate aut tempeſtatibus liberarent. Ita enim natura comparatum videtur ob arcanas multisque difficiles captu rationes, ut unius juſti mors ſponte ſuscepta daemones illos averruncet, qui peſtilentia, ſterilitate aut tempeſtatibus, aliisque id genus calamitatibus terras vexant. Dicant igitur, qui nolunt credere Jeſum in cruce hominum cauſa mortem obiiſſe, an non multarum graecarum et barbararum hiſtoriarum fide credant quosdam pro ſaluti communi occubuiſſe morte, ut ab urbibus gentibusque calamitates averterent? An hoc quidem factum eſt, ſed a vero alienum eſt, eum, qui pro homine habitus eſt, mortem ſubiiſſe, ut magnus daemon daemonumque princeps profligaretur, qui omnes, quae in terris ſunt, hominum animas in ſuam poteſtatem redegerat?" *Θεὸς δὲ τῆς πάντων ἡμῶν ψυχῆς ἀντάλλαγμα ἔδωκε τὸ τίμιον αἷμα τοῦ Ἰησοῦ, καθὸ τιμῆς ἠγοράσθημεν* (T. XII, 28 in Matth. vol. III, 546; T. XIII, 28. p. 607). Cf. in Joh. vol. IV, 393. "Ad Chriſtum veniſti pontificem verum, qui ſanguine ſuo Deum tibi propitium fecit, et reconciliavit te patri„ (hom. IX, 10 in Levit. vol. II, 243). "Dicitur Chriſtus agnus, quia voluntas et bonitas ejus, qua Deum repropitiavit hominibus et peccatorum indulgentiam dedit, talis exſtitit humano generi quaſi agni hoſtia immaculata et innocens, qua placari hominibus divina creduntur... Donec enim ſunt peccata, neceſſe eſt requiri et hoſtias pro peccatis. Nam pone verbi gratia non fuiſſe peccatum; ſi non fuiſſet peccatum, non neceſſe fuerat filium Dei agnum fieri, nec opus fuerat eum in carne poſitum jugulari, ſed manſiſſet hoc quod in principio erat Deus Verbum; verum quoniam introiit peccatum in hunc mundum, peccati au-

tem necessitas propitiationem requirit, et propitiatio non fit nisi per hostiam, necessarium fuit provideri hostiam pro peccato,, (hom. XXIV, 1 in Numer. vol. II, 362). "Venerat in hunc mundum Salvator, ut pro peccatis nostris carnem suam offerret hostiam Deo,, (hom. VII, 1 in Levit. vol. II, 220); *ὡς ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ἵν' ἄρῃ τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου* (c. Cels. II, 10. p. 395; cf. in Joh. vol. IV, 21. 22). Itaque nulli est salus nisi in sanguine Christi (hom. III, 5 in Jos. v. II, 404) *).

Sententia igitur Origenis de opere Christi haec videtur esse: Eo, quod animae humanae, et ante et postquam corpora intraverint, peccatis sese contaminarunt, a sanctitate Dei sunt abalienatae et diaboli imperio adscriptae. Huic eas detraxit Christus, qui solus erat peccati expers, dum morte sua **) pretium redemptionis diabolo dedit et hostiam sese

---

*) Etiamnum, ut id breviter tangamus, Origenes credidit Christum peccata nostra lugere. Sic homil. VII, 2 in Levit. vol. II, 221: "Salvator meus,,, ait, "luget etiamnunc peccata mea. Salvator meus laetari non potest, donec ego in iniquitate permaneo. Quare non potest? Quia ipse est advocatus pro peccatis nostris apud patrem.,, Praeterea "adsistit nunc vultui Dei, interpellans pro nobis, adsistit altari, ut repropitiationem pro nobis offerat Deo,, (ib.). Ad nos defert patris beneficia et sacerdotis more nostras ad summum Deum perfert preces (c. Cels. III, 34. p. 469). Unde "videtur de salvatore paracletus dici deprecator,, (de princ. II, 7, 4. p. 93).

**) De descensu ad inferos c. Cels. II, 43. p. 419 haec habet: „Christus, anima corpore exuta, cum nudis corpore animabus colloquia habuit et ad se convertit eas, quae voluerunt, aut quas certis quibusdam rationibus sibi notis vidit ad sua documenta magis idoneas" (*καὶ γυμνῇ σώματος γενόμενος* — sc. Christus — *ψυχῇ, ταῖς γυμναῖς σωμάτων ὡμίλει ψυχαῖς ἐπιστρέφων κἀκείνων τὰς βουλομένας πρὸς αὐτὸν, ἢ ἃς ἑώρα, δι' οὓς ᾔδει αὐτὸς λόγους, ἐπιτηδειοτέρας*). Homil. II. in 1 Reg. vol. II, 494: „Christus", ait, „descendit ad inferos; quid acturus? victurusne, an a morte vincendus? Descendit ad illa loca, non tanquam servus eorum, qui ibi erant, sed tanquam dominus decertaturus (*ὡς δεσπότης παλαίσων*). . Descendit, ut liberaret (*σώσων*)." Et „fuit filius Dei, licet in subterraneis degeret locis, ut omne genu flecteretur in nomine Jesu, coelestium, terrestrium et infernorum" (ib. p. 496).

Deo obtulit, eoque homines Deo reconciliavit. Verum ne animae eodem imbecillitate fua redirent, inftituit Jefus, ut, quae continuo vitam ipfius divinam (et animae exemplum) fanctamque mortem contemplantes, doctrinae ipfius convenienter vivere pro viribus ftuderent, ad altius indies fanctimoniae faftigium pervenirent (cf. c. Celf. III, 62. p. 488: *Επέμφθη οὖν Θεὸς λόγος καθὸ μὲν ἰατρὸς τοῖς ἁμαρτωλοῖς· καθὸ δὲ διδάσκαλος θείων μυστηρίων τοῖς ἤδη καθαροῖς καὶ μηκέτι ἁμαρτάνουσιν*).

Salus autem opere Chrifti parata de fententia Orig. non ad folos homines pertinet. Paftores, quibus ab angelo ortum domini nunciatum effe fcimus, ait hom. XII. in Luc. vol. III, 945, "fi ad facratiorem oportet afcendere intelligentiam, dicam quosdam fuiffe paftores angelos, qui res humanas regerent. Et cum horum unusquisque fuam cuftodiam confervaret et diebus ac noctibus vigilans jam laborem ferre non poffet, et hoc ageret induftrie, ut gentes, quae fibi creditae fuerant, gubernaret, veniffe angelum nato domino, et annunciaffe paftoribus, quod verus effet paftor exortus„, qui "profuit cunctis, qui diverfas provincias obtinebant.„ Sed etiam alio refpectu angelorum foter Chriftus de Origenis fententia fuit. Nulla enim creatura rationabilis lapfa non eft, et ne fancti quidem angeli puri funt Deo. Omnes igitur falvatore egent et purificatore ("Indigent enim purificatione non folum quae in terra funt, fed quae in coelis„ hom. XXIV, 1 in Num. vol. II, 363); cf. Huetii Origen. l. l. qu. 3. §. 25. p. 61. Quare non hominum folum, fed omnium creaturarum rationabilium (nulla enim anima rationalis a Deo creata eft mala, neque ulla eft malitia, quae a *λόγῳ* nequeat mutari; c. Celf. III, 69. p. 492. 93), — tamen haud dubie earum maxime, quae plurimum deliquerunt — falutem Chriftus curaffe dicitur c. Celf. VII, 17. p. 706 (omnia fecit Chriftus *ὑπὲρ παντὸς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἢ καὶ τῶν λογικῶν*), quae etiam ad aftra fententia extenditur in Joh. T. I. vol. IV, 41.42 (ed. Huet. II, 38, his verbis: *Καὶ γὰρ ἄτοπον ὑπὲρ ἀνθρωπίνων μὲν αὐτὸν φάσκειν ἁμαρτημάτων γεύσασθαι θανάτου, οὐκέτι δὲ ὑπὲρ ἄλλου τινὸς παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐν ἁμαρτήμασι γεγενημένου, οἷον ὑπὲρ ἄστρων*). Simile quid innuit T. II. in Joh. ed. H.

p. 69, cum Christum lucem esse ait non hominum duntaxat, sed et eorum omnium, qui rationis capaces sunt. Neque his finibus mortis Christi pretium et valorem circumscripsisse videtur, sed ad res creatas omnes porrexisse; dicit enim T. XIII, 8 in Matth vol. III, 581 Christum passum *ὑπὲρ ἀνθρώπων ἢ καὶ ὅλου τοῦ κόσμου,* c. Cels. II, 23. p. 408 mortem ipsius esse *τῷ παντὶ χρήσιμον,* et ib. III, 17. p. 457. 458: *Ὅτι καὶ τὰ δοκοῦντα κατ᾽ ἄνθρωπον αὐτῷ συμβεβηκέναι χρησίμως γέγονεν [ἐν] τῷ παντὶ καὶ σωτηρίως τῷ ὅλῳ κόσμῳ.* Jam sibimet ipsi quidem videtur Origenes repugnare, cum de princ. I, 3, 5. p. 62 dixerit: *Ὁ υἱὸς φθανὼν ἐπὶ μόνα τὰ λογικά·* revera tamen sibi non repugnat. Cf. T. II. in Joh. ed. H. II, 58: *Ἠ τάχα ἐστὶ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι ἐδεῖτο ἡ κτίσις ὑπὲρ τοῦ ἐλευθερωθῆναι ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, μακαρίας καὶ θείας δυνάμεως ἐνανθρωπούσης, ἥτις διορθώσεται καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.* Proprie quidem *ὁ λόγος* movet solos *λογικοὺς,* quo facto vero quia ex scripturae s. doctrina totius creaturae renovatio instat, etiam *τῶν ἀλόγων* salutem Christus curasse dici potest. Si cui autem haec explicatio minus placeat, ei aliud refugium videtur superesse. Omnes enim naturae rationabiles, etiamsi leviter tantum nonnullae, peccaverunt, ideoque omnes, etiamsi nonnullae in aetherea, in corpora sunt immissae. Haec igitur non sunt pura, egentque purificatione, quam Christus de sententia Origenis eis comparavit. Jamvero quaeritur, Christus semel, in terra, et pro hominibus, et pro angelis ac reliqua imprimis rationabili creatura, passus sit, an iterum etiam in coelo passurus vel passus fuerit, et hac de re noster sibi non satis videtur constitisse. De princ. enim IV, 25. p. 188 etiam coelestem quandam passionem Christo adscribit (quam opinionem fundaverit super dictum illud: *ἄνωθεν μέλλω σταυροῦσθαι,* quod in Actis Pauli Christo tribuitur, ut ex Origene ipso discimus T. XX. in Joh. ed. H. II, 298) his verbis: *Ἀλλὰ κἂν μέχρι τοῦ πάθους τις ζητήσῃ, τολμηρὸν δόξει ποιεῖν περὶ τῶν οὐρανίων τόπων αὐτὸ ζητῶν. ἀλλ᾽ εἰ ἔστι πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς οὐρανίοις, ἄρα εἰ ὥσπερ ἐνθάδε οὐκ αἰδούμεθα σταυρούμενον ὁμολογεῖν ἐπὶ καθαιρέσει ὧν καθεῖλε διὰ τοῦ πεπονθέναι, οὕτω τὸ κἀκεῖ πα-*

ραπλήσιον διδόντες γίνεσθαι τὰ καὶ ἑξῆς ἕως τῆς συντελείας τοῦ παντὸς αἰῶνος οὐ φοβηθησόμεθα, et homil. I, 3 in Levit. vol. II, 186: "Nisi quia forte„, inquit, "hoc intelligi voluit (Moses), quod sanguis Jesu non solum in Hierusalem effusus est, ubi erat altare et basis ejus et tabernaculum testimonii; sed et quod super illud altare, quod est in coelis, ubi et ecclesia primitivorum est, idem ipse sanguis aspersus erit„ (praeterimus scilicet locos, qui de Veteris T. sententia Christum ut angelum in terra apparuisse dicunt, — veluti homil. VIII, 8 in Genes. vol. II, 83; in Joh. T. I. vol. IV, 36 (ed. H. II, 32), — quippe minime comprobantes, iccirco Christum etiam angelum in coelo pro angelis passum esse); cum contra L. V. in Rom. vol. IV, 568 mirari se dicat, "quosdam contra hanc evidentissimam Pauli sententiam velle asserere, quod in futuris iterum seculis vel eadem vel similia pati necesse sit Christum, ut liberari possint etiam hi, quos in praesenti vita dispensationis ejus medicina sanare non potuit.„ Item paulo post: "Sed ad haec„, inquit, "nos breviter prout possumus respondebimus. Manere quidem naturae rationabili semper liberum arbitrium non negamus, sed tantam esse vim crucis Christi et mortis hujus, quam in seculorum fine suscepit, asserimus, ut ad sanitatem et remedium non solum praesentis et futuri, sed etiam praeteritorum seculorum, et non solum humano huic nostro ordini, sed etiam coelestibus virtutibus ordinibusque sufficiat. Secundum sententiam namque ipsius Pauli apostoli Christus pacificavit per sanguinem crucis suae non solum quae in terra sunt, sed et quae in coelis.„ Porro hom. XXIV, 1 in Num. vol. II, 363 talem esse hanc hostiam ait, "ut una sola sufficeret pro totius mundi salute.„ Denique T. I. in Joh. ed. H. II, 38 Christus dicitur *μέγας ἀρχιερεὺς, οὐχ ὑπὲρ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ παντὸς λογικοῦ, τὴν ἅπαξ θυσίαν προςενεχθεῖσαν ἑαυτὸν ἀνενεγκών*. Huetius l. l. qu. 3. §. 25. p. 60 genuinam de morte Christi doctrinam Origenis hanc fuisse censet: semel omnino Christum obiisse, in terris nimirum; postquam autem cruento illic mactatus sacrificio hominum peccata eluerit, spiritali quodam sacrificio coelestium aliarumque rerum, quae rationis compotes essent, noxas abstersisse. Neque huic sententiae locus homil. I. in

Levit. l. l. repugnat, ubi quidem verbis supra laudatis haec succedant: "Non solum pro terrestribus, sed etiam pro coelestibus oblatus est hostia Jesus, et hic quidem pro hominibus ipsam corporalem materiam sanguinis sui fudit; in coelestibus vero ministrantibus (si qui illi inibi sunt) sacerdotibus vitalem corporis sui virtutem, velut corporale quoddam sacrificium, immolavit.„ Locus de princ. IV, 25 autem fortasse ideo a Rufino omissus est, quod ipsi videbatur cum doctrina Origeniana, quae alibi inveniatur, non convenire. Neque omnino hic locus est tam firmae interpretationis, ut iccirco Huetii sententiam jure repudiemus. (Singulare Origenis dogma, quo opus Christi arctioribus finibus circumscripsisse videri possit, de vi martyrii expiatoria, infra tangemus, ubi de martyrio sermo erit, tanquam opere, quo plenam veniam peccatorum assequi liceat.)

Salutem opere Christi paratam ("Christus potestate peccata dimisit„ hom. XXIV, 1 in Num. vol. II, 363) ut homo assequi possit, necesse est fidem habeat Christo. Fides autem haec Origeni non sufficit, nisi homo, qui credit, simulatque ad fidem pervenerit, vivere desinat. Venia enim peccatorum pertinet tantummodo ad peccata, quae jam commissa sunt, minime ad futura (neque igitur ad totam corruptam hominis naturam, cf. Orig. doctrinam de peccato originis). Oportet hominem in posterum bonis operibus (ex fide profectis) sese venia peccatorum quasi dignum reddere. Ex conditionibus ergo, quibus de sententia Origenis aliquis plenae peccatorum veniae particeps fiat, sunt et fides et bona opera. Haec est summa Origenianae hac de re doctrinae, quam multa ab ipso dicta confirmant. "Impossibile„, ait hom. XXVI, 2 in Num. vol. II, 369, "est salvari sine fide.„ Pro omnibus autem, qui credunt, Christus animam ut λύτρον dedit (in Matth. vol. III, 725 l. l.). Fide solâ peccata jam commissa expiari, ostendit Comm. in Rom. L. III. vol. IV, 516. 517 exemplo hominis scelesti, juxta Jesum cruci affixi; simul vero addit, nemini fide justificato in posterum peccare licere, quia venia peccatorum nonnisi ad ea pertineat, quae praecesserint. Cf. c. Cels. III, 62. p. 488. Quare bona

opera, profecta ea quidem ex fide, ad salutem necessaria sunt. Natura enim humana nonnisi eorum fit divina, „qui μετὰ τοῦ πιστεύειν ἀναλαμβάνουσι βίον, ὃν Ἰησοῦς ἐδίδαξεν (c. Cels. III, 28. p. 465). "Initium namque justificari a Deo„, ait Origenes L. IV. in ep. ad Rom. (vid. Huetii Origen. l. l. qu. 7. §. 28. p. 122), "fides est quae credit in justificantem, et haec fides cum justificata fuerit, tanquam radix imbre suscepto haeret in animae solo, ut cum per legem Dei excoli coeperit, surgant in ea rami qui fructus operum ferant„, et L. III. in Rom.: "Quod si requirat aliquis curiosius, ii qui ex fide justificantur, per quem justificentur, licet fortassis multa in hoc curiositas videatur, tamen convenienter dicere possumus, quod qui ex fide justificantur, initio ex fide sumpto, per adimpletionem bonorum operum consummantur (et qui per fidem justificantur, a bonis operibus exorsi, per fidem summam perfectionem accipiunt).„ Prius enim quam cum anima nostra Jesus conjungi possit, necesse est ea per suam vim („ad efficienda quae difficillima nobis, et, ut quam maxime rem amplificem, prope impossibilia videntur, magni est momenti voluntas cum exercitatione conjuncta. An homo, cum voluerit, hanc sibi poterit usu et studio parare facultatem, ut per funem ab altera ad alteram theatri partem sublime porrectum incedat gravibus etiam oneribus onustus; et vincere suam pravitatem, quantalibet antea fuerit, et virtutem in vivendo consectari, cum volet, non valebit?" c. Cels. III, 69. p. 495), eamque fide corroboratam, digna effecta sit hac beatitate. „Jesus missus est ad homines, ut per eum omnes adipiscerentur salutem et beneficiis cumularentur, si modo se a vitiorum pravitate expedirent" (c. Cels. V, 55. p. 620). „Virtus enim in eorum animas adveniens et ex illis nequitiam, qua ante occupabantur, ejiciens, oblivionem praeteritorum impetrat" (ἀμνηστίαν δίδωσιν, c. Cels. III, 71. p. 494). "Sanctae et immaculatae animae, si cum omni affectu omnique puritate se voverint Deo, et alienas se ab omni daemonum contagione servaverint, et per multam abstinentiam purificaverint se et piis ac religiosis imbutae fuerint disciplinis, participium per hoc divinitatis assumunt et prophetiae ac ceterorum divinorum donorum gratiam merentur„ (de princ. III, 3, 3. p. 144). "Si

vivit anima, hoc est si non habet in se mortale peccatum, tunc Christus, qui est vita, venit ad animam viventem„ (homil. XII, 3 in Levit. vol. II, 351). "Sponsa Christi neque abjecta, neque polluta potest esse, sed virgo incontaminata, incorrupta et munda„ (ib. §. 6. p. 253). "Audiant ergo doctores (ib. §. 7), ne forte animae contaminatae, animae meretricanti, animae infideli verba Dei credant; ne forte mittant sanctum canibus et margaritas ante porcos; sed animas mundas, virgines in simplicitate fidei quae in Christo est eligant, ipsis committant secreta mysteria, ipsis verbum Dei et arcana fidei proloquantur, ut in ipsis Christus formetur per fidem.„ Quare "vides, ubique fidem cum operibus jungi et opera sociari cum fide„ (in Rom. L. II. vol. IV, 494).

Agemus jamjam de singulis quibusdam operibus, quae praecipue Origenes commendat. Praemittemus quae de poenitentia habet. "Si quis sibi conscius est (ait hom. XII, 3 in Levit. vol. II, 251), quod habeat intra se mortale peccatum, neque id a se per poenitentiam plenissimae satisfactionis abjecit, non speret quod intret Christus ad animam ejus, qui ad omnem animam defunctam non intrat, quia magnus sacerdos est.„ „Qui se propter sua peccata severe condemnant, ita ut propter ea quae fecerint veluti lugeant et lamententur se ipsos quasi perditos, et dignam morum mutationem fecisse se comprobant, hos recipit Deus propter ipsorum poenitentiam, quemadmodum et eos qui pessimam vitam mutarunt" (c. Cels. III, 71, p. 494). "In gravioribus autem criminibus semel tantum poenitentiae conceditur locus; ista vero communia, quae frequenter incurrimus, semper poenitentiam recipiunt, et sine intermissione redimuntur„ (hom. XV, 2 in Levit. vol. II, 262).

Omnium operum, quae veniam peccatorum mereri possint (cf. Comm. in Rom. L. III. vol. IV, 507), est potissimum martyrium *). *Εἰ θέλομεν ἡμῶν σῶσαι τὴν ψυχὴν, ἵνα αὐτὴν ἀπολάβωμεν κρείττονα ψυχῆς, μαρτυρίῳ ἀπολέσωμεν αὐτήν* (exh. ad mart. c. 12. vol. I, 282). „Meminerimus etiam nos peccasse, nec posse veniam peccato-

---

*) Martyres Origene judice (c. Cels. III, 8. p. 452) *ὀλίγοι κατὰ καιροὺς καὶ σφόδρα εὐαρίθμητοι ὑπὲρ τῶν χριστιανῶν θεοσεβείας τεθνήκασι· κωλύοντος θεοῦ τὸ πᾶν ἐκπολεμηθῆναι αὐτῶν ἔθνος.*

rum fine baptismate accipi; nos autem juxta evangelicas leges iterum non posse baptizari aqua et spiritu in remissionem peccatorum, sed datum nobis esse martyrii baptisma" (ib. 30. p. 292. 298; cf. similem Tertulliani sententiam apud Neandrum S. V. in Antignost. p. 202). "Per passionem martyrii fieri remissionem peccatorum, scit etiam diabolus„ (hom. X, 2 in Num. vol. II, 302). „Si enim peccatorum remissionem pollicetur baptisma, quemadmodum accepimus de baptismate in aqua et spiritu; remissionem autem peccatorum recipit itidem, qui martyris baptisma perfert, martyrium sane recte baptisma dici potest; peccata autem ei remitti, qui martyrium perpetitur, liquet e Matth. X, 32" (T. XVI, 6 in Matth. vol. III, 718. 719). "Baptisma sanguinis solum est, quod nos puriores reddat, quam aquae baptismus reddidit. . Aquae enim baptismate accepto valde pauci sunt ita beati, qui id immaculatum usque ad exitum vitae servare potuerint. Illo vero baptismo qui baptizatus fuerit, peccare jam ultra non potest. Et si temerarium non est in rebus talibus audere aliquid, possumus dicere, quod per illud baptisma praeterita peccata purgantur; per istud vero etiam futura perimuntur. Ibi peccata dimissa sunt, hic exclusa. Mihi si concederet Deus, ut proprio sanguine diluerer, ut baptismum secundum morte pro Christo susceptа perciperem, securus ex isto seculo discederem; ut veniens ad animam meam de hac vita exeuntem princeps hujus mundi non inveniret quicquam, quin potius et sanguinis mei profusione sopiretur, nec auderet in aliquo criminari animam cruore suo dilutam, morte sua clarificatam, sanguine suo lotam„ (hom. VII, 2 in Judic. vol. II, 473). Neque sibi tantummodo salutem martyres parant, sed etiam aliis, et non solum pietatis excitatione („Pro nobis posuit animam suam Jesus, et nos igitur ponamus eam non dicam pro ipso, sed pro nobis, opinor autem pro iis, qui martyrio nostro aedificandi sunt", exh. ad mart. c. 41. vol. I, 301), verum etiam ipsius — etiam prophetarum et justorum Veteris T. martyrum — martyrii vi (propter Christi — vel futurum — opus) expiatoria (*Τάχα δὲ*, ait exhort. ad mart. c. 50. vol. I, 309, *καὶ ὥςπερ τιμίῳ αἵματι τοῦ Ἰησοῦ ἠγοράσθημεν, Ἰησοῦ λαβόντος τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα·*

οὕτως τῷ τιμίῳ αἵματι τῶν μαρτύρων ἀγορασθήσονταί τινες, et hom XXIV, 1 in Num. vol. II, 362: "Quodsi agnus, qui ad purificandum populum datus est, ad personam domini et salvatoris nostri refertur, consequens videtur quod etiam cetera animalia, quae eisdem purificativis usibus deputata sunt, referri debeant similiter ad aliquas personas, quae per meritum sanguinis Christi *) purificationis aliquid humano generi conferant. Vide ergo ne forte sicut dominus et salvator noster, quasi agnus ad occisionem ductus, et in sacrificium altaris oblatus, peccatorum remissionem universo praestitit mundo; ita fortassis et ceterorum sanctorum ac justorum sanguis, qui effusus est a sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zachariae prophetae, qui interfectus est inter aedem et altare; alterius quidem sanguis sicut vitulae, alterius sicut hirci aut caprae aut alicujus horum fusus est ad expiandum pro parte aliqua populum... Sic ergo fortassis et si quis est angelorum coelestiumque virtutum, aut si quis justorum hominum vel etiam sanctorum prophetarum atque apostolorum, qui enixius interveniat pro peccatis hominum; hic pro repropitiatione divina velut aries aut vitulus aut hircus oblatus esse in sacrificium ob purificationem populo impetrandam accipi potest... Et quoniam peccati ipsius diversae et variae qualitates fuerunt, diversorum animalium mandantur hostiae, procul dubio quae convenirent varietatibus peccatorum.„ Cf. Comm. in Joh. vol. IV, 153. 154) precibusque expiatoriis (*Αἱ ψυχαὶ τῶν πεπελεκισμένων ἕνεκεν τῆς μαρτυρίας Ἰησοῦ, μὴ μάτην τῷ ἐν οὐρανοῖς θυσιαστηρίῳ παρεδρεύουσαι διακονοῦσι τοῖς εὐχομένοις ἄφεσιν ἁμαρτημάτων*, exh. ad mart. c. 30. p. 293; cf. hom. XXIV, 1 in Num. vol. II, 363: "Ceteri precibus peccata, hic unus potestate dimisit„). (In capite ethico denuo Origenis de martyrio doctrina tangenda erit.)

Adjungemus locum, ubi praeter poenitentiam et martyrium

---

*) Desiderantur haec verba in duobus codicibus. Parum interest, vera sint Origenis necne. Sententiam saltem fere eandem esse Origenis, ex eo perspicuum est, quod opus Christi ad "universum mundum„ pertinere dicit et martyrio sine opere Christi non majorem tribuit vim, quam Judaicis vitulorum et hircorum hostiis sine agno paschali.

etiam alia christianae pietatis documenta Origenes celebrat, hom. II, 4 in Levit. vol. II, 190. 191 his verbis: "Fortasse dicant auditores ecclesiae: melius fere agebatur cum antiquis, quam nobiscum, ubi oblatis diverso ritu sacrificiis peccantibus venia praestabatur. Apud nos una tantummodo venia est peccatorum, quae per lavacri gratiam in initiis datur. Nulla post haec peccandi misericordia, nec venia ulla conceditur. Docet quidem districtioris esse disciplinae Christianum, pro quo Christus mortuus est. Pro illis oves, hirci, boves jugulabantur et aves, et simila conspergebatur; pro te Dei filius jugulatus est, et iterum te peccare delectat? Et tamen ne tibi haec non tam erigant animos pro virtute, quam pro desperatione dejiciant, audisti quanta sint in lege sacrificia pro peccatis, audi nunc quantae sint remissiones peccatorum in evangeliis. Est ista prima, qua baptizamur in remissionem peccatorum. Secunda remissio est in passione martyrii. Tertia est, quae pro eleemosyna datur (Luc. XI, 41). . Quarta nobis fit remissio peccatorum per hoc, quod et nos remittimus peccata fratribus nostris (Matth. VI, 14. 12). . Quinta peccatorum remissio est, cum converterit quis peccatorem ab errore viae suae (Jac. V, 20). . Sexta quoque fit remissio per abundantiam caritatis (Luc. VII, 17; 1 Petri IV, 8). . Est adhuc et septima, licet dura et laboriosa, per poenitentiam remissio peccatorum, cum lavat peccator in lacrymis stratum suum, et fiunt ei lacrymae suae panes die ac nocte, et cum non erubescit sacerdoti domini indicare peccatum suum et quaerere medicinam (Ps. XXI, 5; Jac. V, 14). . Et tu ergo cum venis ad gratiam baptismi, vitulum obtulisti, quia in mortem Christi baptizaris. Cum vero ad martyrium duceris, hircum obtulisti, quia auctorem peccati diabolum jugulasti. Cum vero eleemosynam feceris, et erga indigentes affectum misericordiae sollicita pietate dependeris, altare sacrum hoedis pinguibus onerasti. Nam si ex corde remiseris peccatum fratri tuo, et iracundiae tumore deposito, mitem intra te et simplicem recollegeris animum, immolasse te arietem vel agnum in sacrificium obtulisse confide. Porro autem si divinis lectionibus instructus sis meditando sicut columba, et in lege domini vigilando die ac nocte, ab errore suo converteris

peccatorem, et abjecta nequitia ad simplicitatem eum columbae revocaveris, atque adhaerendo sanctis, feceris eum societatem turturis imitari, par turturum aut duos pullos columbarum domino obtulisti. Quod si illa quae spe et fide major est caritas abundaverit in corde tuo, ita ut diligas proximum tuum non solum sicut teipsum, sed sicut ostendit ille qui dicebat (Joh. XV, 13) .. panes similaceos in caritatis oleo subactos, sine ullo fermento malitiae et nequitiae, in azymis sinceritatis et veritatis te obtulisse cognosce. Si autem in amaritudine fletus tui fueris luctu, lacrymis et lamentatione confectus, si carnem tuam maceraveris et jejuniis ac multa abstinentia aridam feceris, et dixeris, quia sicut frixorium confrixa sunt ossa mea, tunc sacrificium similam a sartagine vel a craticula obtulisse te noveris; et hoc modo inveniris tu verius et perfectius secundum evangelium offerre sacrificia, quae secundum legem jam offerre non potest Israël."

Jam vero ut fidem Christo habeamus eumque sanctitate imitemur, gratia divina sustentemur necesse est. Liber quidem adhuc est homo; neque tamen ad consummationem perduci haec libertas potest, nisi auxilio Dei. Quod jam supra vidimus, ubi de libero arbitrio disputatum est, et pauca tantum h. l. addenda censemus. Quicquid agimus, libere, quicquid autem boni, cum Deo agimus. *Ἡμεῖς ἃ ποιοῦμεν,* ait Comm. in Gen. T. III, 18. vol. II, 20, *ἢ αἱ ἀντικείμεναι ἐνέργειαι ἃ ἐπιτελοῦσιν εἰς ἡμᾶς, ἰδίᾳ προαιρέσει ποιοῦμεν· ἀτάκτῳ μὲν, ὅτε ἁμαρτάνομεν, πεπαιδευμένῃ δὲ, οὐκ ἄτερ ἀγγέλων, οὐδὲ θείων γραμμάτων, οὐδὲ ὑπηρετῶν ἁγίων, ὅτε θεῷ εὐάρεστα πράττομεν.* „Aedificat domum (Select. in Psalm. vol. II, 570) quicunque proficit; custodit civitatem quicunque perfectus; vanum autem opus aedificantis et vana custodia servantis, nisi dominus aedificaverit et dominus custodierit. Extra liberam voluntatem nostram (*ἐκτὸς τῆς προαιρέσεως ἡμῶν*) fuerit bonum vis domini, quae aedificantis aedificationem adjuvat et ei opitulatur, unaque cum eo aedificat, qui aedificationem per se consummare non potest; idem de custodita civitate sentiendum est." „Quae (de oratione c. 1. vol. I, 196), quod maxima sint et supra hominem po-

sita longoque intervallo caducam naturam nostram superent, impossibilia comprehensu rationali et mortali generi sunt: ea multâ et immensâ gratia Dei . . . fiunt Dei voluntate possibilia." Fides quidem pendet a nostra voluntate, confirmatur vero gratia divina. Lib. IV. in ep. ad. Rom. (vid. Huet. l. l. qu. 7. §. 14. p. 115) ita accipi vult vocem hanc apostolorum ad Christum: Auge nobis fidem, "quia„, inquit, "etiam fides ipsa, qua credere videmur Deo, dono in nobis gratiae confirmatur„ Atque idem subinde replicat lib. IX. idque comprobare satagit apostolico isto: Alteri fides in eodem spiritu, "Quod„, inquit, "fides, quae speret et credat, et absque ulla dubitatione confidat, in nobis est; ratio vero fidei ipsius et scientia et perfectus eorum intellectus, quae credimus, donatur a Deo.„ Quia autem liberi sumus, Deo resistere possumus. "Possibile nobis est (de princ. III, 2, 4. p. 140. 141), cum maligna virtus nos coeperit ad malum incitare, abjicere a nobis pravas suggestiones et resistere suasionibus pessimis, et nihil prorsus culpabiliter gerere. Et rursum possibile est, ut cum nos divina virtus ad meliora provocaverit, non sequamur, liberi arbitrii potestate in utraque nobis servata.„ "Dubium non est (ib. §. 3), quod in omni tentatione adest nobis tolerandi virtus, si tamen nos competenter utamur virtute concessa. Non enim idem est habere vincendi virtutem et vincere, sicut ipse apostolus cautissimo sermone signavit, dicens, quia dabit Deus exitum, ut sustinere possitis, non ut sustineatis. Multi enim non sustinent, sed in tentatione vincuntur. A Deo autem datur, non ut sustineamus; alioquin nullum jam videretur esse certamen; sed ut sustinere possimus. Ea autem virtute, quae nobis data est ut vincere possimus, secundum liberi arbitrii facultatem aut industrie utimur et vincimus; aut segniter et superamur. Si enim totum nobis hoc detur, ut omni genere superemus et nullo modo vincamur, quae jam superest causa certandi ei, qui vinci non potest?„ Jamvero "omnia Deus pro meritis singulorum profectibusque dispensat„ (de princ. I, 8, 4. p. 75), ideoque etiam gratia per spiritum sanctum efficax pro dignitate hominum exhibetur (de princ. I, 8, 7. p. 63). („Ab adventu Christi Deus christiana doctrina utitur ad corrigendos non qui

nolunt, sed qui meliorem gratamque Deo vitam eligunt"; c. Cels. IV, 3. p. 503.) In eandem sententiam redeunt loci T. XI. in Matth. vol. III, 214; ib. T. XII. p. 299 sq.; T. XVI. p. 415; T. XIII. in Joh. ed. H. II, 199. Ita etiam praedestinatio, quae dicitur, ad divinam nostrae dignitatis (pro fidei et sanctimoniae nostrae modulo) praescientiam reducitur. Sic lib. I. in ep. ad Rom. (vid. Huet. Orig. l. l. qu. 7. §. 25. p. 124 sq.): "Quos praescivit,, ait, "Deus tales futuros, ut Christo se in passionibus conformarent, ipsos etiam conformes ac similes imaginis ejus praedestinavit et gloriae. Praecedit ergo praescientia Dei, per quam noscuntur qui in se labores et virtutes habituri sint, et ita praedestinatio sequitur, nec tamen rursus praedestinationis causa putabitur praescientia. Quod enim apud homines uniuscujusque meritum pensatur ex praeteritis gestis, hoc apud Deum judicatur ex futuris.,, Neque enim praescientia illa, sed magis hominum dignitas causa est praedestinationis. Lib. VII. in Rom. (Huet. l. l.) id subnectit: "Hoc ergo pacto neque in praescientia Dei vel salutis vel perditionis nostrae causa consistit, neque justificatio ex sola voluntate pendebit, neque glorificari de nostra penitus voluntate sublatum est,,, et paulo inferius: "Ut autem scias, non in praescientia Dei unicuique salutis causam poni, sed in proposito et actibus suis, vide Paulum verentem, ne forte, cum aliis praedicaverit, ipse reprobus efficiatur, macerare corpus suum et subjicere servituti hoc.,, Jesus vero voluit οὐ τοὺς ἐν μιᾷ γωνίᾳ τῆς οἰκουμένης θεραπεύεσθαι, ἀλλὰ, τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ, καὶ τοὺς πανταχοῦ· σωτὴρ γὰρ ἦλθε πάντων ἀνθρώπων (c. Cels. IV, 4. p. 504).

Jamjam quaeritur, qua ratione Christianis gratia divina efficacem sese praebeat. Partim directe, partim non directe. Primum enim omnes cujuscunque aevi animos veri nominis Christianorum spiritus sanctus movet (cf. ep. ad Gregor. Thaum. §. 3. vol. I, 32; c. Cels. V, 1. p. 578; de princ. I, 3, 7. p. 63). Movit is jam apostolorum animos, et ea ipsa est causa, cur homines imperiti ad apostolatum sint electi, scilicet ut sola vi divina regnum Dei stabiliretur (c. Cels. I, 62. p. 377). „Per spiritum Christo cooperantem multa et infinita gratia divina in homines a Deo effunditur" (de orat. 1.

vol. I, 196). „Orat ſpiritus in cordibus ſanctorum" (ib. 2. p. 200), "ipſiusque virtute ſanctioris ſcripturae ſ. ſenſus cognitio omnibus ſuggeritur„ (de princ. II, 7, 2. p. 93). "Si quis (ib. §. 4) de ſpiritu ſancto participare meruerit, cognitis ineffabilibus ſacramentis conſolationem ſine dubio et laetitiam cordis aſſumit. Cum enim rationes omnium quae fiunt, quare vel qualiter fiant, ſpiritu indicante cognoverit, in nullo utique conturbari ejus anima poterit, aut ullum ſenſum moeroris accipere; nec in aliquo terretur, cum Verbo Dei et ſapientiae ejus inhaerens dominum Jeſum dicit in ſpiritu ſancto.„ Fructibus autem cognoſci poteſt, qui accepit ſpiritum ſanctum et factus eſt ſpiritalis (de orat. 28. p. 255). Spiritus enim "ablatis atque exſtinctis peccatoribus et indignis, ipſe ſibi novum populum creat et renovat faciem terrae, cum per gratiam ſpiritus deponentes veterem hominem cum actibus ſuis, in novitate vitae coeperint ambulare„ (de princ. I, 3, 7. p. 63). "Hic homo„, inquit lib. V. Comm. in Rom. (Huet. l. l. qu. 7. §. 18. p. 118), "qui jam reformatur et reparatur ad imaginem Dei, neque terrenus, neque in hoc mundo eſt, ſed in coelis dicitur eſſe converſatio ejus, et ideo ſecundum eum qui dicit: Vos autem non eſtis de hoc mundo, mors in eum non poteſt pertranſire.„ — Verum ſunt etiam de Origenis ſententia alia d o n a ſ p i r i t u s ſ a n c t i, quae e x t r a o r d i n a r i a dici ſolent. Talia non modo Novum T. apoſtolis aliisque iſtius aetatis Chriſtianis, ſed etiam primorum ſeculorum patres fide digniſſimi ſui aevi nonnullis data eſſe narrant (praecipuos hac de re patrum locos collegit Ruaeus ad Orig. c. Celſ. I, 2. p. 321. not. a.; cf. Neandri S. V. Denkwürdigkk. aus d. Geſch. d. Chriſtenth. u. des chr. Lebens T. I. p. 154 ſqq.). Inter iſtos auctores eminet Origenes, qui non modo in tranſitu id attingit, ſed argumento hoc contra Judaeos utitur ipſumque ſeſe dat ſpectatorem. Ita apoſtolicorum miraculorum veſtigia ſupereſſe dicit c. Celſ. I. p. 321 l. l. Praeterea ib. §. 6. p. 325: „Tanta", ait, „nominis Jeſu contra daemones vis et poteſtas, ut eos interdum vincat etiam ab improbis pronunciatum"; ib. §. 67. p. 382: „Hodie quoque Jeſu nomen perturbatos animos componit, exigit daemones, medetur morbis; miram etiam manſuetudinem inſerit, mores in officio conti-

net, humanitatem, comitatem, suavitatem inspirat iis, qui non propter vitae commoda humanasque necessitates se Christianos simulant, sed quo par est animo traditam de Deo, Christo futuroque judicio doctrinam amplexantur"; ib. II, 33, p. 414: „Jesu opus est egregium, in nomine ejus hodieque sanantur, quoscunque Deus sanatos vult"; ib. III, 36. p. 471: „Daemones, solo ejus pronunciato nomine, exeunt e corporibus, quae obsidebant"; ib. VII, 4. p. 696: „Daemones ex obsessis profligant e Christianis multi, idque sine ullo inutili magiae aut incantationis auxilio, solis precibus simplicibusque adjurationibus et quales vel simplicior homo possit adhibere. Hoc enim plerumque faciunt idiotae. Quo quidem ea, quae doctrinae nostrae inest, gratia Christi manifeste prodit contemnendam daemonum infirmitatem, cum, ut vincantur, cedant et ex anima corporeque hominis fugentur, non opus sit sapiente et in probandis fidei rebus versato"; ib. §. 67. p. 741: „Tantum abest ut cultum daemonibus deferamus, ut etiam illos et precibus et aliis modis, quos scripturae s. nobis suppeditant, ejiciamus ex hominum animabus, ex locis ubi considunt, aliquando etiam ex animantium corporibus"; ib. III, 24. p. 461: „Christianorum quidam in iis, quos curant, significant se per hanc fidem mirificum quidpiam accepisse; quippe nihil aliud super eos, qui curatione opus habent, invocant quam supremum Deum Jesuque nomen, adjuncta de isto historia. His et nos vidimus multos gravibus incommodis liberatos, alienatione mentis, insania, aliisque sexcentis, quae neque homines, neque daemonia sanaverunt"; ib. I, 46. p. 361: „Quin etiamnum apud Christianos nonnulla supersunt illius spiritus sancti, qui columbae specie apparuit, vestigia. Nam daemonia ejiciunt, morbos curant, et volente Verbo futura praevident. Irrideat licet Celsus aut Judaeus quem introduxit, quod dicetur, dicam nihilominus, multos ad religionem christianam accessisse velut invitos; spiritu quodam repente sive per visum sive per somnium in illorum animos agente atque ita illos immutante, ut quod in illam conceperant odium deponerent, et pro illa mortem oppetere statuerent. Multa ejusmodi novimus, quae si scriberemus, tametsi illorum oculati testes fuerimus, be-

nignam risus materiam praeberemus incredulis, qui nos ex eorum ingeniis, quos talia finxisse norunt, judicantes, haec etiam a nobis conficta esse existimarent. Testis tamen est Deus, cui arcana conscientiae nostrae patent, nos divinam Jesu doctrinam non falsis narratiunculis, sed variis iisque evidentibus argumentis confirmare velle"; et ib. II, 8. p. 392: „Non amplius Judaeis sunt prophetae, non miracula, cum contra apud Christianos etiamnum miraculorum aliquantum supersint vestigia, immo majora, quam apud illos fuere, interdum fiant; et si hac in re quid ponderis habet nostrum testimonium, nos ipsi vidimus." *Σημεῖα δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατ' ἀρχὰς μὲν τοῦ Ἰησοῦ διδασκαλίας, μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ πλείονα ἐδείκνυτο, ὕστερον δὲ ἐλάττονα· πλὴν καὶ νῦν ἔτι ἴχνη ἐστὶν αὐτοῦ παρ' ὀλίγοις, τὰς ψυχὰς τῷ λόγῳ καὶ ταῖς κατ' αὐτὸν πράξεσι κεκαθαρμένοις. ἅγιον γὰρ πνεῦμα παιδείας* (Sap. I, 5) *φεύξεται δόλον, καὶ ἀπαναστήσεται ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων* (c. Cels. VII, 8. p. 700).

Haec omnia sunt effectus spriritus sancti. "Qui autem dignus jam habitus est sancti spiritus participatione, et retro fuerit conversus, hic re ipsa et opere blasphemasse dicitur in spiritum sanctum„ (de princ. I, 3, 7. p. 63).

Verum etiam non directe, per sacramenta et ecclesiae institutum gratia divina Christianis sese praebet efficacem.

Baptismus est *σύμβολον τοῦ ἀποκεκαθάρθαι* (c. Cels. III, 51. p. 481), initium et fons donorum gratiae divinae, spiritui sancto viam muniens (Comm. in Joh. vol. IV, 133). "Lota sunt„, ait hom. XI, 7 in Exod. vol. II, 172, "semel vestimenta tua, cum venisti ad gratiam baptismi, purificatus es corpore, mundatus es ab omni inquinamento carnis et spiritus„, et in Jos. hom. XV, 5. vol. II, 434: "Omne genus peccati, cum ad salutare lavacrum venimus, aufertur.„ Cf. hom. XIII, 4 in Genes. vol. II, 97 et Comm. in Matth. T. XV, 23. vol. III, 685, ubi baptismo opponitur *τὸ περὶ τῆς γενέσεως μυστήριον.* Neque utilissimum tantum, sed necessarium est baptisma, nam *οὐκ ἔστιν ἄφεσιν ἁμαρτημάτων χωρὶς βαπτίσματος λαβεῖν* — exh. ad mart. 30. vol. I, 293. (Tamen, ut supra vidimus, baptismi sanguinis etiam major est effectus). Verum nemo nisi ille "in remissionem pec-

catorum accipit baptisma, qui peccare deſiſtit; ſi quis enim peccans ad lavacrum venit, ei non ſit remiſſio peccatorum„ (hom. XXI. in Luc. vol. III, 957). Neque tamen baptisma infantium Origenes rejicit; comprobat potius aſſenſu ſuo hanc conſuetudinem, quae jam illo tempore in uſu erat. Dicit enim homil. VIII, 3 in Levit. vol. II, 230, laudatis locis Iob. XIV, 4 et Pſ. LI, 7: "Addi his poteſt, ut inquiratur, quid cauſae ſit . . ſecundum eccleſiae obſervantiam etiam parvulis baptismum dari, cum utique, ſi nihil eſſet in parvulis, quod ad remiſſionem deberet et indulgentiam pertinere, gratia baptismi ſuperflua videretur„; et Comm. in Rom. lib. V. vol. IV, 565 legimus: "Pro hoc et eccleſia ab apoſtolis traditionem accepit, etiam parvulis baptismum dare; ſciebant enim . . quia eſſent in omnibus genuinae ſordes peccati, quae per aquam et ſpiritum ablui deberent.„ In eandem ſententiam redit, quod hom. XV. in Luc. vol. III, 948 invenimus.

De ſacra coena *) hi ſunt loci praecipui: Ad Matth. XV, 11 T. XI, 14 in Matth. vol. III, 498 ſqq. haec habet: „Dixerit autem aliquis, qui in hunc inciderit locum, quemadmodum non quod intrat in os coinquinat hominem, etiamſi a Judaeis impurum exiſtimetur, ita quod ingreditur in os, non ſanctificare hominem, etiamſi a ſimplicioribus exiſtimetur ſanctificare, id quod domini panis appellatur. Et ſermo qui-

*) Confeſſionem innuit noſter e verſione Rufini hom. III, 4 in Levit. vol. II, 196 his verbis: "Eſt aliquod in hoc mirabile ſecretum, quod jubet (Levit. V, 5) pronunciare peccatum. Etenim omni genere pronuncianda ſunt et in publicum proferenda cuncta quae gerimus. Si quid in occulto gerimus, ſi quid in ſermone ſolo vel etiam intra cogitationum ſecreta commiſimus, cuncta neceſſe eſt publicari, cuncta proferri. Proferri autem ab illo, qui et accuſator peccati eſt et incentor. Ipſe enim nunc nos ut peccemus inſtigat, ipſe etiam cum peccaverimus accuſat. Si ergo in vita praeveniamus eum et ipſi noſtri accuſatores ſimus, nequitiam diaboli inimici noſtri et accuſatoris effugimus.„ Pariter hom. II, 4 in Levit. p. 191: "Peccator„, ait, ". . non erubeſcit ſacerdoti domini indicare peccatum ſuum et quaerere medicinam.„

dem ille minime, opinor, aſpernandus eſt, ideoque perſpicua indigens explicatione, quae mihi ita ſe habere videtur. Quemadmodum non cibus, ſed conſcientia ejus, qui cum dubitatione comedit, comedentem coinquinat; nam qui dubitat, ſi manducaverit, damnatus eſt, quia non ex fide; et quemadmodum inquinato et incredulo nihil purum eſt, non quidem per ſe, ſed propter illius contaminationem et incredulitatem: ita id quod ſanctificatum eſt per Verbum Dei et orationem, non ex ſe utentem ſanctificat; nam ſi id ita eſſet, ſanctificaret et illum, qui indigne domino comedit, nec ullus propter cibum hunc infirmus factus fuiſſet, aut imbecillis, aut mortuus; tale enim quidpiam Paulus docuit his verbis (1 Cor. XI, 30). . Ac proinde in pane domini utilitas eſt ei qui utitur, cum intemerata mente et pura conſcientia panis fit particeps. Sic autem neque bono aliquo privamur, ex eo quod non comedamus de pane per verbum Dei et orationem conſecrato, nempe propter ipſam ab eſu abstinentiam, neque ex eo quod comedamus, bono aliquo abundamus; nam cauſa privationis malitia eſt et peccata, et abundantiae cauſa juſtitia eſt et recte facta (1 Cor. VIII, 8). . Quodſi id omne, quod intrat in os, in ventrem vadit et in ſeceſſum emittitur, et cibus ipſe per verbum Dei et orationem conſecratus ſecundum illud quidem ipſum, quod materia conſtat, in ventrem abit et in ſeceſſum ejicitur, ſecundum orationem autem, quae illi acceſſit, juxta proportionem fidei, utilis fit efficitque, ut perſpicax fiat animus, ſpectans ad id quod prodeſt, nec panis materia, ſed ſuper eum prolata oratio ea eſt, quae illum juvat, qui non indigne Deo hunc comedit. Et haec quidem de typico et ſymbolico corpore. Multa autem de ipſo Verbo dici queant, quod caro factum eſt verusque cibus, quem qui comederit, omnino in aeternum vivet, cum nullus malus eum poſſit comedere." Comm. Serie in Matth. §. 85. vol. III, 898 ad Matth. XXVI, 16 ſqq.: "Panis iſte„, inquit, "quem Deus Verbum corpus ſuum eſſe fatetur, verbum eſt nutritorium animarum, verbum de Deo Verbo procedens, et panis de pane coeleſti, qui poſitus eſt ſuper menſam (Pſ. XXII, 5). . Et potus iſte, quem Deus Verbum ſanguinem ſuum fatetur, verbum eſt potans et inebrians praeclare corda bibentium, qui

est in poculo (ibid.). . Et est potus iste generatio vitis verae; quae dicit: Ego sum vitis vera. Et est sanguis uvae illius, quae missa in torcular passionis protulit potum hunc. Sic et panis est verbum Christi factum de tritico illo, quod cadens in terram multum reddidit fructum. Non enim panem illum visibilem, quem tenebat in manibus, corpus suum dicebat Deus Verbum, sed verbum, in cujus mysterio fuerat panis ille frangendus. Nec potum illum visibilem sanguinem suum dicebat, sed verbum, in cujus mysterio potus ille fuerat effundendus. Nam corpus Dei Verbi aut sanguis, quid aliud esse potest, nisi verbum quod nutrit et verbum quod laetificat cor?„ Quibus cum dictis si comparamus T. XXXII. in Joh. ed. H. II, 411 (R. vol. IV, 444), unde perspicuum fit, offulam Judae porrectam Origeni ejusdem esse generis, ac panem eucharisticum, hujusque modi alios locos, Origenis de sacra coena sententia non amplius obscura esse potest. Sacrae coenae utilitas ipsi non est, ut id breviter dicam, objectiva, sed subjectiva, pro modulo fidei et sanctimoniae ejus, qui eam celebrat. Panis et vinum non sunt verum Christi corpus, sed typicum et symbolicum, sub quo mysterium de morte Jesu Christi expiatoria intelligendum est. Tota tamen actio eucharistica sui participes divina ratione sanctificat, atque omnino etiam de signis sacris noster summa cum verecundia hom. XIII, 3 in Exod. vol. II, 176 dicit: "Cum suscipitis corpus domini, cum omni cautela et veneratione servatis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid dilabatur. Reos enim vos creditis et recte creditis, si quid inde per negligentiam decidat.„ (Minime vero de omnipraesentia (ubiquitate) corporis Christi opera Origenis loquuntur; etenim quae de omnipraesentia filii Dei inveniuntur c. Cels. II, 9. p. 393; de princ. IV, 28. p. 190; T. II. in Joh. ed. H. II, 82, aliis locis, ea ad λόγον, non ad corpus τοῦ θεανθρώπου manifesto pertinent, id quod ipse noster confirmat lib. X. Comm. in Rom. (vid. Huet. Orig. l. l. qu. 8. §. 19. p. 57), ubi postquam Christum non alicujus loci terminis circumscribi, sed ubique penetrare et per omnia diffundi declaravit: "Sed ita„, inquit, "debes sentire de Christo, tanquam de Verbo et veritate et sapientia et justitia Dei. Haec autem omnia non in

loco quaeruntur, ſed ubique adſunt, neque ab inferni locis evocantur, ſed mente ſola intellectuque capiuntur.„)

Eccleſia, quae eſt *ἐν ἑκάστῃ πόλει ἄλλο σύστημα πατρίδος, κτισθὲν λόγῳ θεοῦ, ἡ κατὰ θεὸν πατρὶς* (c. Celſ. VIII, 75. p. 798), „duplex eſt, congregatis in unum ſanctis, altera hominum, altera angelorum" (de orat. 31. vol. I, 269). „Tota Dei eccleſia eſt Chriſti corpus a Dei filio animatum; membra autem illus corporis ſunt omnes, qui credunt" (c. Celſ. VI, 48. p. 670). Eccleſia terreſtris, divina virtute ſustentata, omnibus ſuis hoſtibus ſuperior eſt (c. Celſ. I, 3. p. 323; 27. p. 345). In ſanctis ſcripturis habet aedificationem (ep. ad African. §. 4. vol. I, 16). Omnis generis homines vocantur in eccleſiam; non ſoli ſimplices, ſed etiam eruditiores (*ζητῷ γὰρ μᾶλλον τοὺς ἐντρεχεστέρους καὶ ὀξυτέρους, ὡς δυναμένους παρακολουθῆσαι τῇ σαφανείᾳ τῶν αἰνιγμάσων καὶ τῶν μετ' ἐπικρύψεως εἰρημένων ἐν νόμῳ καὶ προφήταις καὶ εὐαγγελίοις* — c. Celſ. III, 74. p. 496); non ſoli probi, ſed etiam improbi. „Verumtamen ſi qua par eſt aequitate coetus noſter conſideretur, plures ibi videre eſt, qui a vita non admodum inordinata, quam qui a flagitioſa converſi fuerint. Sic enim natura comparatum eſt, ut, qui vitae melius actae ſibi conſcii ſunt, cum cupiant vera eſſe, quae de mercede a Deo bonis tribuenda praedicantur, promptius conſenſum dictis praebeant, quam qui omnino male vixerint; hos namque conſcientia deterret, quominus admittant ſe ab omnium judice affectum iri ſuppliciis, quae talium ſcelerum reis infligi decet, et quae juſta de cauſa intentat ſupremus judex. Quin et aliquando contingit, ut pravi homines, etiamſi ſpe veniae poenitentia obtinendae vellent iis quae de poenis dicuntur aſſentiri, tamen peccandi conſuetudine et nequitia tincti penitus et imbuti, ad vitam ſapientem rectaeque rationi conſentaneam eniti niſi difficile non poſſint" (c. Celſ. III, 65. p. 490). Scilicet improbi eſſe in eccleſia deſinant neceſſe eſt, cum „eccleſia proprie dicta (*ἡ κυρίως ἐκκλησία*) nec maculam habeat, neque rugam aut quid ſimile, ſed ſancta ſit et inculpabilis (*ἄμωμος*)" (de orat. 20. vol. I, 229). (Internam eccleſiam intelligit noſter etiam hom. III, 5 in Joſ. vol. II, 404, quippe quae nitatur ſanguine Chriſti, et ita quidem h. l.:

"Nemo,,, dicit, " sibi persuadeat, nemo semetipsum decipiat; extra hanc domum i. e. extra ecclesiam nemo salvatur. Nam si quis foras exièrit, mortis suae ipse sit reus. Hic sanguis est signum, quia hic est purificatio, quae per sanguinem constat,,). — „Petra autem ecclesiae est omnis discipulus Christi, de quo bibebant, qui bibebant de spiritali consequente petra (1 Cor. X, 4); et super quamlibet ejusmodi petram aedificatur omnis sermo ecclesiasticus et vitae juxta ipsum institutae ratio; unicuique enim perfecto habenti congregationem sermonum beatitudinem perficientium et operum et cogitationum (*ἐν ἑκάστῳ γὰρ τῶν τελείων ἐχόντων τὸ ἄθροισμα τῶν συμπληρούντων τὴν μακαριότητα λόγων καὶ ἔργων καὶ νοημάτων*) inest ecclesia a Deo aedificata. Si vero super unum illum tantummodo Petrum totam ecclesiam a Deo aedificari arbitraris, quid de Johanne . . et unoquoque apostolorum dixeris? Alioquin an audebimus dicere portas inferi speciatim adversus Petrum non praevalituras, praevalituras autem adversus reliquos apostolos et perfectos? Nonne vero de omnibus et de his singulis dictum est Matth. XVI, 18 . .?" (T. XII, 10. 11 in Matth. vol. III, 524) (Tamen — alia ratione habita — ib. T. XIII, 31. p. 613. 614: „Sane", ait, „si ad evangelica scripta animum diligenter advertimus, ibi magnum inveniemus discrimen, et excellentiam eorum, quae Petro, prae iis quae aliis dicta sunt, etiam in iis rebus, quae Petrum inter eosque, qui ter fratres objurgaverunt, communes esse videntur. Nec enim exigua differentia est claves non unius coeli Petrum, sed plurimorum accepisse; et quaecunque super terram alligaverit, non in uno coelo, sed in omnibus ligata esse, prae pluribus aliis, qui super terram et alligant et solvunt, ita ut haec alligata et soluta sint non in coelis, sicut Petro concessum est, sed in uno coelo; neque enim eo penetrandi facultate pollent, quemadmodum Petrus, ut alligent vel solvant in omnibus coelis. Quo praestantior ergo fuerit qui alligat, eo felicior qui fuerit solutus, cum in omnibus plane coelis solutus sit"). „Quoniam autem qui episcopatus locum vendicant, dictum hoc usurpant, sicut Petrus, et acceptis a servatore clavibus regni coelorum docent ea, quae a se ligata sunt, hoc est condemnata, ligata esse et in coelis,

et quae a se soluta sunt, soluta esse et in coelis; pronuntiandum est recte illos dicere, si factum etiam habuerint, propter quod Petro huic dictum est: Tu es Petrus, ac si tales sunt, ut super illos aedificetur ecclesia a Christo, et ad illos jure id referri possit" (T. XII, 14 in Matth. vol. III, 531). "Qui vocatur ad episcopatum, non ad principatum vocatur, sed ad servitutem totius ecclesiae„ (hom. VI, 1 in Jesai. vol. III, 116).

Etsi ecclesia una est, tamen „jam ab initio religionis christianae de sententia librorum, qui divini esse creduntur, inter fideles erant dissidia" (c. Cels. III, 11. p. 453). Haereses plurimae inde ortae esse dicuntur, quod multi viam non invenerint, qua esset in sancta scripturarum lectione insistendum (de princ. IV, 8. p. 164), vel e carnali intelligentia scripturae (fragm. ex Stromat. X. vol. I, 41. A.). E multitudine autem sectarum praestantia christianae religionis sequitur. De nulla enim re ait c. Cels. III, 12. p. 454 natas esse sectas dissimiles, quin ejus praeclara fuerit et vitae utilis institutio. Id quod Graecorum et barbarorum medicorum, philosophorum et Judaeorum exemplis demonstrat. Tum pergit l. l.: „Simillime quoniam christiana religio praeclarum quid visum est hominibus, nec solum servili ingenio, ut Celsus putat, sed etiam multis apud Graecos eruditis; ideo necesse fuit ut sectae oborirentur, non propter seditionis et contentionis studium, sed quod ex eruditis plurimi mysteria christianae religionis intelligere studerent. Qua ex re factum est, ut diverse intellectis sermonibus, quos omnes ex aequo pro divinis habebant, existerent sectae iisque nomina darentur eorum, qui quidem admirabantur hujus doctrinae institutionem, sed quibusdam verisimilibus causis qualitercunque movebantur, ut a se invicem diversa sentirent. Atqui neque medicinam recte quis fugerit propter sectas in ea exortas, neque servaverit illud quod deceat, qui philosophiam odio habebit hoc nomine, quod multas sectas pepererit; neque ob sectas inter Judaeos exortas damnandi sunt sacri Mosis et prophetarum libri." „Nos autem (c. Cels. V, 63. p. 627), qui Jesu doctrinam sequimur curamusque, ut ejus praeceptis nostra cogitata, dicta factaque consentiant, . . nec dicenda tacendaque adversus eos

dicamus, qui aliter quam nos sentiunt. Quin potius nihil est, quin faciamus ut in viam reducantur, si fieri possit, ut soli creatori adhaerescant, ut omnia agant quasi judicium subituri. Sin illis dissentientibus a nobis nostram sententiam persuadere non possumus, tum demum huic de illis praecepto paremus: Haereticum hominem post unam et secundam correptionem devita (Tit. III, 10). . Et praeterea qui cogitant beatos esse pacificos et beatos esse mites, ii multum aberunt, ut odio habeant christianae religionis corruptores eosque, qui in errore versantur, cavillando Circas vocent blandosque veneficos." Probe autem duas haereticorum classes Origenes discernit: "Juxta mei quidem animi sensum,,, ait hom. VII, 3 in Ezech., vol. III, 382, "multo nocentior est haereticus bonae vitae, et plus in doctrina sua habet auctoritatis eo, qui doctrinam conversatione maculet. Qui enim vitae pessimae est, non facile homines ad falsum dogma sollicitat, nec potest per umbram sanctitatis audientium decipere simplicitatem. Qui vero sermone perversus est et disciplinis saluti contrarius, mores autem compositos et ornatos habet, nihil facit aliud nisi accipit indumenta varia instituti boni, et conversationis quietae, et circumdat ea idolis suis, ut magis decipiat audientes. Iccirco sollicite caveamus haereticos, qui conversationis optimae sunt, quorum forte vitam non tam Deus, quam diabolus instruxit. Nam quomodo quasdam illecebras escarum aucupes proponunt, ut facilius aves capiant per oblectamentum gulae, sic (ut audacius dicam) est quaedam castitas diaboli, id est decipula humanae animae, ut per istiusmodi castitatem et mansuetudinem et justitiam possit facilius capere et falsis sermonibus irretire,,; et alia ratione Comm. ser. in Matth. §. 33. vol. III, 852: "Ipsi qui profitentur se ecclesiasticos esse, de necessariis quibusque capitulis falluntur et seducuntur, sicut ipsa dissensio eorum testimonium est, quoniam et qui intus sunt seducuntur. Sed consequenter, quemadmodum solet esse in errantibus, vias has corporales differentia erroris, et quidam quidem etiam contra ipsam publicam viam quae quaeritur, vadunt errantes, alii autem modicum aliquid de semita recta declinant, ut sint revocabiles; et multae sunt errantium differentiae; hoc modo videmus etiam eos, qui a veritate aber-

rant. Et Marciones quidem et Basilides et Valentiniani et Apelliani et Ophitae multum a proposita errant via, qui omnino contraria sapiunt veritati. Quidam autem de publicis quidem et manifestis capitulis non dissentiunt: utputa de uno Deo, qui legem et evangelium dedit, aut de Christo Jesu primogenito universae creaturae, qui in fine seculi secundum praedicationes prophetarum venit in mundum, et suscepit in se veram humanae carnis naturam, ut etiam nativitatem subiret ex virgine, et mortem crucis suscepit, et surrexit a mortuis et deificavit quam susceperat humanam naturam. Adhuc autem et de spiritu sancto, quoniam ipse ille fuit in patriarchis et prophetis, qui postea in apostolis datus est, et de resurrectione mortuorum, sicut evangelium docet certissime credunt, et omnia quaecunque feruntur in ecclesiis. De aliis autem non paucis, tamen modicis, nova proponunt dogmata, et ipsi utique sunt ex illis, qui seducuntur a falsis intellectibus et verbis venientibus in nomine Christi, qui est Verbum et veritas.„ "Et malum quidem est„, pergit, "invenire aliquem secundum mores vitae errantem; multo autem pejus arbitror esse in dogmatibus aberrare et non secundum verissimam regulam scripturarum sentire; quoniam sicut in peccatis mortalibus puniendi sumus amplius propter dogmata falsa peccantes.„ *)

Eschatologia.

Mortuo corpore anima non moritur, cujus potius substantia, quippe divina, incorrupta est et immortalis (de princ.

*) De gentilibus eorumque salute leniter noster judicat. Non iis modo, ex ipsius sententia, quibus Christus revera nuntiatur, viam salutis Deus patefecit, sed (gradu minori) etiam reliquis; dedit enim ipsis, ne longius a veri Dei cultu aberrarent, solem, lunam et stellas (c. Cels. V, 10. p. 583; cf. in Joh. vol. IV, 52). Imo „semper Deus et quibusque temporibus verbo suo in sanctas animas descendente et amicos Deo prophetasque comparante corrigit, quicunque se dociles praebent" (c. Cels. IV, 3. p. 503; cf. ib. VI, 78. p. 692). (Ex iis vero hominibus, qui Christum noverunt, tot tantummodo ad salutem perveniunt, quot fidem illi habent verique nominis ecclesiae addicti sunt; cf. hom. III, 5 in Jos. vol. II, 404).

IV, 36. vol. I, 194; T. XXIII, 24 in Joh.). (Cf. exh. ad mart. 47. vol. I, 307: „Cur, qui nos condidit, deſiderium illud indidiſſet pie ipſum colendi et cum eo communicandi; quod vel in iis qui errant nonnulla ſervat divinae voluntatis veſtigia, ſi fieri non poſſet, ut, quae ratione praedita ſunt, id aſſequerentur quod natura appetunt?") Quam ſuam ſententiam proſpere defendit contra haereticos illos Arabicos, qui animam cum corpore mori et reviviſcere dicebant (Euſeb. h. e. VI, 37; vid. hujus libelli P. I. p. 57). A Pythagorica doctrina de migratione animarum in alia corpora prorſus ſeſe dicit abhorrere; v. c. c. Celſ. V, 49. vol. I, 615; VIII, 30. p. 764: *Οὐδαμῶς μὲν τοί γε λέγομεν μετενσωμάτωσιν εἶναι ψυχῆς καὶ κατάπτωσιν αὐτῆς μέχρι τῶν ἀλόγων ζώων· δηλονότι οὐδ᾽ ὁμοίως Πυθαγόρᾳ, κἂν ἀπεχώμεθά ποτε ζώων, οὐ χρησόμεθα αὐτῶν ταῖς σαρξί·* cf. fragm. e lib. de Proverb. vol. III, 1. In eandem fere ſententiam redeunt loci c. Celſ. III, 75. p. 495; ubi doctrina *περὶ τῆς μετενσωματώσεως ἄνοια* dicitur, T. VII. in Matth. vol. III, 441 ſq.; ib. T. XIII. p. 567. 568; T. VI. in Joh. ed. H. II, 104, al. Quodſi vero noſter de princ. I, 8; 4. p. 76 haec habet (ex epiſtola Juſtiniani ad Menam; Rufinus enim, reliquorum Origenis ſcriptorum auctoritate commotus, habet contrarium): *Ἡ ψυχὴ ἀποῤῥέουσα τοῦ καλοῦ, καὶ τῇ κακίᾳ προσκλιναμένη, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐν ταύτῃ γινομένη, εἰ μὴ ὑποστρέφοι, ὑπὸ τῆς ἀνοίας ἀποκτηνοῦται, καὶ ὑπὸ τῆς πονηρίας ἀποθηριοῦται . . καὶ αἱρεῖται πρὸς τὸ ἀλογωθῆναι, καὶ τὸν ἔνυδρον, ἵν᾽ οὕτως εἴπω, βίον· καὶ τάχα κατ᾽ ἀξίαν τῆς ἐπὶ πλεῖον πτώσεως τῆς κακίας ἐνδύεται σώματα οὐδεῇ* („forte *ὑδαρῆ*" interponit Ruaeus) *τοιοῦδε ζώου ἀλόγου*, opinioni, cui juvenis (cum libros de principiis ſcripſit) favebat, provectior aetate (cum contra Celſum diſputavit) videtur non conſtitiſſe. Jamvero ad quaeſtiones, quomodo et ubi in ſtatu illo poſt mortem proximo (reſurrectionem corporis praecedente) anima ſit, in hunc modum reſpondet: "Animae e corpore egredienti obtingit figura, quae forma ſimilis eſt craſſo ac terreno huic corpori„ (fragm. de reſurrectione vol. I, 35. B.), ſimulque ei (ſecundum praedicationem apoſtolicam) aut praemia aut poenae pro meritis decernuntur (praef. de princ. §. 5. p. 48). Cf. exhort. ad mart. 47.

p. 307. "Neque tamen decedentes hinc fancti continuo integra meritorum fuorum praemia confequuntur; fed exfpectant etiam nos, licet morantes, licet defides.. Hoc fortaffe mihi dicenti non credas. Quis enim ego fum, qui confirmare fententiam tanti dogmatis audeam; fed habeo horum teftem, de quo non potes dubitare.. Hebr. XI, 39.. Propter haec ergo etiam myfterium illud in ultimam diem dilati judicii cuftoditur,, (hom. VII, 2 in Levit. vol. II, 222). Sancti jam illo tempore "pro erroribus noftris dolent et lugent noftra peccata,, (ib.), ipforumque animae una cum rite orantibus orant (de orat. 11. vol. I, 213 fq.). "Neque omnes fancti, qui de hac vita decefferunt, habentes adhuc caritatem erga eos, qui in hoc mundo funt, fi dicantur curam gerere falutis eorum et juvare eos precibus fuis atque interventu fuo apud Deum, erit inconveniens,, (in Cant. Cant. lib. III. vol. III, 75). Omnes autem patriarchae et prophetae mortui venerunt ad inferna, exfpectantes adventum Chrifti, ducis ad paradifum. Nos vero, fi pie vixerimus, ftatim (quod enim de igni purgatorio ante hanc paradifi conditionem perferendo verfionis Latinae aliquot locis fufpectae fidei invenitur, caret integrorum Originis operum auctoritate) ad paradifum pervenimus (cf. vol. II hom. XXVI. in Num. p. 372; hom. II. in 1 Reg. p. 496—98; Selecta in Pfalm. p. 587). "Puto autem, quod fancti quique discedentes de hac vita permanebunt in loco aliquo in terra pofito, quem paradifum dicit fcriptura divina, velut in quodam eruditionis loco, et, ut ita dixerim, auditorio vel fchola animarum, in qua de omnibus his, quae in terris viderant, doceantur, indicia quoque quaedam accipiant etiam de confequentibus et futuris, ficut in hac quoque vita pofiti indicia quaedam futurorum, licet per fpeculum et aenigmata, tamen ex aliqua parte conceperant, quae manifeftius et lucidius fanctis in fuis et locis et temporibus revelantur. Si quis fane mundus corde et purior mente et exercitatior fenfu fuerit, velocius proficiens cito ad aëris locum afcendet et ad coelorum regna perveniet per locorum fingulorum, ut ita dixerim, manfiones, quas Graeci quidem fphaeras, id eft globos appellaverunt, fcriptura vero divina coelos nominat, in quibus fingulis primo quidem perfpiciet ea, quae ibi geruntur, fecundo

vero etiam rationem, quare geruntur, agnoſcet, et ita per ordinem digredietur ſingula, ſequens eum qui transgreſſus eſt coelos Jeſum filium Dei dicentem: Volo ut ubi ſum ego, et iſti ſint mecum„ (de princ. II, 11, 6. p. 106, cf. Comm. ſer. in Matth. vol. III, 870. Negotia quae in illo ſtatu erunt animarum accuratius deſcribit noſter de princ. l. l. §. 4. 5. p. 105 in hunc fere modum: "Continuo diſcendi cupiditate ardebimus, interrogantes, qualiter, quomodo, ad quos uſus aliquid factum ſit; multo etiam magis ardebit animus agnoſcere rationem eorum, quae a Deo facta ſunt. Poſt hanc vitam manifeſtius cognoſcemus omnium, quae in terris geruntur, rationes, omnia praecepta levitica, diverſitatem animarum cet. . . Rationem aſtrorum Deus nos docebit, quare illa ſtella in illo loco coeli poſita ſit, ſi propinquior vel longior fuiſſet, quid ex hoc eſſet futurum cet. Sic decurſis omnibus veniemus etiam ad ea, quae non videntur; paulatim efficiemur νοῦς perfectior et intuebimur rationabiles ſubſtantias facie ad faciem„). „Anima enim" (hoc, ait c. Celſ. VII, 5, p. 696, τῷ λόγῳ παρίσταται, ratione oſtenditur) „poſt ſuam de corpore ſeparationem, ſi pura eſt, nec malitia quaſi maſſa plumbea onerata, ſublimis evolat ad ea loca, ubi puriorum et aethereorum corporum ſedes eſt; ſi autem mala fuerit et ad terram peccatis depreſſa, hic vagatur et volutatur, alia circa ſepulcra, alia circa quaevis corpora terreſtria" — hinc ſpectra, cet. — (c. Celſ. l. l.; cf. de princ. II, 8, 3. p. 96).

In hoc ſtatu medio animae verſabuntur usque ad reſurrectionem corporum. Iſtam enim doctrinam vere apoſtolicam Origenes habuit (de princ. praef. §. 5. p. 48), magis autem ſpiritalem, quam plurimi ſuorum hominum, conſtituit. Jam Platonici futurum ajebant, ut animae olim „inciperent in corpora velle reverti", easque in corpora a prioribus diverſa fore revocandas (vid. Platonis Phaed., de republ. lib. X.; cf. Tertullian. de reſurr. carnis c. 1, Auguſtin. de civ. Dei L. XXII. c. 26. 27). Eo minus noſter doctrinae de reſurrectione repugnavit. „Jeſus", ait c. Celſ. II, 77. p. 445, „ſemel ſuscitatus, ſuam diſcipulis reſurrectionem perſuaſit, et ita quidem perſuaſit, ut per ea, quae patiuntur, palam omnibus faciant, ſe ludos facere quaecunque gravia in vita

molestaque sunt, quia vitam aeternam resurrectionemque sibi verbo et opere demonstratam ante oculos habent." Neque tamen ecclesiae dogma de resurrectione est e doctrinae christianae principiis. „Videbis", inquit T. XVII, 29 in Matth. vol. III, 811. 812, „eum, qui receptam ac creditam in ecclesia mortuorum resurrectionem negat, etiamsi falso neget, non plane in hac vita tantum in Christo spem positam habere; nam si, ut id ponamus, vera non sit credita a multis resurrectio, non in hac vita tantum in Christo spem collocavit, qui eam repudiat, si modo vivat anima, non istud quidem resumens corpus, sed aetherium aliud ac melius induens; sed nec miserabiliores sumus omnibus hominibus, si animam quidem vivere dicamus ac superesse, hoc autem corpus ipsi nequaquam circomponatur illudque eam resumere non fateamur. . Demus enim verum esse quod credunt multi, dogma resurrectionem mortuorum afferens falsum esse, quomodo inde sequitur frustra nos pro animarum nostrarum salute decertantes periclitari?" Resurrectionis compotes erunt omnes, nam „loco Ps. I, 5 maxime freti nonnisi ex fidelibus simpliciores impios negant resurrectionis compotes futuros" (Select. in Ps. vol. II, 532). Jamvero secundum ipsius dicta Origenis sententiam de resurrectionisratione (cujus disquisitionem esotericae doctrinae dat c. Cels. V, 18. p. 591) accuratius considerabimus. *Χρὴ*, ait Select. in Ps. vol. II, 534, *σῶσαί τε καὶ τὴν τῶν ἀρχαίων παράδοσιν, καὶ φυλάξασθαι ἐμπεσεῖν εἰς φλυαρίαν πτωχῶν νοημάτων, ἀδυνάτων τε ἅμα καὶ θεοῦ ἀναξίων.* **Recuperabimus in resurrectione corpora nostra.** Solus Deus est prorsus incorporeus. "Si confitentur etiam ipsi — qui offenduntur in ecclesiastica fide, quasi velut stulte et penitus insipienter de resurrectione credamus — (de princ. II, 10, 1. p. 100) quia resurrectio sit mortuorum, respondeant nobis, quid est quod mortuum est. Nonne corpus? Corporis ergo resurrectio fiet. Tum deinde dicant, si utendum nobis putant esse corporibus an non? Arbitror apostolo Paulo dicente, quia seminatur corpus animale, resurget corpus spiritale, istos negare non posse quod corpus resurgat, vel quia in resurrectione corporibus utamur. Quid ergo? Si certum est, quod corporibus nobis utendum sit, et corpora, quae ceci-

detunt, reſurgere praedicantur (non enim proprie reſurgere dicitur, niſi id quod ante ceciderit), nulli dubium eſt, iccirco ea reſurgere, ut his iterum ex reſurrectione induamur. Alterum ergo haeret ex altero. Nam et ſi reſurgunt corpora, ſine dubio ad indumentum noſtrum reſurgunt; etſi neceſſe eſt nos eſſe in corporibus, ſicut certe neceſſe eſt, non in aliis, quam in noſtris corporibus eſſe debemus.„ "Salvator noſter cum ipſo corpore reſurrexit, quod ſusceperat ex Maria; ita etiam noſtrae reſurrectionis repromiſſio ad hoc corpus pertinet, quod mortuum in terra relinquitur (fragm. e lib. II. de reſurr. vol. I, 34). Corpus, quod pro Chriſto pariter cum anima certavit, reſurget (fragm. e lib. I. de reſ. v. I, 33). Fas non eſt, ut in aliis corporibus animae peccaverint, et in aliis poſt reſurrectionem torqueantur (de reſurr. ex Hieron. ep. 38 — al. 61 — vol. I. Ruaei p. 36), nec juſti judicis eſt, alia corpora pro Chriſto ſanguinem fundere et alia coronari (ib.). Idem igitur et individuum, quod quisque dum viveret habuit, corpus reſurget„ (ib.). Attamen a noſtris, qualia nunc ſunt, corporibus illa valde different. "Dubium non eſt, quin abjecta corruptione et depoſita mortalitate reſurgere dicantur a mortuis; alioquin vanum videbitur et ſuperfluum reſurgere quemquam a mortuis, ut iterum moriatur„ (de princ. II, 10, 1. p. 101). Neque aliter id eſſe poteſt. "Quod utique (ib. §. 3) ſi credunt apoſtolo, quia corpus in gloria et virtute et incorruptibilitate reſurgens ſpiritale jam effectum ſit, abſurdum videtur et contra ſenſum apoſtoli dicere id rurſum carnis et ſanguinis paſſionibus implicari, cum manifeſte dicat apoſtolus: Quoniam caro et ſanguis regnum Dei non poſſidebunt, neque corruptio incorruptionem poſſidebit. . Noſtra corpora velut granum cadere in terram putanda ſunt; quibus inſita ratio ea quae ſubſtantiam continet corporalem„ (λόγος σπερματικὸς, ſemen vitale dynamicum), "quamvis emortua fuerint corpora et corrupta atque diſperſa, verbo tamen Dei ratio illa ipſa, quae ſemper in ſubſtantia corporis ſalva eſt, erigat ea de terra, et reſtituat ac reparet, ſicut ea virtus, quae eſt in grano frumenti, poſt corruptionem ejus et mortem reparat ac reſtituit granum in culmi corpus et ſpicae.„ „Simpliciores (Sel. in Pſalm. vol. II, 532 ſqq.) quid

per resurrectionem intelligant, non satis explicant." Jam eorum opiniones tradit, qui crassa haec nostra corpora resurrectura esse dicebant, et ib. p. 584 sq. pergit: „Quocirca sic ad eum locum ratiocinari convenit: corpus omne, quod quidem natura continetur, quae extrinsecus aliquid ei alimenti adsciscit, proque iis quae sufficiuntur, excernit alia; cujusmodi sunt stirpium corpora et animalium pars illa cum materia concreta; nunquam unum idemque remanere. Unde non male fluvius quidam corpus esse dicitur, quoniam, si accurate consideremus, ne biduo quidem prior materia in corporibus nostris eadem constansque perseverat; cum interim Paulus e. g. vel Petrus idem nihilominus persistat, non modo si ejus animam spectes, cujus substantia neque fluxa est in nobis, neque quicquam extrinsecus invectum accipit; sed ob id praeterea, quod tametsi velut in perpetua fluxione sit natura corporis, eadem forma permaneat, quae corporis nostri quasi nota quaedam est propria. Non aliter atque eaedem figurae manent, quae Petri Paulique corporum qualitatem confirmando exhibent; per quam etiam qualitatem accidit, ut et cicatrices jam tum a pueris in corporibus permaneant, aliaque nonnulla, quae singulorum propria sunt, cujusmodi sunt lentigines. Ad haec licet similis corporea illa forma sit, qua Petrus Paulusque potissimum constituitur, idque ipsum, quod in resurrectione animae denuo tribuitur, sed in melius conversum; non tamen eadem est illa materia, quae corpori primum insita fuerat. Ac quemadmodum species ipsa ad ultimum usque eadem est, etsi ingens propriarum formarum notarumque videatur esse diversitas: ita et in eo, de quo agimus, intelligendum est praesentem corporis speciem eandem esse cum futura, cum eo tamen, ut incredibilis in melius sit futura mutatio. Necesse est enim animam corporeis in locis haerentem consentaneis sibi uti corporibus. Atque ut si in aquatilium naturam conversos vitam in mari nos degere oporteret, necessarium foret nos alia corporum constitutione pisciumque simili esse praeditos: ita qui coelorum regni haereditatem adituri sunt, ac diversis in sedibus habitaturi, spiritalia quoque corpora habeant necesse est; non quod prior exstinguatur species, tametsi in illustrius quiddam gloriosiusque mutetur. Quemadmodum

Jeſu ac Moſis et Eliae ſpecies in transformatione non alia, quam quae initio erat, exſtitit. Non te igitur offendat, ſi quis primam ſubjectam materiam non eandem tunc futuram dixerit; cum ne biduo quidem modo eandem illam permanere poſſe ratio ipſa declaret, ſi quis mentem velit advertere. Animadverſione praeterea dignum et illud eſt, diverſum (ἕτεροῖον) ſeminari corpus diverſumque reſurgere 1 Cor. XV, 44." Porro eadem de re c. Celſ. IV, 57. p. 548: „In mortuorum", ait, „reſurrectione, quam futuram confitemur, dicimus fore, ut corporum qualitates (ποιότητες) immutentur, quandoquidem ſeminata in corruptione ſurgent in incorruptione, et ſeminata in ignobilitate ſurgent in gloria, et ſeminata in infirmitate ſurgent in virtute, et ſeminata animalia ſurgent ſpiritalia. Materiam autem, quascunque vult opifex, qualitates accipere, nobis, qui providentiam admittimus, nullum dubium eſt, ita ut volente Deo modo alteram, alteram poſtea eamque praeſtantiorem materia habeat" (cf. ib. VI, 29. p. 653), et T. XVII, 30 in Matth. III, 814: „Talia evadent, qualia ſunt corpora angelorum, aetheria ſcilicet et ſplendidae luci conſimilia." Neque cum his dictis pugnat, quod in fragm. libr. de reſurr. legitur. "Ea ratio„, dicit fragm. lib. II. vol. I, 34, "quae continet uniuscujusque hominis corporalem et individuam ſubſtantiam, ſalva permanet, et in reſurrectione a mortuis ſuscitantur ii, quibus illa ſubſtantiae corporalis ratio ſalva in corporibus permanebat.„ Ibidem et l. l. p. 36 reſurrectio mortuorum comparatur ſeminibus, quae ſeminantur in terra. "In reſurrectione corporum (l. l. p. 36) ſoliditas carnium, ſanguinis liquor, craſſitudo nervorum venarumque perplexio et oſſium durities denegatur.„ Igitur "in reſurrectione iidem futuri ſunt homines, licet non eodem ſtatu, neque iisdem paſſionibus obnoxii (l. l. p. 34); non iterum futuri ſunt homines ex coitu viri et mulieris„ (ib.); „poſt reſurrectionem aequari nos angelis oportet et ad eundem modum carne nudari" (fragm. de reſurr. e Methodio ed. Ruaei vol. I, 35) *). M i n i m e v e r o p i o r u m e t i m p i o r u m c o r p o r a

---

*) In libello, quem Theodorus epiſcopus Scythopolitanus Juſtiniano imperatori et quatuor patriarchis obtulit, inter anathe-

aliquando aequalia erunt. In hanc ſententiam, uti Pamphilus in apologia tradidit (vid. Huetii Origen. l. l. qu. 9. §. 10. p. 136), lib. XXVIII. in Jeſ. Apocal. XX, 5 interpretatus eſt non ita, ut reſurrectio piorum tempore prior ſit reſurrectione reliquorum, ſed modo et ratione (cf. hom. II, 3 in Jerem. vol. III, 139). Reſurrectio juſtorum ſoli et lunae comparatur c. Celſ. IV, 20. p. 523. "Verum uti peccator non animalium corpus aut volucrum aut piſcium accipiet: ſic neque ſolis aut lunae aut ſtellarum formam accipient ii, qui reſurgent in gloria„ (de reſurr. p. 34). "Et ita his quidem (de princ. II, 10, 3. p. 101), qui regni coelorum haereditatem conſequi merebuntur, ratio illa reparandi corporis, quam ſupra diximus, Dei juſſu ex terreno et animali corpore corpus reparat ſpiritale, quod habitare poſſit in coelis; his vero, qui inferioris meriti fuerint vel abjectioris vel etiam ultimi et abstruſi, pro uniuscujusque vitae atque animae dignitate etiam gloria corporis et dignitas datur, ita tamen ut etiam eorum, qui ad ignem aeternum vel ad ſupplicia deſtinandi ſunt, per ipſam reſurrectionis permutationem ita corpus incorruptum ſit quod reſurgit, ut ne ſuppliciis quidem corrumpi valeat et diſſolvi.„ "Qualis fuerit uniuscujusque vita (de reſurr. l. l. p. 34), talis erit et reſurrectio ejus. Bonis corpus glorioſum et apta eis manſio tribuetur; malis vero corpus erit, quod ſufficere et perdurare tantummodo poſſit in poenis; damnati (de princ. II, 10, 8. p. 103) fortaſſe obſcuris et atris poſt reſurrectionem corporibus induentur.„

---

mata, quibus Origenis dogmata ferit, illud cap. 5. ſic legitur biblioth. Coiſlin. p. 95: *Εἴ τις λέγει ἢ ἔχει ἢ φρονεῖ ἢ διδάσκει, ἐν τῇ ἀναστάσει σφαιροειδῆ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐγείρεσθαι σώματα, ἢ οὐχ ὁμολογεῖ, ὀρθίους ἡμᾶς ἐγείρεσθαι· ἀνάθεμα ἔστω.* Ipſe quidem Origenes de orat. 31. vol. I, 268 coeleſtium corpora rotunda eſſe inquit demonſtratum ab eis, qui accurate iſta tractaverint; unde tamen, quae ipſius fuerit ſententia, equidem non concluſerim. (Omnino Plato Deum, corpore licet carentem, forma globoſa praeditum fingebat, ac proinde animis finem adeptis ſphaericam formam tribuebat.) — Conferas quae has de re habet Huetius Origenian. l. l. qu. 9. §. 9. p. 135 ſq.

Jamjam Origeniana hac de re doctrina expoſita, reſtat tantum, ut videamus, qua noſter ratione ad dubitationes contra eam allatas reſponderit. Primum Select. in Pſalm. vol. II, 535. 536: „Quod ad eos ſcripturae locos attinet", inquit, „qui a fratribus noſtris objiciuntur, ita breviter occurrere poſſumus. . Ezech. XXXVII, 11 reſurrectionis illa populo facta promiſſio ab illa ruina ac velut enecatione, qua velut exſtincti ſunt, dum propter ſcelera in hoſtium poteſtatem traditi ſunt, quaedam eſt excitatio futura. . Ad Matth. VIII, 12 docendi ſunt, non omnia perinde accipienda eſſe, ac ſcripta ſunt." Interpretatur ibidem praeterea Matth. X, 28; Rom. VIII, 11; Col. III, 4, et tum: „Iſtud ipſum", ait, „1 Cor. XV, 35 palam illud oſtendit, primam ſubjectam materiam nullo modo reſurgere." Deinde feliciſſime Celſum refutat. Celſus (c. Celſ. V, 14. p. 587): „Chriſtianorum ſpes", dixerat, „plane dicam, digna vermibus eſt. Ecquae enim humana anima in corpus putrefactum remeare concupiſcat? . . Ad haec cum nihil ſit quod reſpondeant, in hoc abſurdiſſimum praeſidium confugiunt, Deo nihil non eſſe poſſibile," cet.; Origenes contra ib. §. 23. p. 594: „Nos", ait, „non dicimus corruptum corpus redire ad priſtinam naturam . ., ſed inſitam eſſe corpori vim quandam, quae non corrumpitur et qua ſit, ut corpus in incorruptione ſurgat", idemque h. l. (p. 595) demonſtrat, non modo poſſibile illud, ſed etiam decorum eſſe Deo (cf. quoque §. 18. p. 590; §. 22. p. 594). Pariter c. Celſ. VII, 32. p. 716: „Quoniam", dicit, „reſurrectionis dogma (altum ſane et enarratu difficile — δυςερμήνευτον —, quodque omnium maxime indiget viro ſapiente, imo ſapientia provecto, qui oſtendat, quam dignum illud Deo, quam ſublime ſit; ſi quidem ex illo diſcimus, rationem ſeminis ineſſe in hoc animae, ut ſcripturae vocant, tabernaculo, in quo juſti — 2 Cor. V, 1 — ingemiſcunt gravati, nolentes exſpoliari, ſed ſuperveſtiri) ideo Celſus irridet, quia non intelligit, nec audivit niſi ab imperitis, qui non illud argumento adſtruere poterant: utile fuerit, praeter ea, quae hac de ſupra dicta ſunt, hoc unum obſervare, quae de reſurrectione tradimus, ea non proficiſci, ut Celſus putat, e male intellecta animarum e corpo-

ribus in corpora migratione, ſed quia ſcimus animam, natura incorpoream et inviſibilem, in nullo corporeo conſiſtere loco, quin indigeat corpore ad naturam illius loci accommodato; quod corpus modo quidem geſtat, exuto priori quod antea neceſſarium, poſtea inutile fit; modo autem ſuper illud, quod prius habebat, induitur meliore, quo indiget, ut ad puriores, aethereos coeleſtesque locos perveniat" et qu. ſq. Denique Celſus (c. Celſ. VIII, 49. p. 777) haec verba fecerat: „Quomodo non abſurda haec veſtra, ad corpus adſpirare, et ſperare illud e mortuis ſurrecturum, quaſi nihil noſtri praeſtantius eſſet atque pretioſius, et idem illud tamen omnibus cruciatibus exponere tanquam rem nullius pretii?": „Calumniatur", Origenes reſpondet ib. p. 778, „nos Celſus, dum hanc nobis adſcribit ſententiam, nihil nobis eſſe corpore praeſtantius atque pretioſius. Animam enim et praeſertim eam, quae rationis eſt particeps, affirmamus eſſe omni corpore pretioſiorem. Quoniam vero (ib. §. 50) nobis etiam exprobrat, quod ad corpus adſpiremus, ſciat, ſi deſiderium malum eſt, nihil a nobis deſiderari; ſin eſt medium, deſiderari a nobis quicquid juſtis pollicetur Deus. Sic igitur juſtorum reſurrectionem optamus et ſperamus. Exiſtimat praeterea Celſus nos minime nobis conſtare, cum hinc quidem ſperemus reſurrectionem corporis ut digni cui hic a Deo honor habeatur, illinc vero omnibus cruciatibus illud exponamus ut rem nullius pretii. At vile non eſt id quod pietatis cauſa patitur et propter virtutem discrimina ſubit; ſed quod in vitiis voluptatibusque conſumitur, id vile eſt."

Haec talia de reſurrectione Origenes cum doceret, craſſiores, quae tunc temporis circumferebantur, de regno Chriſti millenario ſententias probare non poterat, ſed diſerte merito refutabat. „Nonnulli", ait Select. in Pſalm. vol. II, 570, „crediderunt, fore ut excitatis corporibus" (intelligebant autem iſti priorem reſurrectionem ſolorum vere Chriſtianorum) „in vitam reduces juxta primas illas promiſſiones edamus hos et illos cibos, et bibamus; aliqui ut liberos etiam quaeramus. Haec ſi ad ethnicos pervenerint, magnum ſtoliditatis probrum chriſtianae religioni affigent, cum meliora ſentiant a fide alieni." Similiter de princ. II, 11, 2. p. 104:

"Quidam,, inquit, "laborem quodammodo intelligentiae recusantes et superficiem quandam legis literae consectantes, et magis delectationi suae quodammodo ac libidini indulgentes, solius literae discipuli, arbitrantur repromissiones futuras in voluptate et luxuria corporis exspectandas; et propterea praecipue carnes iterum desiderant post resurrectionem tales, quibus manducandi et bibendi et omnia quae carnis et sanguinis sunt agendi nunquam desit facultas, apostoli Pauli de resurrectione spiritalis corporis sententiam non sequentes. Quibus consequenter addunt et nuptiarum conventiones et filiorum procreationes etiam post resurrectionem futuras, fingentes sibimet ipsis Jerusalem terrenam urbem reaedificandam lapidibus pretiosis in fundamenta ejus jaciendis, et de lapide jaspide muros ejus erigendos, et propugnacula ejus ex lapide crystallo; peribolum quoque habituram ex lapidibus electis et variis, id est jaspide et sapphiro. Quin etiam ministros deliciarum suarum dandos sibi alienigenas putant, quos vel aratores habeant, vel structores parietum, a quibus diruta ipsorum et collapsa civitas exstruatur; et arbitrantur, quod facultates gentium accipiant ad edendum, et in divitiis eorum dominentur, ut etiam cameli Madian et Cedar veniant et afferant eis aurum et thus et lapides pretiosos. Et haec conantur auctoritate prophetica confirmare ex his, quae de Jerusalem repromissionibus scripta sunt. Et de Novo quoque T. vocem proferunt salvatoris, qua discipulis promittit de vini laetitia dicens, quia non bibam ex hoc jam usque quo bibam illud vobiscum novum in regno patris mei (Matth. XXVI, 29). Addunt quoque et illud, quod salvator beatos dicit eos, qui nunc esuriunt et sitiunt, pollicens eis quia saturabuntur; et multa alia ex scripturis exempla proferunt, quorum vim figuraliter intelligi debere non sentiunt. Tum vero secundum formam, quae in hac vita est, et secundum mundi hujus dispositiones dignitatum vel ordinum vel eminentias potestatum, reges se fore et principes arbitrantur, sicut sunt isti terreni, propter Luc. XIX, 17. Et, ut breviter dicam, secundum vitae hujus conversationem per omnia similia volunt esse omnia, quae de repromissionibus exspectantur, id est ut iterum sit hoc quod est. Hoc ita sentiunt, qui Christo

quidem credentes, Judaico autem quodam ſenſu ſcripturas divinas intelligentes, nihil ex his dignum divinis pollicitationibus praeſumpſerunt.„ Pariter T. XVII, 35 in Matth. vol. III, 827: „Errant", dicit, „qui, cum prophetarum ſcripta tropologice non interpretentur, corporeos cibos poſt reſurrectionem eſuros nos ac bibituros exiſtimant, quia talia ſcripturarum verbis contineantur", (cf. Proleg. in Cant. Cant. vol. III, 26).

Poſt reſurrectionem inſtat **judicium Dei.** "Conſidera utrum, ſicut opinantur ſimpliciores,„ (Comm. ſer. in Matth. §. 51. vol. III, 870), "eos tantum, qui tunc inventi fuerint in corpore, congregandos; aut certe omnes qui in Deo patre dilecti ſunt, et Jeſu Chriſto ſunt conſervati; et vide niſi melius eſt dicere, congregandos eſſe ab angelis Chriſti omnes ab adventu Chriſti usque ad conſummationem vocatos atque electos. Quaeres autem, ſi etiam eos, qui fuerunt a conſtitutione mundi usque ad adventum; ſi tamen electi Chriſti non ſolum ſunt illi, qui ex adventu ejus ſunt ſancti, ſicut quidam magiſtri haereſium dicunt, ſed omnes qui a conſtitutione mundi fuerunt, qui viderunt ſicut Abraham Chriſti diem, et divina exultatione exultaverunt in eum.„ "Hi qui vivunt, qui reliqui ſunt, non praevenient in adventu Chriſti eos qui dormierunt, ſed ſimul cum eis juncti et ſociati rapientur in nubibus obviam Chriſto in aëra„ (hom. I, 3 in Num. vol. II, 277). "Requiritur ſane (lib. II. in Rom.; vid. Huet. Orig. l. l. qu. 10. p. 139) a quibusdam, cur dies hic .. in fine mundi ſtatutus ſit, ut omnes, qui ab initio ſeculi usque ad finem ipſius defuncti ſunt, ad hunc ultimum diem judicandi reſerventur.„ "Et futurum eſt (hom. IV, 1 in Ezech. vol. III, 370), ut in die judicii non ſolum homo, ſed etiam univerſa conditio judicetur. Omnis quippe creatura congemiſcit et condolet.„ Lib. IX. in ep. ad Rom. c. 14. vol. IV, 662 a ſacris ſcriptoribus uſurpata dicitur judiciorum humanorum forma, quo judicium illud extremum Chriſti dilucidius explicaretur. "Declarari videmus„, inquit, "ex omnibus certiſſime futurum eſſe judicium Dei, cujus ſpecies ut notior hominibus fieret, judicandi forma ex iis, quae inter homines geruntur, aſſumpta eſt„, atque ita methaphorice vult intelligi excelſum illud Chriſti tribunal, et reliquum tremendi illius diei apparatum, illudque duntaxat tenendum,

"judicem omnium Christum natura et majestate ceteris eminentem introspicere corda et conscientiam singulorum, manifestare occulta et obtecta revelare, ut et bonis actibus laudem tribuat, et mali poenam quam merentur accipiant.„ Nec certum aliquem ultimae huic disceptationi locum addicit, sed: "Ubique„, inquit Ser. Comm. in Matth. §. 70. vol. III, 887, "futurus est Christus, et ipse in conspectu omnium erit ubique, et omnes ubique erunt in conspectu ipsius; et sic constituentur ante sedem gloriae ejus, hoc est ante regnum ejus et potestatem dominationis ipsius„, et paulo post: "Sic erunt ante eum, ut non localiter audiamus omnes gentes fieri ante eum.„ „Haec autem ita dicta arbitramur (T. XIV, 9 in Matth. vol. III, 626. 627), quasi multum postulent temporis, ut totius vitae hic anteactae temporis rationem reddamus, adeo ut rege rationem ab unoquoque tot servorum repetente, res tantum desiderare temporis existimemus, donec quae a mundi exortu ad consummationem non unius seculi, sed plurimorum gesta sunt, ad finem perducantur. At res ita se non habet; volens enim Deus, quaecunque totius temporis decursu acta sunt, in omnium memoriam confestim revocare, ut rerum a se bene vel male gestarum unusquisque conscius sit, id virtute ineffabili efficiet... Audendum est igitur et dicendum, futuri judicii tempus spatium non desideraturum, sed quemadmodum resurrectio in puncto temporis, in oculorum nictatione (1 Cor. XV, 52) futura dicitur, tale futurum judicium existimo."

Dies illa judicii erit, ut jam supra p. 292 (l. II. in Rom.) vidimus, in fine mundi, visibilis scilicet. „Iis", ait noster T. XIII, 1 in Matth. vol. III, 569, „qui mundum minime periturum sciscunt, dicemus, Deum non omnia antequam fiant cogniturum, si mundus non interibit, sed in infinitum (ἐπ' ἄπειρον) perseverabit." Potius „mundus igne purgandi vi praedito aliquando absumetur, ut aboleantur vitia (κακία) et haec renovetur universitas" (c. Cels. IV, 21. p. 515). (C. Cels. V, 15. p. 588 Origenes non suam, sed Graecorum nonnullorum sententiam dat, quamquam suae sine dubio appropinquantem.)

"In die judicii singuli quique pro merito per ea loca, quibus digni sunt, distribuentur judicio Dei„ (de princ. II, 9, 8

p. 100). Priusquam vero beati praemiis afficiantur, igni (verisimillime eo quidem de sententia Origenis cum incendio illo mundi quodammodo cohaerente; cf. c. Cels. V, 15. p. 588) purgabuntur. "Qui salvus fit (hom. VI, 4 in Exod. vol. II, 148), per ignem salvus fit, ut si quid forte de specie plumbi habuerit admixtum, id ignis decoquat et resolvat, ut efficiantur omnes aurum bonum. . Si quis multa opera bona et parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tanquam plumbum igni resolvitur ac purgatur, et totum remanet aurum purum. Et si quis plus illuc plumbi detulerit, plus exuritur, ut amplius decoquatur, ut etsi parum aliquid sit auri, purgatum tamen resideat.„ Neque est quisquam, quin hac purgatione indigeat. "Ego puto„, inquit hom. XIV. in Luc. vol. III, 948, "quod et post resurrectionem ex mortuis indigeamus sacramento eluente nos atque purgante; nemo enim absque sordibus resurgere poterit; nec ullam posse animam reperiri quae universis statim vitiis careat.„ "Etiamsi Paulus sit aliquis (Sel. in Psalm. hom. III, 1. vol. II, 664) vel Petrus, venit tamen ad illum ignem. . Si vero aliquis similis mei peccator sit, veniet quidem ad ignem illum sicut Petrus et Paulus, sed non sic transiet sicut Petrus et Paulus.„ Hac purgatione perfuncti jamjam aeterna felicitate frui incipiunt, pro suo quisque merito (hom. I. in Num. vol. II, 277; ib. hom. III. p. 281, al. loc.). "Nonnullis (hom XIV, 3 in Levit. vol. II, 259) etiamsi secundum apostoli sententiam negantur regna coelorum, non tamen alterius beatitudinis abscinditur locus.„ Alii angelis, alii ipsi Christo subjecti jam vivent (hom. XI, 4 in Num. vol. II, 308). "Ascensura enim post resurrectionem anima ad coelos (hom. XVII, 6 in Num. vol. II, 377) non subito, nec importune ad summa conscendit, sed per multas deducitur mansiones, in quibus . . illustrata sapientiae lumine usque ad ipsum perveniat luminum patrem.„ In hac autem ipsa cognitione divina (id quod cum Platone noster statuit; vid. Huetii Orig. l. l. qu. 11. §. 13. p. 150) cernitur praecipue felicitas aeterna. Non amplius bifariam natura nostra diffissa erit; "toti in spiritali corpore, quo resurgemus, videbimus, toti audiemus, toti operabimur, toti ambulabimus„ (fragm. de resurr. ex Hieron. vol. I. ed. Ruaei p. 37).

Redarguit icciрco noſter de princ. II, 11. p. 104—107, ut ſupra (p. 283 et 291) vidimus, de felicitate externa fabulas (quodſi igitur exh. ad mart. 16. vol. I, 284: „In reſurrectione", ait„, martyribus reſtitutio parentum bonorumque omnium ad centuplum usque promittitur, ſola uxore excepta", id ſine dubio dicere voluit, res plane terreſtres, quale ſit matrimonium, aliquando nullas illic inventum iri, amicitias vero et poſſeſſiones tales fore, quae eas, quibus nunc gaudeamus, centies ſuperent). "Eſt potius„, in hanc ſententiam de pr. pergit, "felicitas aeterna θεωρία et intellectus Dei.„ Cf. exh. ad mart. 47. vol. I, 307: „Quid refugimus et dubitamus, abjecto quod nos impedit corruptibili corpore et terreno tabernaculo, quod animam gravat et onerat mentem ſollicitam, vinculis abſolvi et carnis ac ſanguinis fluctus evadere, ut cum Chriſto Jeſu propria beatudinis requie perfruamur, ipſum omnino per omnia Verbum vivum ſpectantes, ab ipſo innutriti, mire variam in ipſo ſapientiam comprehendentes, ab ipſa veritate informati, et a vero et indeficienti ſcientiae lumine mente illuſtrati ad illa ſpectanda, quae per illud lumen conſpicabilia ſunt iis oculis, quos domini praeceptum illuſtraverit?"

Longe ab hoc piorum ſtatu differt conditio impiorum. Ante quidem etiam hi igni purgatorio immittuntur; "veniendum enim eſt omnibus ad ignem, veniendum eſt ad conflatorium„ (hom. VI, 4 in Exod. vol. II, 148). Verum "ſi aliquis illuc totus plumbeus venerit, fiet de illo hoc quod ſcriptum eſt, demergetur in profundum, tanquam plumbum in aquam validiſſimam„ (ib.). Abhinc ſempiterna poena initium capit, improbis Chriſtianis ſenſu eminenti baptisma ignis („is, qui poſt fidem et magiſterium Dei rurſum ad ſcelera converſus eſt, cruciatu purgatur incendii. Μακάριος ὁ βαπτιζόμενος ἐν ἁγίῳ πνεύματι, καὶ μὴ δεόμενος βαπτίσματος τοῦ ἀπὸ πυρός. . Si quis in ſecunda reſurrectione ſervatur, iſte peccator eſt, qui ignis indiget baptismo" — hom. II, 3 in Jerem. vol. III, 139). Gradus ſunt etiam poenarum. („Peccata involuntaria, quae expiari poſſint, puniri in gehenna, majora alibi, haud improbabile eſſe" dicit Origenes hom. XVIII, 15 in Jerem. vol. III, 261.) Fragment. e lib. de proverb. vol. III, 1: "Manifeſtum eſt„, ait, "quod una

poena tam daemonum naturae, quam humano generi peccatorum a domino praefinita fit illa, quam dominus sua sententia designavit dicens: Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus; ostendens quia eadem species poenarum peccatoribus hominibus et diabolo et angelis ejus praeparata sit, licet in eadem poena diversa sit quantitas poenae. Alius enim gravius ac vehementius cruciatur pro magnitudine peccatorum, alius autem remissius, cujus leviora et faciliora peccata sunt.„ Omnes autem poenae sunt terribiles. "Unusquisque peccatorum (Jesai. L, 11) flammam sibi ipse proprii ignis accendit (de princ. II, 10, 4. p. 102); et non in aliquem ignem, qui antea jam fuerit accensus ab alio vel ante ipsum substiterit, demergitur. Cujus ignis materia atque esca nostra sunt peccata, quae 1 Cor. III, 12 ligna et foenum et stipula nominantur„ ("ignis ille fortasse talis substantiae est, ut invisibilia comburat ipse invisibilis constitutus„ Comm. Ser. in Matth. §. 72. vol. III, 889). "Quomodo (haec fere habet de princ. l. l. §. 4 sqq. p. 102. 103) in corpore febris vel morbus nascitur, ita anima cum multitudinem malorum operum in se congregaverit, competenti tempore omnis illa malorum congregatio effervescit ad supplicium; . . cum mens ipsa vel conscientia per divinam virtutem omnia in memoriam recipiens, et historiam quandam scelerum suorum ante oculos videbit (viderit) expositam; tunc ipsa conscientia propriis stimulis agitatur, . . noxiis affectibus cruciatur, irae, furoris, insaniae . . quorum mortiferum virus nullo in hac vita emendationis medicamento mitigatum est; quo autem etiam alia suppliciorum species spectat: cum anima extra ordinem, compagem vel harmoniam, qua ad bene agendum et utiliter sentiendum a Deo creata est, fuerit inventa . . poenam cruciatumque putanda est suimet ipsius ferre diffidii et inordinationis sane sentire supplicium.„ Praeterea (Luc. XII, 46) spiritus sanctus (id quod eodem loco legimus), imago Dei angelusque tutelaris homini detrahitur. "Adjutorium„, pergit postremo, "ignis (Jesai. IV, 4; XLVII, 14; Malach. III, 3), extrema caligo, non tam est aër, quam ignorantiae tenebris immersi extra omne intelligentiae lumen effecti sunt.„ Et "si in hac praesenti vita tam intolerabiles sunt poenarum dolores, quid

putandum est, cum non jam crassiori anima utetur indumento, sed cum id spiritale effectum ex resurrectione recipiet, et eo vehementius utique, quo subtilius est, sentiet vim doloris? Puto enim, quod quanta differentia est in praesenti seculo nudum verberari, quam vestitum, ad persentiendum scilicet cruciatum, eo quod vehementius nudum corpus crucient verbera quam vestitum: tantum puto futuram differentiam doloris, cum corpus humanum crassitudinis hujus indumento deposito velut nudum corpus coeperit sustinere tormenta„ (fragm. Comm. in Psalm. VI. Sel. in Ps. vol. II, 680). "Quomodo autem vulnera, quae in corpore sunt, saepe parvo tempore accidunt, medelae vero vulnerum cum tormentis adhibentur ingentibus non juxta aequalitatem temporis quo illatae sunt, sed juxta rationem curationis; verbi gratia in puncto horae fractura manus et pedis contritio accidit; hoc quod in modico factum est, mensibus fere tribus ac longo tempore vix curatur; sic et voluptas quae nervos animae succidit, et luxuria, et semel universa peccata, cum in parvo tempore infelicem animam illexerunt et ad vitia traxerunt, magnum postea tempus in suppliciis et cruciatibus promerentur„ (hom. X, 4 in Ezech. vol. III, 394). "Ignis scilicet hic est aeternus, de quo et Jesaias dicit in fine prophetiae suae: Vermis eorum non morietur et ignis eorum non exstinguitur„ (Comm. ser. in Matth. §. 72. vol. III, 889).

Neque tamen revera hic condemnatorum status durat in aeternum (de vi vocis αἰώνιος multa congessit Huetius Orig. l. 1. qu. 11. §. 20. p. 160 sqq.). Decidit quidem noster homini, qui nunc morum emendationem negligat, omnem renovationis spem hom. XVIII, 1 in Jerem. vol. III, 241, al. loc.; idem vero c. Cels. III, 79. p. 499, al. loc. hanc de aeternis poenis doctrinam dicit ita esse proferendam propter hominum peccata, magisque philosophice intelligendam, quam vulgo proferatur. Ipse, ubi non pro concione dicit, aliam opinionem fovet. Deus enim de ipsius sententia non punit, nisi ut liberet creaturas a vitiis. De princ. II, 10, 6. p. 102 dicitur "medicus noster Deus, volens diluere vitia animarum nostrarum, quae ex peccatorum et scelerum diversitate collegerant, uti hujuscemodi poenalibus curis, insuper etiam ignis inferre supplicium his, qui sanitatem

postremo perfecta *) erit 'ἀποκατάστασις.' "In unum sane finem putamus quod bonitas Dei per Christum suum universam revocet creaturam, subactis et subditis etiam inimicis,, de princ. I, 6, 1. p. 69. Jam omnibus ad sanctitatem animabus reversis, vitia erunt sublata. „Asserimus (c. Cels. VIII, 72. p. 795), Verbum sibi naturas omnes ratione praeditas esse subacturum et in suam ipsius perfectionem mutaturum;

ait de princ. II, 1, 3. p. 78, "in diversitate adhuc multa et varietate reperietur, quae utique varietas causas rursus diversitatum alterius mundi post hunc futuri occasionesque praestabit,,, et tum, asservata a creaturis libertate, „fieri sane potest (de princ. III, 1, 21. p. 136), ut qui nunc ex anteactis quibusdam bonis operibus factus est vas honoris, si vase honoris indigna fecerit, altero seculo fiat vas ignominiae, sicut rursus fieri potest, ut qui ex antiquioribus hac vita causis factus est hic vas contumeliae, si se emendaverit, in nova creatione fiat vas sanctificatum.". In eandem fere sententiam, audacius vero propositam, redit, quod Hieronymus in ep. ad Avitum ex Origene de princ. tradit (ap. Ruaeum de princ. III, 1. p. 136): "Ego arbitror, posse quosdam homines a parvis vitiis incipientes ad tantam nequitiam pervenire . ., ut et contrariae fortitudines fiant; et rursum ex inimicis contrariisque virtutibus in tantum quosdam per multa tempora vulneribus suis adhibere medicinam et fluentia prius delicta constringere, ut ad locum transeant optimorum,, et qu. sq., atque (ib. c. 6. p. 153): "Nec dubium est, quin post quaedam intervalla temporum rursus materia subsistat. . Nec hoc ignorandum, quod multae rationabiles creaturae usque ad secundum et tertium et quartum mundum servent principium, nec mutationi in se locum tribuant; aliae vero tam parum de pristino statu amissurae sint, ut paene nihil perdidisse videantur, et nonnullae grandi ruina in ultimum praecipitandae sint barathrum. Novitque dispensator omnium Deus in conditione mundorum singulis abuti juxta meritum et opportunitates . ., ut, qui omnes vicerit nequitia et penitus se terrae coaequaverit, in alio mundo, qui postea fabricandus est, fiat diabolus. . .,, Sed haec adeo sunt audacter dicta, ut ne persequi ea quidem juvet.

*) Verbis c. Cels. IV, 22. p. 516: θαῤῥοῦντες ἐροῦμεν, ὅτι αὐτοὶ (Ἰουδαῖοι) οὐκ ἀποκατασταθήσονται, noster nihil aliud sibi vult, quam in pristinum statum (civilem) Judaeos nunquam redituros.

quando unusquisque nuda sua potestate usus eliget quae volet et obtinebit quae elegerit. Nam inter corporum morbos et vulnera sunt quidem, quibus ars medicinae mederi non possit; sed in animarum vitiis negamus ullum esse, quod a supremo Verbo et Deo curari nequeat. Verbum enim suaque remedia omnibus animae morbis potentiora sunt, eaque unicuique pro Dei placito admovet. *Καὶ τὸ τέλος τῶν πραγμάτων ἀναιρεθῆναί ἐστι τὴν κακίαν.*" "Et erit Deus omnia in omnibus, ut universa natura corporea redigatur in eam substantiam, quae omnibus melior est, in divinam scilicet, qua nulla est melior„ (de princ. III, 6, 9. p. 155 e vers. Hieron.) *). "Ego quidem arbitror (ib. §. 3. p. 153 e vers. Ruf.), quia hoc, quod in omnibus omnia dicitur esse Deus, significet etiam in singulis eum omnia esse. Per singulos autem omnia erit hoc modo, ut, quicquid rationabilis mens, expurgata omnium vitiorum faece atque omni penitus absterfa nube malitiae, vel sentire vel intelligere vel cogitare potest, omnia Deus sit, nec ultra jam aliud aliquid nisi Deum videat, Deum teneat, omnis motus sui Deus modus et mensura sit; et ita erit omnia Deus; non enim jam ultra boni malique discretio, quia nusquam malum; omnia enim Deus est, cui jam non adjacet malum; nec ultra ex arbore sciendi bonum et malum manducare concupiscet, qui semper in bono est, et cui omnia Deus est. Sic ergo finis ad principium reparatus et rerum exitus collatus initiis restituet illum statum, quem tunc habuit natura rationabilis, cum de ligno sciendi bonum et malum comedere

*) Cf. de princ. I, 6, 4. p. 71: "In hoc fine si quis materialem naturam i. e. corpoream penitus interituram putet, nullo omnino genere intellectui meo occurrere potest, quomodo tot et tantae substantiae vitam agere et subsistere sine corporibus possunt, cum solius Dei . . naturae id proprium sit, ut sine materiali substantia et absque ulla corporeae adjectionis societate intelligatur subsistere. Alius fortasse dicet, quoniam in illo fine omnis substantia corporalis ita pura erit atque purgata, ut aetheris in modum et coelestis cujusdam puritatis atque sinceritatis possit intelligi. Certius tamen qualiter se habitura sit res, scit solus Deus, et si qui ejus per Christum et spiritum sanctum amici sunt.„

non egebat, ut, amoto omni malitiae sensu et ad sincerum purumque deterso, solus qui est unus bonus Deus hic ei fiat omnia, et non in paucis aliquibus vel pluribus, sed in omnibus ipse fit omnia. Cum jam nusquam mors, nusquam aculeus mortis, nusquam omnino malum, tunc vere Deus omnia in omnibus erit.„ Etiam diabolus non amplius erit (vide Daemonologiam p. 227; cf. de princ. III, 6, 5. 6. p. 154).

Haec omnia Origenes dicere sustinuit. De princ. I, 6, 1. p. 69 vero, Christiani modestiam cum philosophi audacia e more suo conjungens: "Quae quidem„, inquit, "a nobis etiam cum magno metu et cautela dicuntur, discutientibus magis et pertractantibus, quam pro certo ac definito statuentibus.„

Restat ut pauca adjungamus de Origenis

Apologetica.

Quam Origenes viam ad refutandum Celsum, philosophum graecum, cujus a criminationibus omnes religionis christianae partes defendit, ingressus sit, perspicere licet ex excerptis, quae Roesslerus Biblioth. der Kirchenväter T. II, p. 196 sqq. dedit. Quare non deinceps totos hos libros in nuce trademus, sed ea, quae notatu videntur imprimis digna, promiscue inde eligemus. Multis autem, quae hanc rem spectant, jam supra in singulorum expositione dogmatum inductis (aliisque infra in tractanda ethica inducendis), nunc breviores esse et ad scripta eorum, qui ex proposito hanc rem tractaverunt (Tzschirneri S. V. Gesch. der Apologetik T. I. imprimis p. 225 sqq. et p. 342 sqq.) delegare poterimus.

Praefatur noster libris c. Celsum (de quibus solis nunc agimus) hisce verbis (vol. I. p. 315): *Ὁ μὲν σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ψευδομαρτυρούμενος μὲν ἐσιώπα· κατηγορούμενος δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο· πειθόμενος πάντα τὸν βίον ἑαυτοῦ καὶ τὰς ἐν Ἰουδαίοις πράξεις κρείττους γεγονέναι φωνῆς ἐλεγχούσης τὴν ψευδομαρτυρίαν, καὶ λέξεων ἀπολογουμένων πρὸς τὰς κατηγοριάς. Σὺ δ', ὦ φιλόθεε Ἀμβρόσιε, οὐκ οἶδ' ὅπως πρὸς τὰς Κέλσου κατὰ χριστιανῶν ἐν συγγράμμασι ψευδομαρτυρίας καὶ τῆς πίστεως τῶν ἐκκλησιῶν ἐν βιβλίῳ κατηγορίας ἐβουλήθης ἡμᾶς ἀπολογήσασθαι· ὡς οὐκ ὄντος ἐναργοῦς ἐλέγχου ἐν τοῖς πράγμασι, καὶ πάν-*

των γραμμάτων κρείττονος λόγου, τοῦ τε τὰς ψευδομαρτυρίας ἀφανίζοντος, καὶ ταῖς κατηγορίαις μηδὲ πιθανότητα, εἰς τὸ δύνασθαί τι αὐτὰς, ἐνδιδόντος.

Singulare demonſtrationi veritatis religionis chriſtianae pondus Origenes addit argumento, quod dicit, ſpiritus et vis (c. Celſ. I, 2. p. 320), deprompto e miraculis Chriſti, apoſtolorum aliorumque Chriſtianorum (de quibus jam ſupra p. 247 ſqq. actum eſt), atque e vaticiniis et Chriſti (ib.) et in Vetere T. contentis de Chriſto. „Neſcio", de his ait I, 49. p. 365, „quomodo Celſus velut data opera praetermittit argumentum, quo maxime ea quae ad Jeſum ſpectant confirmantur; nempe illum a Judaeorum prophetis, a Moſe et ab iis, qui ante et poſt Moſem vixerunt, fuiſſe praenunciatum. („Venit enim Jeſus Chriſtus non ab uno propheta, ſed ab omnibus praenunciatus" II, 49. p. 447). Opinor, non potuit refellere argumentum inde ductum, quod neque Judaei, neque ulla usquam haereſis Chriſtum praedictum eſſe negaverint. Fortaſſe etiam illa de Jeſu vaticinia neſciebat" (cf. lib. II, 28 ſqq. p. 411 ſqq.). Jam p. 366 ſqq. laudat imprimis vaticinia Mich. V, 2; Geneſ. XLIX, 10; Jeſai. XLIX, 9; LII, 13 ſqq.; Pſ. XLV, 8 ſqq. Eſt autem et aliud praeclarum ſignum chriſtianae religionis divinitatis. „Chriſtianorum", ait I, 3. p. 322, „Celſus periculum confert cum periculis, quae ob philoſophiam adiit Socrates; addere poterat Pythagoram aliosque philoſophos. Cui dicendum, Athenienſes confeſtim poenituiſſe ſui in Socratem facinoris, ſuumque odium omnino poſuiſſe, ſicut et alios erga Pythagoram, ſiquidem Pythagorici diu ſcholas habuerunt in ea Italiae parte, quae magna Graecia vocabatur; ſed ad Chriſtianos quod ſpectat, ſenatum Romanum, imperatores diverſis temporibus, milites, populos, ipſos eorum qui credebant parentes, in eorum doctrinam conſpiraſſe; ut tot undique hoſtium inſidiis circumvallata haud dubie oppreſſa fuiſſet, niſi divina virtute ſuſtentata non modo evaſiſſet atque emerſiſſet, ſed etiam orbem univerſum viciſſet vel in ſe conjuratum."

Refutat Origenes praecipue criminationes a gentilibus prolatas. Exempla nonnulla trademus. Lib. I, 2. p. 320 dicit: „Celſus barbaram ait chriſtianae doctrinae originem; qua

procul dubio Judaismum intelligit; ex quo pendet Chriſtianismus. Hic ſaltem hanc ſervat aequitatem, ut id illi non vitio vertat. Nam ipſe barbaros laudat, ut qui dogmata excogitare poſſint. Sed addit non alios eſſe, qui melius quam Graeci inventa barbarorum dijudicent, argumentis confirment, ad virtutis uſum accommodent. Ex ejus igitur dictis id primum ad chriſtianae doctrinae defenſionem colligendum, ſi quis graecanicis diſciplinis imbutus in iisque exercitatus ad nos transierit, eum non modo judicaturum vera eſſe quae credimus; ſed etiam rationum momentis firmaturum addituramque ea, quae deeſſe videntur, ut graecarum ſcholarum more et legibus demonſtrari queant. Sed adjicio doctrinam chriſtianam ſua quadam propria ratione demonſtrari" et qu. ſq. Deinde gentiles chriſtianae religioni opprobrabant eſſe novam. „An Jeſus", reſpondet I, 26. p. 343, „ſuam diſſeminaturus doctrinam ſine Deo potuit paucis his annis tantum perficere, ut in multis hujusce noſtri orbis locis multos Graecos et barbaros, multos ſapientes et inſipientes ad ſuam doctrinam alliceret eamque ita eis perſuaderet, ut, quod de alia religione nunquam auditum eſt, ad mortem certare pro chriſtiana, quam eam ejurare mallent?" Cum Celſus chriſtianae religionis ſimplicitatem non philoſophicam vituperaret, noſter VI, 1. p. 629: „Si", ait, „veritatis doctores id ſibi proponunt humanitatisque eſſe ducunt, ut quam poſſint plurimis proſint et ad veritatem adducant quemcunque, tardum, intelligentem, Graecos, barbaros (eximiae autem humanitatis eſt lucrari Deo vel ruſticos et imperitos), perſpicuum eſt, eam illis uſurpandam eſſe orationem eumque ſtylum, qui popularis ſit et ad omnium captum accommodatus." „Quoniam vero", ait I, 13. p. 331, „tanquam a multis Chriſtianis uſurpatum Celſus poſuit illud: Mala res eſt in hac vita ſapientia, bona autem ſtultitia: reſpondendum adulterari ab eo Pauli locum 1 Cor. III, 18, 19.: Non ſimpliciter ait apoſtolus ſapientiam eſſe ſtultitiam apud Deum, ſed ſapientiam hujus mundi. Neque dicit ſimpliciter: Si quis videtur eſſe inter vos ſapiens, ſtultus fiat; ſed, ſtultus fiat in hoc ſeculo, ut ſit ſapiens. Sapientiam igitur hujus ſeculi dicimus eam philoſophiam, quae falſis opinionibus tota plena eſt, et quae ſecundum ſcripturas inutilis et ſupervacua

redditur. Neque etiam ftultitiam vocamus fimpliciter bonam, fed eam, qua quis huic feculo ftultus videtur." „Quodfi (ib. §. 7. p. 325) clanculariam faepe vocat noftram doctrinam, etiam in hoc confutandus eft, cum illa fit toti orbi magis cognita, quam ipfamet placita philofophorum. . Ceterum effe quaedam reconditiora nec omnibus retecta, id chriftianae doctrinae commune eft cum philofophia." Ubicunque, Celfus dixerat, Chriftiani adolefcentulos, fervulos et fatuos collectos animadverterint, eo fe ingerunt illorumque plaufum aucupantur. „At", Orig. refpondet III, 50. 51. p. 480. 481, „quae tandem noftrae illae funt ineptiae? Aut quid fimile circumforaneis circulatoribus facimus, nos qui lectionibus lectionumque explicationibus accendimus ad pietatem erga univerforum Deum et ad virtutes ejusdem cum pietate dignitatis, quique abducimus a contemptu numinis et ab omnibus, quae rectae rationi contraria funt? Certe et ipfi philofophi optaverint tales congregare, qui fuos de honefto fermones audiant. Quod quidem fecerunt maxime quidam e Cynicis, qui publice apud fortuitum auditorium differebant. An etiam illos, qui non eruditos colligunt, fed e triviis auditores arceffunt, conferent cum circulatoribus ineptiffima in foro garrientibus? Sed neque Celfus, neque quisquam eadem fentientium illis vitio dabit, quod humanitatis effe duxerint rudem erudire plebeculam. At fi minime culpandi funt illi qui id faciunt; videamus an non magis et melius quam illi ad honeftatem provocent Chriftiani. Illi enim publice verba facientes philofophi non feligunt auditores, fed adftat quisquis vult et audit. Chriftiani vero" (hoc de loco cfr. Neandri S. V. Antignofticus p. 150 fq.) „ante omnia pertentant quoad licet animas eorum, qui ipfos audire cupiunt, et privatim illas informant; atque cum auditores illi, antequam in coetum admittantur, fatis in voluntate honefte vivendi profeciffe videntur, tunc tandem illos recipiunt, diftinctis ordinibus, altero eorum qui recens inceperunt nuperque admiffi funt, necdum fymbolum purificationis acceperunt; altero eorum, qui pro viribus fe comprobarunt id habere propofitum, ut nihil velint, nifi quae Chriftianis placeant. Hos inter quidam conftituti funt, qui in vitam et mores eorum, qui admittuntur, inquirant, ut fcelerum reis interdicant aditu

in fuum commune concilium; illorum autem diffimiles ex animo amplexi, meliores in fingulos dies efficiant. Ea vero eft agendi ratio in eos qui peccant et maxime qui libidini fe dedunt, ut illos a fuo coetu prohibeant. Atque hi funt, quos ait Celfus effe fimiles circulatoribus inepte in foro nugantibus." Si Deus, Celfus inquit, ut Jupiter comoediae, longo fomno experrectus humanum genus ab ipfius malis liberatum volebat, quorfum illum quem dictis fpiritum in unum terrae angulum mifit? Oportuit fimili modo infufflare illum in multa corpora et in univerfum orbem emittere. At comoedus, ut in theatro rifum excitaret, fcripfit Mercurium ab expergefacto Jove miffum ad Athenienfes et Lacedaemonios fuiffe: tu vero non putas te magis effe ridiculum, qui Dei filium ad Judaeos miffum effe contendis? „Et in his", nofter pergit III, 78. p. 691, „obferva quam inhoneftum et philofopho indignum fit comoedum in medium adducere et cum Jove, qui apud illum mittit Mercurium, comparare Deum noftrum hujus univerfitatis conditorem. Jam fupra diximus a Deo non quafi ex longo fomno excitato ad humanum genus miffum fuiffe Jefum, qui bonis de caufis nunc quidem exfequutus eft incarnationis confilium, fed femper genus humanum beneficiis affecit. Nihil enim boni in hominibus factum eft, nifi quia divinum Verbum ad eorum animas advenit, qui vel ad breve potuerunt has vel illas divini Verbi recipere operationes. Juftis etiam de caufis factum eft, ut Jefus in unum angulum advenire videretur. Oportebat enim, ut qui unum Deum docti fuerant, qui prophetas ejus legebant, Chriftumque illic promiffum audiebant, ad illos is qui praedictus fuerat adveniret, et eo quidem tempore, quo in univerfam terram ex uno angulo Verbum effundi debebat."

Neque vero folas criminationes a gentilibus prolatas nofter confutat; fed, quo validius Celfum fuperet, qui Judaei quoque perfonam affumpferat, etiam judaicas redarguit (I, 28 fqq. p. 346 fqq.). „Memini", dicit I, 45. p. 860, „me quondam, cum haberem colloquium cum Judaeis ex eorum numero quos fapientes vocant, idque multis adftantibus qui judices effent, his verbis ufum effe: Dicite vos, cum duo quidam ad hominum genus advenerint, de quibus ftupenda

et quae naturam humanam ſuperant, literis mandata ſunt, veſter inquam legislator Moſes, qui de ſe ipſo ſcripſit, et Jeſus magiſter noſter, qui nullum de ſe ſcriptum reliquit, ſed de quo diſcipuli ejus evangeliis teſtimonium perhibent: quaenam haec partitio eſt Moſi quidem haberi fidem ut veraci, quamvis Aegyptii impoſtorem eum fuiſſe et magicis artibus prodigia edere viſum eſſe calumnientur; Jeſu vero omnem abrogari fidem, quia vos illum incuſatis? Nam utrique ſua gens patrocinatur: Judaei quidem Moſi, Chriſtiani vero quae de Jeſu ab ejus diſcipulis ſcripta ſunt prodigia pro veris habent, neque iccirco Moſis prophetiam repudiant; immo hinc maxime confirmant quae de Jeſu credunt. Quodſi noſtrae de Jeſu fidei rationem poſcitis, prius vos dicite, cur Moſi credatis, qui illum praeceſſit; nos deinde dicemus cur iſti credamus. Sed ſi tergiverſemini et recuſetis probare cur ei credatis, nos impraeſentiarum vos imitabimur, et noſtra argumenta tacebimus. Nihilominus fateamini nullas vos de Moſe probationes habere, et audite noſtras de Jeſu ex lege et prophetis deſumptas. Et quod mirabile prorſus eſt, quae nobis de Jeſu lex et prophetae argumenta ſuppeditant, iisdem Moſem et prophetas demonſtratur fuiſſe Dei prophetas." Apud Celſum Judaeus: Innumeri, inquit, Jeſum coarguunt, dicentes de ſe ipſis accipienda eſſe quae de illo praedicta fuerant. „Equidem", Origenes reſpondet I, 57. p. 372, „neſcimus, an Celſus quospiam cognoverit, qui, dum in hac vita erant, eadem quae Jeſus facere, et filios Dei ſe Deique potentiam appellare voluerint. Cum autem magno veritatis amore quae unusquisque locus offert expendamus, dicemus fuiſſe, antequam Jeſus naſceretur, Theudam quemdam apud Judaeos, qui ſe magnum quempiam jactaret: at vix animam efflaverat, cum diſſipati ſunt ii, qui ab illo decepti fuerant. Poſt illum, cenſus tempore, quando conſtat natum eſſe Jeſum, Judas quidam Galilaeus a populo Judaico deficiens multos ſecum traxit, tum ſapientia quam ſimulabat, tum novis quas moliebatur rebus. Sed poſtquam ipſe ſceleris poenas dedit, exſtincta ſtatim eſt ejus doctrina, necniſi apud perpaucos nullius nominis obtinuit. Poſt Jeſu tempora voluit et Doſitheus quidam Samarita ſuis perſuadere, ſe eſſe Chriſtum illum,

quem Mofes praedixerat, vifusque eft nonnullos fibi fua doctrina conciliare. Sed Gamalielis . . fapiens effatum proprius hic eft memorandi locus. Hoc enim probat maxime illos a promiffione alienos, non filios Dei, non Dei virtutes, fed Jefum Chriftum vere Dei filium fuiffe. . Voluit et Simo Magus Samarita fuis magicis artibus quosdam decipere, et tunc decepit quidem; nunc vero non arbitror in toto orbe reperiri poffe triginta Simonianos. Ac forte plures dixi, quam revera funt. Perpauci quidem adhuc in Palaeftina verfantur; fed in reliquo orbe nullibi nomen ejus in ea eft gloria, quam de fe differninare voluit. Ubi enim cognofcitur, eo nomen ejus apoftolorum acta detulerunt; Chriftianis debet quae de ipfo dicuntur, atque etiam res ipfa declaravit nihil divinum in Simone fuiffe." Deinde Judaeus apud Celfum vitio Jefu dat, quod ex vico Judaico fit ortus atque ex matre indigena et paupercula nendoque victum quaeritante . ., quòd propter paupertatem in Aegypto mercede operam fuam locans, ibi arcanas quasdam artes, quas Aegyptii magni aeftimant, didicerit, et poftea in patriam reverfus tantum fe propter illas artes extulerit, ut etiam fe Deum appellaret. Ad hoc Origenes I, 29 fqq. p. 347 fqq.: „Genus quidem", refpondet, „parentum dignitas et praecellentia, amplae eorum ad filium liberaliter educandum facultates, fplendida et illuftris patria, multum conferunt ad fplendorem, ad gloriam, ad nominis celebritatem; quando vero quis, cui haec omnia fecus contigerunt, poteft e tot difficultatibus ad claritatem emergere, commovere fui fama audientium animos, fieri celebris et clarus, famaque fui nominis univerfum orbem implere infolita de ipfo praedicantem, quis indolem hujusmodi fponte et ex fe ipfa generofam, magnis rebus operam dantem, eximia fiducia praeditam non admiretur? Si quis autem altius fcrutari velit, annon is quaefiturus eft, quonam modo ille parce et in paupertate educatus, nullisque liberalibus difciplinis eruditus, rudis et imperitus artium, quae funt ad flectendos, demulcendos conciliandosque fibi plurium auditorum animos accommodae, aggreffus fit nova dogmata promulgare, doctrinamque in genus humanum invehere, quae et Judaeorum ritus, intactis tamen eorum prophetis, abolet et maxime Grae-

corum de numinis cultu leges evertit? Qui fieri potuit, ut idem ille fic inftitutus, nihilque magnum, ut ipfi ejus obtrectatores confitentur, ab homine edoctus, de Dei judicio, de criminum poenis, de virtutum praemiis talia tamque non contemnenda differeret, ut non agreftes modo et illiteratos, fed etiam non paucos ex iis ad fe alliceret, qui acutiori ingenio erant et poterant arcana perfcrutari, quae rebus fpecie vilioribus, ut ita dicam, velut involuta latebant? . . Quis igitur, qui naturam rerum haud negligenter confideret, non admiretur eum gloria potuiffe vincere et ea omnia, quae infamiae effe poterant (τὰ ποιητικὰ ἀδοξίας), et quotquot unquam celebres fuerunt? Nam ex iis, qui fibi inter homines nomen fecerunt, paucos reperias, qui pluribus fimul nominibus gloriam comparaverint. . Ille autem praeter cetera et fapientia et miraculorum poteftate et imperandi fcientia fuit admirabilis. Neque enim ut tyrannus quibusdam perfuafit fecum a legibus deficere, nec ut latro qui adverfus homines fuos armat affeclas, nec ut opulentus qui obvios allicit largitionibus, nec ut quispiam eorum quorum agendi ratio manifefte eft vituperanda; fed ut magifter, qui fummi Dei doctrinam, cultum omnemque morum tradit difciplinam, quae fupremo Deo conciliare poteft, quicunque fuos ad eam mores compofuerint. Ac Themiftoclis quidem aut ullius virorum illuftrium nihil erat quod gloriae adverfaretur. Ille autem praeter jam dicta, quae tenebris obruere poterant indolem quamlibet generofam, fublatus in crucem mortem paffus eft, quae vifa fuit ignominiofa, et quae erat hujusmodi, ut ea vel jam ante comparata gloria obliterari, abalienari ab ipfo quicunque, ut putant qui ejus doctrinam non receperunt, decepti fuerant, et ad damnandum impoftorem excitari potuiffent. Mirum etiam eft unde difcipulis, qui, ut obtrectatores Jefu dicunt, nec eum a mortuis fuscitatum vidiffent, nec eum divinum quidpiam effe perfuafum habuiffent, in mentem veniffet non reformidare quae magifter paffus fuerat, intrepide fe periculis committere, patriamque relinquere, ut ex voluntate Jefu doctrinam fibi ab ipfo traditam docerent. Nam arbitror neminem fore qui, rebus diligenter perpenfis, dicat illos tumultuofam vitam propter Jefu doctrinam electuros fuiffe, nifi eis vehementer per-

ſuaſiſſet et ex ſuis praeceptis vivere et alios ad ea capeſſenda adducere; praeſertim cum, ut ſunt humanae res, in praeſens exitii periculum ſe conjiciat, quisquis nova quocunque promulgare audet, infenſosque ſibi reddere, quicunque ſunt priſcis dogmatis et conſuetudinibus addicti. Nonne id periculi viderunt Jeſu apoſtoli, cum auſi ſunt non ſolum Judaeis ex propheticis ſermonibus probare, eum eſſe quem prophetae praedixerant; ſed etiam reliquis gentibus eum, qui heri et nudius tertius cruci affixus fuerat, hanc ultro mortem pro humano genere ſubiiſſe?" et qu. ſq. Porro I, 43. p. 359: „Si falſa ſunt", dicit Judaeo, „quae de Jeſu ſcripta ſunt, quia nobis deeſt, ut putas, unde ea vera eſſe evidenter demonſtremus, utpote quae ab illo ſolo, et, ut tibi obſervaſſe videris, ab altero ex ſupplicii ſociis viſa et audita ſuerunt; quanto magis dicere licebit mera portenta ſinxiſſe Ezechielem, cum ait apertos fuiſſe coelos et qu. ſq.? Et haec Jeſaiae VI, 1 . . . unde habes vere ab illo fuiſſe conſpecta? Nihil enim, o Judaee, in iis rebus ſuſpicare mendacii, credis non modo eas a ſpiritu ſancto oſtenſas fuiſſe prophetae, ſed illum etiam ab eodem ſpiritu afflatum eas et dixiſſe et literis conſignaſſe. Utri vero magis adjungenda fides eſt, illi qui ſibi dicit apertos fuiſſe coelos, vocem exaudiviſſe, vidiſſe dominum Zebaoth ſedentem ſuper ſolium excelſum et elevatum, an Jeſu? Nihil enim fecerunt Jeſaias et Ezechiel, quod cum iis, quae Jeſus fecit, comparari queat; hujus autem virtutes non enituere ſolum tempore illo, quo corpus indutus cum hominibus verſatus eſt; ſed adhuc ejus poteſtate ſit, ut qui Deo per illum credunt, a vitiis ad meliorem vitam revocentur. Quam morum mutationem ejus poteſtate fieri planum et evidens hinc eſt, quod, cum, ut ipſe dixit et experientia comprobatur, omnino deficiant qui meſſi animarum dent operam, tot animae tamen in areas Dei, quae ſunt eccleſiae, comportentur et congregentur. Atque his Judaeum urgeo, non quod Ezechielis et Jeſaiae teſtimonio ſidem abrogem; nam Chriſtianus ego ſum; ſed uſus ſum iis, quae una mecum credit, ut perſuaderem, Jeſum magis, quam prophetas, fide eſſe dignum." „Exclamat Judaeus (II, 74. p. 442): Altiſſime coelorum Deus! quis Deus inter homines verſatus non impe-

travit fidem? — Ad quod sic ego respondeo. Narrat Mosaica lex Deum Hebraeis praesentem affuisse, neque solum cum in Aegypto signa et prodigia patravit, cum per mare rubrum transitum aperuit, cum per columnam igneam, per luminosam nubem illis praeivit, sed etiam cum decalogum tradidit; nec tamen a videntibus impetravit fidem. Nam ei quem videbant et audiebant fidem si habuissent, non vitulum sibi conflassent (Ps. CVI, 20; Exod. XXXII, 4). . Hic observes velim, an non semper iidem sint Judaei. Quantalibet miracula fecerit Deus, quamlibet perspicue illis affuerit, nihilo magis illi fidem tribuerunt toto illo tempore, quo in deserto permanserunt, ut in lege Mosis scriptum est. Et nunc nec admirabilis Jesu adventus, nec sermones cum potestate habiti, nec insolita coram omni populo patrata miracula eos adducere potuerunt, ut eum reciperent." „Dicit praeterea Judaeus (II, 9. p. 392): . . . Non conveniebat illi, qui Deus esset, fugere et vinctum abduci; indignissimum autem eo, qui servator, Dei maximi filius, angelus credebatur, relinqui et prodi ab iis quibuscum vixerat, quos sibi in suis omnibus privatis rebus conscios fecerat, quique illo magistro utebantur. — Ad quae respondeo, Deum a nobis non existimari corpus illud Jesu quod sub aspectum cadebat et subjectum sensibus erat. . Id ne de anima quidem a nobis creditur. . . Deinde (§. 11. p. 395) quod ait Celsi Judaeus, Jesum ab iis proditum esse, quos suos discipulos vocaverat, id didicit quidem ex evangeliis, sed plurium discipulorum numero unum Judam ea mente significavit, ut accusationi plus ponderis adderet. At quae de Juda scripta sunt, non satis consideravit, Judam nempe contrariis de magistro distractum judiciis, nec ex toto animo infensum ei fuisse, nec ex toto animo servasse debitam magistro reverentiam." „Jesus autem (inquit Origenes I, 61. p. 375) rex erat futurus, non tamen ut existimabat Herodes, sed quemadmodum decebat regem esse, cui Deus regnum contulerit; nempe qui subditis bene faceret, non tribuendis mediae naturae et, ut ita dicam, indifferentibus beneficiis, sed erudiendo eos regendoque legibus vere divinis." Necnon Judaeus Jesu opprobravit, discipulos elegisse homines famosos, publicanos nautasque nequissimos. „Ad haec", Origenes

inquit I, 62. p. 376, „respondeo, qui prudenter et candide res ab apostolis Jesu gestas possint examinare, iis manifestum fieri illos divina virtute roboratos edocuisse christianam religionem et homines verbo Dei subjecisse. Non enim eis secundum artes Graecorum dialecticas aut rhetoricas dicendi facultas et differendi ratio inerat qua auditores sibi conciliarent. Atque etiam si Jesus elegisset et doctrinae suae ministros adhibuisset eos, qui multorum opinione sapientes habentur, et aut cogitandi subtilitate aut sermonis facundia multitudinis plausus captare possunt; justa meo quidem judicio suspicio fuisset simili eum ratione atque via usum fuisse, qua philosophi sectae cujuspiam auctores usi sunt, neque, quod promissum est de doctrinae ejus divinitate, videretur adimpletum. . Nunc autem (p. 377) ecquis est, qui, cum videt piscatores et publicanos vel primorum elementorum imperitos (id enim de illis scriptura testatur, et Celsus ipsis inscientiam vere describentibus credit) confidenter de fide Jesu adjungenda non modo apud Judaeos disputare, sed etiam apud reliquas gentes prospere Jesum annunciare, non quaesierit unde illis fuerit persuadendi facultas? neque enim erat vulgaris. Ecquis non dixerit Jesum in apostolis divina quadam virtute exsequutum fuisse, quod his promiserat verbis: Venite post me, faciam vos piscatores hominum. . . Quoniam autem Celsus (§. 63. p. 378) etiam infames fuisse homines dixit apostolos quos publicanos et nautas nequissimos vocat, ea de re respondebimus ipsum videri, ut obtrectet nostrae doctrinae, ex iis quae scripta sunt eligere pro libidine quod credat, et omnino non credere evangeliis, ne divinitatem in illis libris evidenter demonstratam confiteri cogatur; cum contra deceret eum, qui, qua sinceritate auctores illi scripserint, videbat, eo magis divinioribus rebus quas narrant fidem adjungere, quod ne abjectiora quidem praetermiserant. Verum est in Barnabae epistola, unde fortasse Celsus hauserit apostolos infames fuisse et nequissimos, legi apostolos a Jesu fuisse electos, qui improbi erant ut nulli magis. Et in Ev. Luc. dicit ad Jesum Petrus: Discede a me, quia homo peccator sum domine. Sed et Paulus, qui et ipse postea factus est Jesu apostolus, in ep. ad Tim. sic scribit: Fi-

delis sermo, quod Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. At nescio quomodo oblitus fuerit aut ne cogitarit quidem mentionem facere de Paulo, qui post Jesum ecclesiás in Christo constituit. Verisimile est illum vidisse, non posse se de Paulo loqui, quin simul rationem redderet, cur, qui fuerat ecclesiam Dei persequutus, fideles acerrime insectatus fuerat, Jesu discipulos morti tradere obstinaverat, is usque adeo mutatus fuerit, ut ab Hierosolymis ad Illyricum evangelium Christi evulgaret, tantoque studio fungeretur hoc munere, ut in alieno fundamento aedificare nolens ea loca peteret, quo nunquam Dei in Christo evangelium pervaserat. Quid ergo absurdi est, si Jesus ostensurus humano generi, quam efficacia sint quae morbis animarum adhibet remedia, infames et nequissimos elegerit, illosque eo provexerit, ut purissimae vitae exemplum essent iis, qui eorum ministerio ad evangelium Christi adducerentur?" Judaeus quoque haec dixerat: Quomodo, cum a nostris sacris ducatis initium, paulo progressi eadem illa contemnitis? Neque enim aliud vestrae doctrinae dicere habetis initium quam nostram legem. — „Verum est", respondet noster II, 4. p. 389, „Mosaicae legis ritus literasque propheticas esse religionis christianae prima veluti rudimenta, et ab eis progressos tum proficere, cum illa scrutentur eorumque mentem inspiciant, cum quaerant secundum revelationem mysterium temporibus aeternis tacitum, quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum et domini nostri Jesu Christi adventum. At non verum quod dicitis, qui proficiunt, ab eis Mosaicam legem despicatui haberi. Immo plus illi honoris deferunt; ostendunt enim, quam alta, quam abstrusa sit sapientia eorum, quae sub illis latent literis, in quas nunquam Judaei introspexerunt."

Haec talia dixit Origenes ad religionis christianae veritatem cum Judaeis, tum Graecis persuadendam. „Judaei quidem", ait II, 79. p. 447, „et Graeci Christi doctrinae increduli assentiri nolunt. Nos vero Jesu documentis instructi Deo credere non unquam desinemus, et illos ad Dei cultum caecutientes ad meliorem frugem velle revocare; quamvis nos caecitatis accusent, ipsi vero caeci, et nos decipere homines

criminentur, cum ipsi sive Judaei sive Graeci audientes se decipiant. Pulchra profecto nostra decipiendi ratio, quippe qui faciamus, ut ex intemperantibus temperantes fiant aut studeant temperantiae, ex injustis justi sint aut ad justitiam tendant, ex imprudentibus evadant prudentes aut viam prudentiae sectentur, ex timidis, ignavis, imbecillis animosi sint et fortes; qua virtute tum praesertim eminent, cum ad pietatem erga Deum omnium conditorem servandam decertant."

Jam ex his perspicuum est, quam sit istud opus (c. Cels.), primum id quidem quod docte contra adversarium religionis christianae philosophum conscriptum exstat, praeclarum ingenii Origeniani et pietatis documentum, lectuque, licet vitiorum minime expers (cf. Schroeckhii Kirchengeschichte T. IV. p. 109 sq.), etiam nostris temporibus dignissimum.

DIONYSIUS.

Cum Origenis discipulus Dionysius esset cumque (vid. Euseb. h. e. VII, 7) integre omnium haereticorum sententias examinaret, apparet, ab ipso philosophiam a theologia non esse exclusam.

Theologia.

Ὁ θεὸς, ait Dionysius (e Niceta apud Routhium reliqu. sacr. II, 405), *ἐστὶν ἀεὶ, καὶ σύμπας ὁ αἰὼν ἐνέστηκεν ὅλος αὐτῷ καὶ πάρεστιν.*

Ubi de creatione loquitur, in libro de natura (quem asservavit Eusebius in capitibus quinque postremis libri penultimi praeparat. evangel. p. 772 sqq. ed. Vigeriae, quemque invenire licet apud Routhium l. l. IV, 345 sqq.) acerrime et felicissime pugnat contra eos philosophos, qui ex atomis mundum conflatum esse dixerunt, atque ex siderum potissimum ipsiusque hominis contemplatione de creatore Deo doctrinam demonstrat. Universi autem mundi duas esse partes statuit (ib. ap. Routh. p. 350), *φαινόμενα μὲν, ἥλιον, καὶ σελήνην, ἀστέρας, γῆν τε καὶ ὕδωρ· ἀφανῆ δὲ θεούς τε* (angelos) *καὶ δαίμονας καὶ ψυχάς.* Creaturarum vero nullam adorandam esse Dionysius censuit. Ita Aemiliano praefecto

dixit, quemadmodum ipſe narrat in epiſtola apud Euſebium h. e. VII, 11. p. 497 ed. Zimm.: *Ἄντικρυς διεμαρτυράμην, ὅτι τὸν θεὸν τὸν ὄντα μόνον, καὶ οὐδένα ἕτερον σέβων, οὐδ' ἂν μετατεθείμην, οὐδὲ παυσαίμην ποτὲ χριστιανὸς ὤν.* Et cum Aemilianus ipſum Deos imperii una cum iſto Deo adorare juberet, reſpondit (ib. p. 499): *Ἡμεῖς οὐδένα ἕτερον προςκυνοῦμεν.*

De trinitate qui ſuo tempore male ſenſerunt, ſtrenue Dionyſius impugnavit. Quamquam epiſtolae ad Paulum Samoſatenum ſcriptae authentia dubia eſt, tamen aliunde conſtat, quid de hoc homine noſter ſtatuerit. Scripſit, id quod refert Euſebius h. e. VII, 30. p. 541 (cf. h. e. VII, 27), epiſtolam ſynodicam ad Antiochenos, ſed illum erroris ducem ne ſalutatione quidem dignatus eſt. Praecipue vero contra Sabellium pugnavit. Dedit enim literas contra Sabellium ad Ammonem (Euſeb. h. e. VII, 26) et in epiſtola ad Xyſtum, epiſcopum Romanum (apud Euſeb. h. e. VII, 6), haec habet: „De dogmate illo, quod nuper Ptolemaïde urbe Pentapoleos commotum eſt, pleno impietatis ac blasphemiae adverſus omnipotentem Deum patrem domini noſtri Jeſu Chriſti, pleno etiam incredulitatis erga unigenitum ejus filium, primogenitum omnis creaturae, Verbum, quod inter homines verſatum eſt, pleno denique ſtuporis adverſus ſpiritum ſanctum, cum ab utraque parte et literae ad me allatae eſſent, et fratres mecum diſſerturi veniſſent, epiſtolas quasdam, quantum Deo juvante potui, tractatoris more fuſius ſcripſi, quarum exemplaria ad te miſi." Cf. quoque Athanaſ. lib. de ſent. Dionyſ. c. 5. Haec autem ipſa cauſa eſt, cur nonnullis patribus minus noſter placeat. *Ὅτι Βασίλειος ὁ ἐν ἁγίοις,* inquit Photius cod. CCXXXII. ed. Rothom. p. 901, *τὸν ἐν ἁγίοις Διονύσιον Ἀλεξανδρείας οὐκ ἐν πολλοῖς ἀποδέχεται· μάλιστα δὲ ἐν τοῖς τὸ Ἀρειανῶν ἔθνος ἐπερείδεται. ἀπολογεῖται δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ· ὡς οὐκ ἀσεβεῖ γνώμῃ, μάχῃ δὲ τῇ πρὸς Σαβέλλιον εἰς τὴν ἀντίθετον κατὰ τοὺς λόγους περιτραπῆναι δυςφημίαν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ πνεύματος οὐκ εὐαγεῖς αὐτὸν ἀφεῖναι φωνάς.* Neque id temere Baſilius dixit. Nam Athanaſius in libro de ſent. Dionyſii Alexandrini nonnullas tradit opiniones, Dionyſii epiſtolae cuidam (ad Eu-

phranorem et Ammonem) a quibusdam datas, valde lubricas. Ita cap. 4. (ed. Benedictin.): *Φασὶν*, ait, *ἐν ἐπιστολῇ τὸν μακαρίτην Διονύσιον εἰρηκέναι, ποίημα καὶ γενητὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, μήτε δὲ φύσει ἴδιον, ἀλλὰ ξένον κατ' οὐσίαν αὐτὸν εἶναι τοῦ πατρὸς, ὥςπερ ἐστὶν ὁ γεωργὸς πρὸς τὴν ἄμπελον καὶ ὁ ναυπηγὸς πρὸς τὸ σκάφος· καὶ γὰρ ὡς ποίημα ὢν, οὐκ ἦν πρὶν γένηται.* Deinde cap. 14. Dionyfius fertur dixiſſe: *Οὐκ ἀεὶ ἦν ὁ θεὸς πατήρ· οὐκ ἀεὶ ἦν ὁ υἱός· ἀλλ' ὁ μὲν θεὸς ἦν χωρὶς τοῦ λόγου, αὐτὸς δὲ ὁ υἱὸς οὐκ ἦν, πρὶν γεννήθῃ· ἀλλ' ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν· οὐ γὰρ ἀΐδιός ἐστιν, ἀλλ' ὕστερον ἐπιγέγονεν.* Denique cap. 16. dicitur: *Πατέρα λέγων Διονύσιος οὐκ ὀνομάζει τὸν υἱὸν, καὶ πάλιν υἱὸν λέγων οὐκ ὀνομάζει τὸν πατέρα, ἀλλὰ διαιρεῖ καὶ μερίζει τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρός.* Apparet, haec Dionyſii dicta ab Arianorum ſenſis proxime abeſſe. Neque tamen ex his ſequitur, hanc veram fuiſſe Dionyſii ſententiam. Potuit contra Sabellium ſuam ſententiam acrius defendendo paene invitus iſtas in ſententias incidere easque poſthac, errore cognito, meliorem in partem interpretari. Neque potuit ſolum, ſed id ita factum eſſe veriſimillimum eſt. *Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος*, Photius inquit l. l., *τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς Διονυσίου ὑπεραπολογεῖται. τὰ γὰρ Ἀρείου, φησὶ, Διονύσιος οὔτε ἐφρόνησέ ποτε, οὔτε ἠγνόησε τὴν ἀλήθειαν· οὔτε γὰρ ὑφ' ἑτέρων ἐπισκόπων ἐπ' ἀσεβείᾳ κατεγνώσθη, οὔτε τὰς Ἀρειανικὰς φωνὰς ἐφθέγγετο ὡς δογματίζων. ἀλλὰ καὶ Θεοδώρητος τοὺς αὐτοὺς ὑπὲρ τοῦ εἰρημένου Διονυσίου λογισμοὺς ἀποδίδωσιν.* Habet autem ipſe Athanaſius de ſent. Dion. cap. 4. haecce: „Scripſiſſe Dionyſium iſtius generis epiſtolam (qua illa haeretice dicta contineantur), agnoſcimus; verum non hanc ſolam, ſed plurimas ab eo poſtmodum ſcriptas eſſe dicimus, quas ab iſtis quoque legi oportuit, ut ex omnibus ſimul, non ex unica duntaxat judicium de ejus fide conſtitui poſſet" (praeſertim, addimus, cum, ut Athanaſius ib. c. 14. p. 258 ait, queratur Dionyſius, quod accuſatores ſententias ſuas non integras referant, ſed truncatas, et quod non bona conſcientia, ſed mala pro libidine loquantur; quos ſimiles ait beati apoſtoli epiſtolarum calumniatoribus). „Non enim", pergit Ath. l. l., „fabri pe-

ritia solertiaque, qui multas triremes aedificavit, ex unica navi, sed ex omnibus simul dijudicari debet. Si igitur simpliciter, tanquam qui fidem suam ederet, hanc quam dicunt scripsit epistolam aut scripsit hanc solam, esto, accusent eum, ut velint; non enim crimine caruerit istiusmodi sententia. Quodsi temporis et personae ratio eum ad talia scribenda traxit, aliasque postmodum epistolas subdidit, quibus se de suspicione purgat, non oportuit omissis causis, cur ita scribendum fuerat, homini temere odium conciliari, ne alioqui viderentur nihil nisi dictiunculas aucupari et veritatem et fidem rerum, quae ex aliis epistolis elucet, praetermittere." Jamvero ex una harum aliarum epistolarum, ex epistola quadripartita *ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας* ad Dionysium episcopum Romanum, multa Athanasius (nonnulla etiam Basilius Magnus) nobis tradidit, quae (collecta apud Routhium l. l. III, 194 — 203), etiamsi interdum prius ab ipso dicta torqueant, tamen veram nostri de trinitate doctrinam nobis proponunt. „Si quis", Dionysius ait apud Athanas. de sententia D. c. 20. p. 257 (ed. Bened.), „calumniator, eo quod Deum omnium factorem et creatorem dixi, putet me etiam Christi creatorem dixisse, advertat me prius patrem ipsum appellasse; quo in vocabulo simul enuntiatus est et filius. Postquam enim patrem dixi factorem, subdidi: neque pater eorum est, quorum est factor, si proprie is pater esse intelligatur qui genuit (latitudinem enim vocabuli hujus, pater, in sequentibus expendemus); neque factor pater, si solus opifex factor dicatur. Apud Graecos enim qui sapientes sunt, suorum librorum factores vocantur. Apostolus quoque ait, factor legis. Rerum etiam extrinsecarum, cujusmodi sunt virtus et vitium, factores nuncupantur, quemadmodum dixit Deus: Exspectavi ut faceret judicium, fecit autem iniquitatem." „Christus (de sent. Dionysii ap. Ath. c. 15. p. 253) semper est, utpote verbum et sapientia et vis. *Οὐ γὰρ δὴ τούτων ἄγονος ὢν ὁ θεὸς, εἶτα ἐπαιδοποιήσατο, ἀλλ' ὅτι μὴ παρ' ἑαυτοῦ ὁ υἱὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχει τὸ εἶναι.* Cum sit splendor lucis aeternae, prorsus et ipse aeternus est. Luce enim semper existente, manifestum est et splendorem semper existere; eo quippe lux esse intelligitur, quod splendeat, ac fieri ne-

quit ut lux non luceat. . . Deus autem aeterna lux est, quae neque incepit, neque deficiet unquam. Ipsi ergo praelucet, *καὶ σύνεστιν αὐτῷ τὸ ἀπαύγασμα ἄναρχον καὶ ἀειγενὲς, προφαινόμενον αὐτοῦ*. . Cum ergo aeternus sit pater, aeternus est et filius, lumen de lumine. *Ὄντος γὰρ γονέως ἔστι καὶ τέκνον.* Si autem proles non est, quomodo et cujus potest esse genitor? Atqui ambo sunt et semper sunt. . *Μόνος δὲ ὁ υἱὸς ἀεὶ συνὼν τῷ πατρὶ, καὶ τοῦ ὄντος πληρούμενος, καὶ αὐτός ἐστιν, ὢν ἐκ τοῦ πατρός.*" „Deus (ap. Ath. c. 23. p. 259) est fons bonorum omnium. Filius vero dictus est fluvius *ὑπ'* (fort. *ἀπ'* — Routh.) *αὐτοῦ προχεόμενος.* Verbum quippe est mentis emanatio (*ἀπόῤῥοια νοῦ*), et, ut humano more loquar, ex corde per os emittitur. Mens vero, quae per linguam prosilit, alia est a verbo, quod per linguam prosilit alia est a verbo quod in corde existit. Hoc enim postquam illam praemisit (*προπέμψας*), remanet, estque qualo antea erat; illa vero praemissa avolat et circumquaque fertur; *καὶ οὕτως ἐστὶν ἑκάτερος ἐν ἑκατέρῳ, ἕτερος ὢν θατέρου· καὶ ἕν εἰσιν, ὄντες δύο. οὕτω γὰρ καὶ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ἕν, καὶ ἐν ἀλλήλοις ἐλέχθησαν εἶναι.*" „Neque pater (ib. c. 17. p. 254), qua pater est, a filio alienari potest; nam illud nomen causa est evidens cohaerentiae et conjunctionis; neque filius a patre separatur; hoc namque vocabulum pater communicationem indicat." „Vita (c. 18. p. 256) ex vita genita est, quemadmodum e fonte flumen emanavit, et ex inexstincto lumine splendidum lumen accensum est." „Sicut mens (*νοῦς*) nostra (c. 23. p. 259) eructat a se ipsa verbum estque utrumque alterum ab altero, proprium et ab altero distinctum obtinens locum, cum illud quidem in corde, istud vero in lingua et ore commoretur et moveatur; neque tamen inter se distant, aut se invicem privantur; neque mens sine verbo est, neque verbum sine mente, sed mens verbum facit et in ipso apparet, ac verbum exhibet mentem in qua factum est. Et mens quidem est quasi verbum immanens, verbum vero mens profiliens. Mens in verbum transit, verbum autem mentem in circumstantes auditores transmittit, sicque mens per verbum in auditorum animis insidet, simul ingressa cum verbo. Ac mens quidem est quasi pater verbi

in se ipsa existens, verbum autem velut filius mentis, nec ante ipsam, neque extra ipsam factum esse potest, sed cum ipsa existit, a qua germen et originem sumpsit. Eodem quoque modo pater maximus et mens universalis ante omnia filium habet Verbum ac sermonem sui ipsius et angelum." „Adversum me proferunt crimen (c. 18. p. 255), me scilicet non asserere, Christum esse Deo *ὁμοούσιον*. Tametsi enim me nusquam in scripturis sacris hoc vocabulum vel invenisse vel legisse dico, alia tamen argumenta, quae subinde adjunxi, quaeque illi tacuerunt, ab hac intelligentia nihil discrepant. Etenim prolem humanam, quae certe ejusdem generis est atque genitor, in exemplum attuli, dixique revera parentes hoc solum distingui a filiis, quod ipsi non sint filii . . Plantam, sive ex semine sive e radice succrescentem, aliam esse dixi ab eo unde pullulavit, tametsi ejusdem omnino sit naturae," et qu. sq. „Patrem dixi (c. 17. p. 254), et priusquam filii mentionem facerem, jam eum in patre significavi. Filium adjunxi, ac pater, etiamsi eum non prius nominassem, jam omnino in filio comprehensus fuerat. Spiritum sanctum addidi, sed simul unde et per quem processerit subtexui." „Singula nomina (ib.) a me prolata a se invicem nec separari queunt, nec dividi." „Neque enim spiritus sanctus (ib.) a mittente (*τοῦ πέμποντος*), neque a ferente (*τοῦ φέροντος*) divelli potest." Et ita quidem *ἡμεῖς* (ib.) *εἴς τε τὴν τριάδα τὴν μονάδα πλατύνομεν ἀδιαίρετον, καὶ τὴν τριάδα πάλιν ἀμείωτον εἰς τὴν μονάδα συγκεφαλαιούμεθα. Θειοτάτη γὰρ διὰ τοῦτο* (apud Basilium M. de spiritu sancto cap. penult. p. 61 ed. Benedictin.) *μετὰ τὴν μονάδα καὶ ἡ τριάς.* Quare concludit noster hanc epistolam apologeticam apud Basilium l. l. p. 60 verbis: *Τῷ δὲ θεῷ πατρὶ, καὶ υἱῷ τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.*

Summa igitur disquisitionis de Dionysii sententia est Athanasio c. 14. p. 253: *Σαβέλλιον μὲν ἐν ἐκείνοις* (scil. in prius scriptis) *ἀνατρέπει, ἐν τούτοις δὲ δείκνυσιν ὁλόκληρον ἑαυτοῦ τὴν εὐσεβῆ πίστιν.* Magis definite nos dicemus: Patrem et filium duas Dionysio esse hypostases, nimis perspicuum sit ex priore illa ejus epistola, filium autem (sicuti verisimillime

etiam ſpiritum ſanctum) ejusdem cum patre naturae, ſatis apparet ex ep. ad Dion. Rom. Cf. Chriſtologiam.

Anthropologia.

Hominem eſſe liberum ſine dubio Dionyſius credit; tamen quod in eo ſit bonum effici a Deo dicit fragmentis Nicetianis apud Routh. l. l. II, 406 ſq.: *Μία γὰρ ἡ τῆς σοφίας πηγὴ ὁ θεός· . . εἷς ὁ τῆς σοφίας γενεσιουργὸς καὶ δοτὴρ, καὶ εἴ τις αὐτῆς μετέσχεν, ἔχει παρ' ἐκείνου λαβών· . . ἐν χειρὶ αὐτοῦ καὶ ἡμεῖς, καὶ οἱ λόγοι ἡμῶν, πᾶσα τε φρόνησις καὶ ἐργατειῶν ἐπιστήμη· οὔ γὰρ ἄλλοθέν ποθεν ἧκεν εἰς ἡμᾶς τῶν ἀγαθῶν καὶ θαυμασίων οὐδέν· ἀλλ' εἴ τι ἀγαθὸν, αὐτοῦ, καὶ εἴ τι καλὸν, παρ' αὐτοῦ* (Zachar. IX, 17). Ceterum, uti jam ſupra vidimus, in hiſtoria Adami allegoriam noſter non invenit (ib. p. 395 ſq.).

Chriſtologia.

Moshemius Comm. de reb. Chriſt. ante Conſt. M. ſec. III. §. 33. p. 697 in doctrina de perſona Chriſti Dionyſio errorem opprobrat. „Ut Sabellium", ait, „qui Deum ipſum ſive patrem in Chriſto natum, poenas paſſum et mortuum eſſe aſſeverabat, fortius comprimeret, negabat humana Chriſti, quod clare ſatis ſcribit Athanaſius c. 5. p. 246, ad Deum in Chriſto reſidentem pertinere, et unice ad filium referebat. Ad alteram igitur extremitatem contendendi ſtudio declinabat. Diſtinguebat nempe Dionyſius in Chriſto verbum ſeu perſonam divinam a patre diſtinctam et filium, aut ſi mavis duplicem filium, divinum et humanum. Verbum ſeu filium divinum ab omnibus Chriſti *ἀνθρωπίνοις*, ab omnibus quae Chriſtus ut homo fecit et perpeſſus eſt, excludebat; haec vero omnia *ἀνθρώπινα*, naſci, pati, mori, ad unum filium hominis ex Maria natum pertinere disputabat. In vitio haec ſunt et recta via ducunt ad illam, quae Neſtorio tribuitur, ſententiam. Nam ſi ad filium Dei ſeu verbum Chriſto homini junctum nihil earum rerum pertinet, quae filius hominis fecit et ſustinuit, perſpicuum eſt, duplicem in Chriſto et naturam et perſonam eſſe, filiumque Dei ſeu Verbum filium tantum hominis roboraſſe, illuminaſſe, juviſſe. Nec igitur temere Dionyſius Romae ac-

cufabatur, quamquam parum diftincte ac perite." Refutavit Moshemium Routhius l. l. IV, 286 fqq., cujus, ne Routhii praeftantiffimum opus omnibus in promptu non fit verenti, plurima verba tradere mihi liceat. Dionyfium distrahendae perfonae in Chrifto unquam poftulatum fuiffe, vetat nos credere fua ipfius defenfio, tot locis ab Athanafio commemorata, quae tota in eo verfatur, ut arceatur a fe crimen negatae vel certe imminutae divinae Chrifti naturae, non duos pro uno Chrifto afferendi. Neque in fequentibus feculis Dionyfii auctoritate fe unquam tuebantur Neftoriani dogmatis patroni. Ipfe porro, quem indicat Moshemius, Athanafii locus nihil valet ad obtinendam caufam adverfus Alexandrinum antiftitem. „Dionyfius", ait Moshemius, „tefte Athanafio negabat humana Chrifti ad Deum in Chrifto refidentem pertinere, et unice ad filium referebat." Loco vero, quem fignificavit, haec Athanafius enarrat (c. 5. p. 246): *Ἐν Πενταπόλει,* inquit, *τῆς ἄνω Λιβύης τηνικαῦτά τινες τῶν ἐπισκόπων ἐφρόνησαν τὰ Σαβελλίου· καὶ τοσοῦτον ἴσχυσαν ταῖς ἐπινοίαις, ὡς ὀλίγου δεῖν μηκέτι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττεσθαι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. τοῦτο μαθὼν Διονύσιος, αὐτὸς γὰρ εἶχε τὴν μέριμναν τῶν ἐκκλησιῶν ἐκείνων, πέμπει καὶ συμβουλεύει τοῖς αἰτίοις παύσασθαι τῆς κακοδοξίας· ὡς δὲ οὐκ ἐπαύοντο, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀναιδέατερον ἠσέβουν, ἠναγκάσθη πρὸς τὴν ἀναίδειαν ἐκείνων γράψαι τὴν τοιαύτην ἐπιστολὴν, καὶ τὰ ἀνθρώπινα τοῦ σωτῆρος ἐκ τῶν εὐαγγελίων παραθέσθαι· ἵν' ἐπειδὴ τολμηρότερον ἐκεῖνοι τὸν υἱὸν ἠρνοῦντο, καὶ τὰ ἀνθρώπινα αὐτοῦ τῷ πατρὶ ἀντίθεσαν, οὕτως οὗτος δείξας, ὅτι οὐχ ὁ πατὴρ, ἀλλ' ὁ υἱός ἐστιν ὁ γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν ἄνθρωπος, πείσῃ τοὺς ἀμαθεῖς, μὴ εἶναι τὸν πατέρα υἱόν· καὶ οὕτως λοιπὸν κατ' ὀλίγον ἐκείνους εἰς τὴν ἀληθινὴν ἀναγάγῃ θεότητα τοῦ υἱοῦ, καὶ τὴν γνῶσιν τὴν περὶ τοῦ πατρός.* Hic certe, Dionyfio rationeque ejus certandi comprobatis, Athanafius oftendit, Sabellianos, quibus ille fe oppofuit, ad patrem, non ait ad Deum, humana Chrifti retuliffe. Dionyfium autem per patrem intellexiffe primam perfonam triadis, quicquid revera ftatuebant Sabelliani, cum per omnia fragmenta ejus conftat, tum fine libelli fui Athanafius haec quae fequuntur fcribens demonftra-

vit. Postquam enim id laudavit, praeclare Dionysium in disputatione cum Sabellianis non ab argumentis filii divinitatem probantibus initium duxisse, sed praemisisse *τὰ ἀνθρωπίνως εἰρημένα* de servatore, cujusmodi sunt esurire, laborare, quod vitis sit, quod oraverit, quod passus sit; haec addit: *Ὅσῳ γὰρ ταῦτα ταπεινὰ λέγεται, τοσούτῳ δείκνυται μὴ ὁ πατὴρ γενόμενος ἄνθρωπος. ἀνάγκη γὰρ ἀμπέλου, λεγομένου τοῦ κυρίου, εἶναι καὶ γεωργόν· καὶ εὐχομένου αὐτοῦ, εἶναι τὸν ἐπακούοντα· καὶ αἰτοῦντος αὐτοῦ, εἶναι τὸν διδόντα. Τὰ δὲ τοιαῦτα μᾶλλον εὐκολώτερον τὴν τῶν Σαβελλιανῶν μανίαν δείκνυσιν· ὅτι ἕτερος ὁ εὐχόμενος, ἕτερος ὁ ἐπακούων, καὶ ἄλλος ἡ ἄμπελος, καὶ ἄλλος ὁ γεωργός* (cap. 26. p. 261). Cum vero inter haec verba patris persona, non Christi divina natura intelligatur, constat Athanasium quidem nullum odoratum esse vestigium Dionysii *λύειν τὸν Χριστὸν* gestientis. Et Dionysius (referente eodem Athanasio p. 256), *εἰ καὶ τὰς λέξεις εἴρηκε* (scil. voces *γενητὸς* cet.), *διὰ τοῦτό φησιν εἰρηκέναι, πρὸς τὸ μόνον δεῖξαι, ὅτι μὴ ὁ πατήρ ἐστιν, ἀλλ' ὁ υἱὸς, ὁ τὸ γενητὸν καὶ κτιστὸν καὶ ποιητὸν ἐνδυσάμενος σῶμα.* Jam res ita comparata videtur, ut omnem moverit lapidem Dionysius, ne pater cum filio Dei atque hominis confunderetur, de duplici autem Christo ne per somnium quidem cogitarit. Neque enim eo minus valebant argumenta ejus contra illud, quod ipse putabat dogma esse Sabellii, quod arctissima unio erat Dei atque hominis; immo iccirco vel efficaciores essent eaedem probationes ad ostendendam veram inter patrem et filium distinctionem. Origenes denique (de eo enim potissimum hoc dicere malumus, quod de tota schola Alexandrina Routhius contendit) arctissimam utriusque in Christo naturae unionem docuit; quare minime existimandum est, lapsum hac in re esse magnum ejus discipulum. Quamvis igitur tanquam Origenis discipulus duas in Christo naturas esse noster non statuere non potuerit, tamen alterius ab altera Nestorianice separatae culpa ipsi assignari non potest.

De opere Christi sensu strictiori in scriptis Dionysii, quae supersunt, nihil memorabile invenitur. — Gratiae divinae

magnam efficaciam ab eo tribui, colligi licet ex eo dicto, quod in Anthropologia tradidimus.

Eis, qui ab haereticis ad ecclesiam redirent, (e regula Heraclae) nequaquam iterato Dionysius existimabat baptismate opus esse (ap. Eus. h. e. VII, 7), si jam antea verae ecclesiae baptismi participes facti essent. De eis, qui tales facti non erant: „Revera", ait apud Eus. h. e. VII, 5, „in maximis, ut audio, episcoporum conciliis decretum est, ut, qui ab haereticis ad ecclesiam accedunt, primum catechumeni fierent, ac deinde veteris et impuri fermenti sordibus per baptismum purgarentur." Neque ipse tamen haereticum secundo baptismo initiare audebat. Enarrat enim apud Eusebium h. e. VII, 9 haecce: „Quidam ex fratribus, qui ad ecclesiam conveniunt, jampridem pro fideli habitus, et qui ante meam ordinationem, ac ni fallor ante ipsius quoque Heraclae episcopatum, coetus fidelium particeps fuerat, cum interfuisset baptismo eorum, qui nuper baptizabantur, et interrogationes responsaque illorum audiisset, ad me accessit flens et vicem suam ingemiscens. Pedibusque meis advolutus confiteri atque dejerare coepit, baptismum, quo apud haereticos initiatus fuerat, non hujusmodi esse, nec cum hoc nostro quidquam commune habere. Quippe illum plenum esse blasphemiae et impietatis. Ajebatque animum suum acerbissimo doloris sensu compungi, ac ne oculos quidem ad Deum attollere se audere, quippe qui scelestis illis verbis ac caerimoniis initiatus fuisset. Proinde orabat, ut hoc purissimo lavacro verissimaque adoptione et gratia donaretur. Quod equidem facere non sum ausus, sed diuturnam illi communionem ad id sufficere dixi. Nam qui gratiarum actionem frequenter audierit et qui cum ceteris responderit Amen, qui ad sacram mensam adstiterit et manus ad suscipiendum sacrum cibum porrexerit; qui illum exceperit et corporis ac sanguinis domini nostri Jesu Christi particeps fuerit (μεταοχὼν) diutissime, eum ego de integro renovare non ausim. Porro ut bono animo esset, et cum firma fide bonae spei plenus τῇ μετοχῇ τῶν αγίων accederet, jussi."

Simul apparet ex hoc loco, de sacra coena nostrum sensisse, accipientes participes fieri corporis et sanguinis Christi,

Haeretici pestem ecclesiae esse Dionysius putabat. „Ego vero", ait apud Eusebium h. e. VII, 7, „in libris et traditionibus haereticorum cognoscendis operam posui, *χραίνων μέν μου πρὸς ὀλίγον τὴν ψυχὴν ταῖς παμμιάροις αὐτῶν ἐνθυμήσεσιν· ὄνησιν δ' οὖν ἀπ' αὐτῶν ταύτην λαμβάνων, τὸ ἐξελέγχειν αὐτοὺς παρ' ἐμαυτῷ, καὶ πολὺ πλέον βδελύττεσθαι.*" De „heterodoxia" Novati, quam improbaret necesse erat, cum lapsos non condemnaret (cf. quod ipse dicit apud Euseb. h. e. VI, 42) apud Euseb. h. e. VII, 8 quid sentiat ostendit. „Novatianum" (al. Novatum), inquit, „merito aversamur, qui quidem ecclesiam discidit, et quosdam ex fratribus ad impietatem blasphemiamque pertraxit, qui nefariam de Deo doctrinam invexit, et clementissimum dominum nostrum Jesum Christum quasi implacabilem calumniatur; qui praeterea sacrum lavacrum obliterat fidemque et confessionem, quae baptismum praecedunt, evertit, et spiritum sanctum penitus ab illis fugat, tametsi" (id leniter addit et digne viro christiano) „spes aliqua subsit vel quod in illis adhuc maneat, vel quod ad eos reversurus sit." Literis autem ad „Novatum" datis (apud Euseb. h. e. VI, 45) haec verba facit: „Si quidem invitus, ut asseris, eo adductus es, id nobis ostendes tua sponte redeundo. Satius quidem fuerat, quidvis pati, ne ecclesia Dei discinderetur. Nec minus gloriosum fuisset idcirco subire martyrium, ne ecclesiam scinderes, quam ut ne idolis sacrificares. Imo illud meo quidem judicio illustrius fuisset; hic enim pro sua unius anima, illic pro omni ecclesia martyrium quis sustinet. Si tamen vel nunc persuaseris fratribus aut eos coëgeris, ut ad concordiam redeant, majus tibi meritum erit, quam culpa. Et haec quidem non imputabitur, illud vero praedicabitur. Quodsi fratribus parere recusantibus id efficere non potes, tuam ipse animam serva. Opto ut paci studens in domino bene valeas."

Eschatologia.

Crassiorem de regno Christi millenario doctrinam Dionysius impugnavit. Scripsit enim de sententia Eusebii h. e. VII, 24 initio propterea contra Nepotem, „quod is promissiones sanctis hominibus factas in divinis voluminibus judaico

ſenſu exhibendas docebat, et neſcio quod mille annorum ſpatium corporalibus refertum deliciis in hac terra fore affirmabat." Id quod eo melius noſter poterat, quod apocalypſin Johanni apoſtolo abjudicabat. Chiliaſtarum illam ſententiam etiam in disputatione quadam impugnavit, cujus hiſtoriam enarrare (verbis Dionyſii apud Euſeb. h. e. VII, 24. p. 525) a conſilio non alienum videtur. „Cum eſſem", inquit, „in Arſinoitica praefectura, in qua jampridem, ut noſti, increbuit haec opinio, adeo ut ſchismata et integrarum eccleſiarum defectiones fierent; convocatis presbyteris ac doctoribus, qui per ſingulos vicos fratribus praedicabant, praeſentibus item fratribus, qui adeſſe voluerant, hortatus ſum illos, ut ea doctrina palam in concione examinaretur. Cumque hunc librum (Apoc.) tanquam ſcutum quoddam murumque inexpugnabilem mihi oppoſuiſſent, tres continuos dies a prima luce usque ad veſperam cum ipſis ſedens, quaecunque in eo libro ſcripta erant, discutere aggreſſus ſum. Tum vero fratrum conſtantiam et ardentiſſimum cognoſcendae veritatis ſtudium, et docilitatem atque intelligentiam magnopere ſum admiratus. Adeo moderate et ordine interrogationes rationesque dubitandi et aſſenſiones a nobis fiebant. Ac ſtudioſe quidem cavebamus, ne ea, quae ſemel nobis placuiſſent, tametſi vera eſſe deprehenderentur, pertinaciter defenderemus; nec aliorum objectiones ſubterfugiebamus. Sed quoad fieri poterat, ad ea, de quibus inſtituta erat disputatio, eniti eaque ſtabilire conabamur; ſin autem rationibus convicti eſſemus, non pudebat nos mutare ſententiam, et aliis aſſentiri. Quin potius cum bona animi conſcientia, absque ulla ſimulatione, expanſis ad Deum cordibus, quaecunque certiſſimis argumentis et auctoritate ſacrae ſcripturae confirmata eſſent, ſuscipiebamus. Tandem denique Coracio, qui hujus doctrinae auctor et ſignifer fuerat, audientibus cunctis, qui aderant, fratribus, pollicitus nobis et conteſtatus eſt, ſe in poſterum hanc opinionem amplexurum non eſſe, nec de ea disputaturum, nec loquuturum, nec populo praedicaturum, quippe qui argumentis oppoſitis ſatis ſuperque convictus fuiſſet. Fratribus autem, qui aderant, haec disputatio et omnium inter ſe reconciliatio atque conſenſio non mediocrem attulit voluptatem."

PIERIUS.

Nihil de dogmaticis Pierii fententiis fcimus, nifi quod Photius biblioth. cod. CXIX. p. 300 ed. Rothom. nobis tradidit, unde Routhius l. l. III, 211. 212 ea dedit.

Theologia.

„De patre", Photius ait, „et filio pie credit, nifi quod fubftantias (οὐσίας) duas totidemque naturas (φύσεις) effe dicit; fubftantiae et naturae nomine . . pro hypoftafi ufus; non ita vero, ut qui Ario adhaerent. Verumtamen de fpiritu fancto periculofe nimis atque parum pie docet, dum hunc inferioris effe gloriae, quam fit pater et filius, affirmat." Neque id mirandum in eo, qui Origenem imitari voluerit.

Angelologia.

„Cherubos (Photius refert) factos quidem fatetur, at divinae tantum providentiae ratione fuiffe conceffos nugatur (οἰκονομίας δὲ λόγῳ συγχωρηθῆναι ματαιολογεῖ), ὡς οὐδὲν ἦσαν ὡς ἕτερα τὰ γεγενημένα.* Neque veftigium (τύπον) aliud praeferebant alicujus formae, fed alarum duntaxat fpeciem fabulatur illos ferre."

Anthropologia.

Ὑπαινίττεται δὲ οὗτος, κατὰ τὸν Ὠριγένους ὕθλον, καὶ προΰπαρξιν ψυχῶν.

THEOGNOSTUS.

Praeter ea, quae ex Theognofti libris Hypotypofeon Photius tradidit cod. CV. p. 280 (verifimillime is tamen acrius in Theognoftum invectus), fuperfunt quoque fragmenta nonnulla opusculi de blasphemia in fpiritum fanctum ex Athanafii epift. 4. ad Serapionem §. 11. p. 703 ed. Bened., et libri fecundi Hypotypofeon ex ejusdem ep. de decretis fynodi Nicaenae §. 25. p. 230. Omnia Routhius collegit l. l. III, 221 fqq.

Theologia.

„Primo Hypot. libro (inquit Photius) de patre agit, eumque esse rerum opificem ostendere nititur, etiam contra eos, qui materiam Deo coaeternam faciunt."

„De filio (ait Photius) secundo Hypot. libro argumenta quidem ponit, quibus effici dicit necessario, patrem habere filium. At cum filium dicit, creaturam (*κτίσμα*) esse ipsum demonstrat, et ratione praeditis tantum praeesse. Ac plura id genus alia una cum Origene filio adscribit, sive eadem impietate ductus, sive, ut quis dixerit, illius defendendi studio, exercitationis isthaec gratia, et non ex sua sententia proponens, sive a veritate nonnihil abduci sinens ob imbecillitatem captumque auditoris, qui nulla fortasse fidei christianae cognitione imbutus, minus poterat accuratiorem religionis cognitionem admittere, ut filii propterea qualemcunque cognitionem auditori utiliorem existimaret esse, quam si omnino nec agnitus ille sit, nec auditus. . . Septimo libro, quem de Dei creatione inscripsit, aliquanto pie magis . . agit praesertim de filio in extrema operis parte." Ipse noster apud Athanas. l. l. „Non extrinsecus", ait, „adinventa est filii substantia, *οὐδὲ ἐκ μὴ ὄντων ἐπεισήχθη· ἀλλὰ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἔφυ*, ut lucis splendor et aquae vapor; neque enim splendor aut vapor ipsa aqua vel ipse sol est, neque rursus aliquid est alienum; [fortasse addendum: *οὔτως οὔτε ὁ υἱὸς αὐτὸς ὁ πατὴρ ἐστὶν, οὔτε ἀλλότριος·*] *ἀλλὰ ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας*, ita tamen, ut nullam divisionem eadem patris substantia sit perpessa. Ut enim sol idem manens radiis ab ipso profluentibus non minuitur; ita neque patris substantia mutationem ullam patitur, cum filium sui ipsius imaginem habet."

„De spiritu sancto (Photius l. l.) tertio Hyp. libro argumenta quidem adhibet, quibus spiritum sanctum esse conatur ostendere; verum cetera, ad modum Origenis libro de principiis, etiam hic nugando delirat (*παραληρεῖ*)."

Angelologia et Daemonologia.

„Quarto Hyp. libro (de sententia Photii) inania aeque atque Origenes de angelis et daemonibus jactitans exilia (*λεπτὰ*) ipsis corpora induit."

Christologia.

„Quinto et sexto H. l. (ib.) agit περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Σωτῆρος, tentatque suo more demonstare, incarnationem filii fieri potuisse." De **blasphemia in spiritum sanctum**, qui Christianis efficacem sese praebeat, apud Athanas. l. l. haec verba facit: „Qui primum et secundum terminum transgressus est, minori supplicio dignus videri possit; qui autem tertium contempserit, non ulterius veniam consequetur" (ubi Athanasius addit: „Primum autem terminum et secundum terminum ait doctrinam de patre et filio acceptam; tertium vero verbum in initiatione et participatione spiritus traditum; quod confirmaturus adducit Joh. XVI, 12. 13"). „Sicut eos (pergit), qui perfecta nondum capere possunt, alloquitur salvator, ad illorum sese parvitatem demittens; cum perfectis autem spiritus sanctus versatur; neque tamen quis ideo dixerit, a spiritus sancti doctrina filii doctrinam superari; sed quod filius quidem sese demittat ad imperfectos, spiritus vero sanctus sigillum sit perfectorum; sic non propter excellentiam spiritus sancti prae filio inexpiabilis et citra veniam est blasphemia in spiritum, sed quia imperfectis datur venia, iis vero, qui donum coeleste gustaverunt et initiati sunt, nulla veniae relinquitur excusatio vel deprecatio."

Quod reliquum est, inde, quod a Photio noster dicitur demonstrasse, filium necessario esse ejusque incarnationem fieri potuisse, sequi videtur, adjutrice philosophia ipsum theologiam tractavisse.

PETRUS MARTYR.

Anthropologia.

In priore de anima sermone, qui inscribitur περὶ τοῦ μηδὲ προϋπάρχειν τὴν ψυχὴν, μηδὲ ἁμαρτήσασαν τοῦτο εἰς σῶμα βληθῆναι (vid. Routh. l. l. III, 346), dicit: *Οὐκ ἐνδέχεται πρὸ σωμάτων ἐν οὐρανῷ ἁμαρτάνειν ψυχὰς, μηδὲ ὅλως πρὸ σωμάτων ὑποστάσας. τὸ γὰρ μάθημα τοῦτο τῆς ἑλληνικῆς ἐστι φιλοσοφίας, ξένης καὶ ἀλλοτρίας οὔσης τῶν ἐν Χριστῷ εὐσεβῶς θελόντων ζῆν* (ex Justiniani ep. ad Menam. ap. Routh. l. l. p. 347).

Christologia.

„Dei voluntate verbum factum est caro, habituque inventum ut homo non recessit a deitate" (ex libri de divinitate fragm. ap. Routh. l. l. III, 344). Quare jure Ephremius patriarcha Antiochenus apud Photium in biblioth. cod. CCXXIX. p. 805: *Ὅτι δὲ δύο φύσεων ἕνωσιν*, ait, *καὶ μίαν ὑπόστασιν καὶ πρόςωπον ἓν ὁμολογεῖν, τοῦ ὀρθοῦ φρονήματός ἐστι, καὶ τῶν πατέρων κήρυγμα. Ἰωάννης μὲν ὁ Χρυσόστομος .:. μαρτυρεῖ, . . ἀλλὰ καὶ Πέτρος ὁ Ἀλεξανδρείας καὶ μάρτυς* etc. „Et signa omnia, quae fecit, et virtutes demonstrant, *αὐτὸν θεὸν εἶναι ἐνανθρωπήσαντα. τὰ συναμφότερα τοίνυν δείκνυται· ὅτι θεὸς ἦν φύσει καὶ γέγονεν ἄνθρωπος φύσει*" (ex homil. de adventu salvatoris nostri apud Routh. l. l. p. 346). „Neque vero ea de causa egenus factus est, cum esset dives, ut virtutis aut majestatis suae perfectione exueretur; sed ut et mortem pro nobis peccatoribus susciperet (1 Petri III, 18) . ." (de divinit. l. l. p. 344).

„Deus autem *Λόγος* citra viri commercium, Dei, qui quidvis efficere potest, voluntate in virginis utero incarnatus est, viri operatione aut praesentia ad hoc minime requisita. Dei namque virtus virginem per spiritus sancti adventum obumbrans, viro efficacius operata est" (ib. p. 345). „Magi infanti obtulerunt maxime opportuna et magnifica dona, aurum et thus et myrrham, ut regi et Deo et homini" (de poenitentia cap. 13 ap. Routh. III, 341).

Sacra coena Petro est *μετάληψις τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος* (ib. c. 8. p. 329).

ARIUS.

Theologia.

Praecipuas Arii de filio Dei sententias ex ipsius Thalia tradidit Athanasius contra Arianos orat II. ed. Colon. T. I. p. 310—312 (cf. orat. I. p. 294 sq.): *Οὐκ ἀεὶ ὁ θεὸς πατὴρ ἦν, ἀλλ' ἦν, ὅτε θεὸς μόνος ἦν καὶ οὔπω πατὴρ ἦν. Ὕστερον δὲ ἐπεὶ γέγονε πατὴρ, οὐκ ἀεὶ ἦν ὁ υἱός. Πάντων γὰρ γενομένων ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ πάντων ὄντων κτισμάτων καὶ ποιημάτων γενομένων, καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν· καὶ ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ οὐκ ἦν, πρὶν*

γενηθῇ· ἀλλ' ἀρχὴν τοῦ κτίζεσθαι ἔχει καὶ αὐτός. Ἦν γάρ, φησὶ, μόνος ὁ θεὸς, καὶ οὔπω ἦν ὁ λόγος καὶ ἡ σοφία. Εἶτα θελήσας ἡμᾶς δημιουργῆσαι, τότε δὴ πεποίηκεν ἕνα τινὰ, καὶ ὠνόμασεν αὐτὸν λόγον καὶ υἱὸν καὶ σοφίαν, ἵνα ἡμᾶς δι' αὐτοῦ δημιουργήσῃ. . Καὶ τῇ μὲν φύσει, ὥςπερ πάντες, οὕτως καὶ αὐτὸς ὁ λόγος ἐστὶ τρεπτὸς, τῷ δὲ ἰδίῳ αὐτεξουσίῳ, ἕως βούλεται, μένει καλὸς, ὅτε μέντοι θέλει, δύναται τρέπεσθαι καὶ αὐτὸς ὥςπερ καὶ ἡμεῖς, τρεπτῆς ὢν φύσεως. Διὰ τοῦτο γάρ φησι καὶ προγινώσκων ὁ θεὸς ἔσεσθαι καλὸν αὐτὸν, προλαβὼν ταύτην αὐτῷ τὴν δόξαν ἔδωκεν, ἣν ἂν καὶ ἐκ τῆς ἀρετῆς ἔσχε μετὰ ταῦτα. . Εἰπεῖν δὲ πάλιν ἐτόλμησεν, ὅτι οὐδὲ θεὸς ἀληθινός ἐστιν ὁ λόγος, εἰ δὲ καὶ λέγεται θεὸς, ἀλλ' οὐκ ἀληθινός ἐστιν, ἀλλὰ μετοχῇ χάριτος, ὥςπερ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, οὕτω καὶ αὐτὸς λέγεναι ὀνόματι θεός. Καὶ πάντων ξένων καὶ ἀνομοίων ὄντων τῷ θεῷ κατ' οὐσίαν, οὕτω καὶ ὁ λόγος ἀλλότριος μὲν καὶ ἀνόμιοιος κατὰ πάντα τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας καὶ ἰδιότητός ἐστι. Τῶν δὲ γενητῶν καὶ κτισμάτων, ἴδιος καὶ εἷς αὐτῶν τυγχάνει. . Καὶ τῷ υἱῷ ὁ πατὴρ ἀόρατος ὑπάρχει, καὶ οὔτε ὁρᾶν, οὔτε γινώσκειν τελείως καὶ ἀκριβῶς δύναται ὁ λόγος τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. ἀλλὰ καὶ ὃ γινώσκει καὶ ὃ βλέπει, ἀναλόγως τοῖς ἰδίοις μέτροις οἶδε καὶ βλέπει. . Καὶ γὰρ καὶ ὁ υἱὸς, φησὶν, οὐ μόνον τὸν πατέρα ἀκριβῶς οὐ γινώσκει, λείπει γὰρ αὐτῷ εἰς τὸ καταλαβεῖν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν οὐκ οἶδε. Καὶ ὅτι μεμερισμέναι τῇ φύσει καὶ ἀπεξενωμέναι καὶ ἀπεσχοινισμέναι καὶ ἀλλότριοι καὶ ἀμέτοχοί εἰσιν ἀλλήλων αἱ οὐσίαι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ὡς αὐτὸς ἐφθέγξατο, ἀνόμοιοι πάμπαν ἀλλήλων ταῖς τε οὐσίαις καὶ δόξαις εἰσὶν ἐπ' ἄπειρον. Τὸν γοῦν λόγον φησὶν εἰς ὁμοιότητα δόξης καὶ οὐσίας, ἀλλότριον εἶναι παντελῶς ἑκατέρων, τοῦ τε πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. — Τούτοις γὰρ ἐφθέγξατο, Athanafius ait, τοῖς ῥήμασιν ὁ ἀσεβὴς, καὶ διῃρημένον δὲ εἶναι καθ' ἑαυτὸν, καὶ ἀμέτοχον κατὰ πάντα τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἔφησεν. — Non repugnat, quod, alia quidem ratione et cautius, Arius in epiſtola ad Euſebium Nicomed. apud Theodoretum hiſt. eccl. I, 4 de filio dicit: Ὅτι ὁ υἱὸς οὐκ ἔστιν ἀγέννητος, οὐδὲ μέρος ἀγεννήτου, κατ' οὐδένα τρόπον, οὐδὲ ἐξ ὑποκει-

μένου τινός· ἀλλ' ὅτι θελήματι καὶ βουλῇ ὑπέστη πρὸ χρόνων καὶ πρὸ αἰώνων πλήρης (ex Arii fcilicet interpretatione) *θεὸς, μονογενὴς, ἀναλλοίωτος, καὶ πρὶν γεννηθῇ ἤτοι κτισθῇ ἢ ὁρισθῇ ἢ θεμελιωθῇ, οὐκ ἦν· ἀγέννητος γαρ οὐκ ἦν.*

Chriftologia.

Illam fuam fententiam Arius etiam ex iis Novi T. locis derivavit, ubi de fola humana Jefu Chrifti natura fermo eft, indeque fit perfpicuum, id quod praeterea Athanafius (v. c. de falutari adventu J. Chr. ed. Col. T. I. p. 635. 636 hisce verbis: *Ἄρειος δὲ σάρκα μόνην πρὸς ἀποκρυφὴν τῆς θεότητος ὁμολογεῖ· ἀντὶ δὲ τοῦ ἔσωθεν ἐν ἡμῖν ἀνθρώπου, τοῦτ' ἐστὶ τῆς ψυχῆς, τὸν λόγον ἐν τῇ σαρκὶ λέγει γενονέναι, τὴν τοῦ πάθους νόησιν καὶ τὴν ἐξ ᾅδου ἀνάστασιν τῇ θεότητι προςάγειν τολμῶν*) et Didymus (v. c. de trinitate lib. III. c. 21. p. 396; c. 30. p. 424) pluribus locis dicunt, humanam Jefu naturam ad folum corpus ab Ario effe relatam *).

(MACARIUS POLITICUS **).

Affervavit Cavius hift. lit. fcript. eccl. ed. Genev. 1693. p. 146 — 148 fermonem Macarii *περὶ ἐξόδου ψυχῆς δικαίων καὶ ἁμαρτωλῶν, τὸ πῶς χωρίζονται ἐκ τοῦ σώματος καὶ πῶς εἰσιν,* in quo revelationes defcribit ab angelis quondam in eremo acceptas et, ut alia miffa faciam, etiam haec habet: „Peccatrix anima dum adhuc in corpore manet, malarum actionum foetorem emittit quendam, poft mortem vero multo majorem. . E natura fua anima lucida eft et pura, immortalis quippe lucis fpiramen; in corpore autem pofita fi illud bene non gubernet, a peccato quodammodo polluitur, ifta quidem magis, illa

*) Athanafium h. l. praeterimus, quia fententia de ipfius fcholae Alex. cat. praefectura probabilis non eft. Doctrinae ejus primariae de *ὁμοουσίᾳ* filii cum patre paulo poft adftipulatus eft Didymus, cujus doctrinam deinceps exponemus.

**) Quae ad hunc pertinent, parenthefi inclufa dabimus, quippe a Macario non amplius catecheta (fi unquam, quod dubium eft, catecheta fuit), fed monacho dicta et nimium a ceterorum Alexandrinorum differendi ratione discrepantia.

vero minus. . Animas et justorum et injustorum angeli e vita educunt, injustorum animas praesentiam angelorum exhorrescentes. . Anima injusti antequam sistatur judici, a conscientia sua indefinenter judicatur." His expositis ab angelis Macarius quaerit: „Quandoquidem ex patribus traditum est, tertia et nona et quadragesima die oblationem pro mortuo in ecclesia Deo reddi, quid utilitatis exinde animae in exitu redundat?" Dicit angelus: „Nil inopportune neque inutiliter in ecclesia sua fieri concessit Deus, coelestia vero et terrena ipsius mysteria in ecclesia sua fieri concessit Deus et celebrari jussit. . Per duos dies permittitur animae, ab angelis satellitibus stipatae, in terra, ubicunque velit, obambulare. Quae corporis igitur amori mancipata est anima, aliquando domum, in qua separata est, circumvagatur, nonnunquam sepulcrum, in quo reconditum est corpus; et ad hunc modum biduum exigit, portus ad instar cadaver suum quaerens. Pia vero anima ad locos, in quibus justitiam operari consuevit, abit. Tertio autem die omnes Christianorum animas ad coelos adduci jubet, qui die tertio a mortuis resurrexit, Christus omnium Deus, ut resurrectionem ipsius imitatae Deum omnium creaturarum adorent. . Posthac a Deo mandatur, ut diversa amoenaque sanctorum habitacula et paradisi pulchritudo animae ostendantur. Ista omnia perdiscit anima sex diebus. . Tum repente mutatur et doloris sui, quem in corpore posita patiebatur, obliviscitur. Sin vero peccatis obnoxia sit, cum sanctorum voluptates videt, contristari se ipsamque condemnare incipit. . Tum anima rursus ad adorandum Deum adducitur. . Deinde in infernum deducitur, . . et diversae ostenduntur impiorum poenae, quibus assidentes peccatorum animae assidue lugent ac dentes strident. Per hasce poenarum diversitates circumfertur anima XXX dies. . Die XL. iterum ad adorandum Deum reducitur, et tum secundum opera illius locum illi, ubi in aeternum asservetur, indicit judex. . Animas non baptizatas angeli inclementes ex corpore excipiunt, verberantes illas et dicentes: Adesdum impia anima; quis dominus tuus omniumque Deus, quem scire noluisti, in mundo secura degens? Nunc vero eum agnosce aeternis addicta poenis" et qu. sq.)

DIDYMUS.

Cf. quae Mingarellius in editione fua (vid. huj. comm. p. 3) de Didymi doctrina expofuit.

Syftema fuum theologiae Didymus folius ex fcripturae facrae dictis exftruere conatur; neque eft cur hoc uberius demonftremus, quippe quod omnes librorum de trinitate paginae, dictis librorum facrorum probantibus refertae, difertiffime oftendant. Argumentum ex traditione petitum attingit quidem, fed non urget, illud tantum haereticis veluti obiter exprobrare contentus, novam effe eorum doctrinam, ipfosque ex „inconcuffa domo" (de trin. lib. II. c. 6. p. 174), ex ecclefia egreffos effe. Attamen juxta fcripturam f. omnino a noftro etiam traditionem tanquam fidei fontem acceptam effe, jam colligi licebit ex crebro vocabuli orthodoxiae ufu (quam quidem in fuftentandis decretis Nicaenis maxime ponit); cf. de trin. II, 11. p. 247; 27, 309; III, 8, 334 al. loc. Praeterea in Enarratt. in 1 Petri II. (biblioth. patr. max. Lugd. T. IV.) p. 324. D. dici quicquam vetat "praeter fenfum et fanctiones ecclefiafticas.„

Quamquam in fcriptis quae fuperfunt Didymus imprimis acuminis ingenii et, ut ita dicam, doctrinae biblicae fpecimina edidit, tamen, isque Origenis doctrinam ac docendi rationem haud mediocriter admiratus (id quod Mingarellius Veferum Teftimon. de Did. in ed. fua p. 473 fqq. comprobavit), philofophiam ex theologia minime removit, fed juxta τὴν πίστιν τοὺς λόγους plurimi fecit (cf. de trin. III, 1, 316). Ita in Commentariis in Acta Apoftolorum ad cap. VII. T. IV. Anecdotorum Wolfii p. 23 docet, „doctrinam externam non omnino contemnendam effe; in laude enim ponitur, quod Mofes omni fapientia Aegyptiorum fuerit inftructus, ficut et de Daniele et fociis ejus Judaeis praedicatur, quod omnes in Chaldaeorum philofophia affinibusque fcientiis fuperarint", atque, ficut fuperiores Alexandrini, interdum (cf. Comm. ad Act. II, 26 in Wolfii Anecdot. IV, 11) „fimpliciorum" fententias a fuis feparat. Neque igitur mirum eft, quod profanorum fcriptorum dicta haud raro allegavit. Sic de trin. I, 26, 29 laudat τοὺς ἔξω, atque ib. III, 1, 314 et 5, 354 Ariftotelis,

ib. III, 1, 319 Euripidis (τοῖς τῶν Ἑλλήνων εὐδοκίμοις annumerati), ib. I, 19, 58 et III, 4, 351 Platonis, ib. III, 6, 358 Sophoclis, ib. II, 3 Mercurii Trismegiſti, ib. III, 1 Diagorae Melei, aliorum virorum παρ' Ἕλλησιν δοκίμων ib. II, 27, 299 ſqq.; III, 2, 321 ſqq.; 18, 386; 21, 396. 402. 404 al. loc. auctoritate uti non dubitat.

Bibliologia.

Revera ſcripturam ſ. divinitus eſſe inſpiratam diſerte Didymus ait Enarratt. in 1 Joh. II. p. 329, eamque de trin. I, 16, 43 παντελῶς θείαν et πνευματικὴν appellat, et ita quidem ib. p. 44 locum Joh. XIV, 28 ταῖς ἱεραῖς κεχρησμῳδῆσθαι βίβλοις dicit. Neque Novo ſoli, verum etiam Veteri T. auctoritatem divinam noſter tribuit. Etenim Enarr. in 1 Petri I, 1. p. 322. D., ubi eos vituperat, "qui minores faciunt priſcos poſteris„: "Multi„, ait, "ſunt etiam haereticorum, qui hac falſa ſententia ſeducuntur, deſiderium habentes maximum, ut Veteri derogent Teſtamento„ (cf. de trin. III, 18. p. 383). Namque filium jam in V. T. loquutum eſſe dicit En. l. l. C. H., et ſpiritum ſanctum eundem in V. et N. T. conſpicuum eſſe ait de ſpiritu ſancto lib. I. in Hieron. Opp. ed. Martianaei T. IV. P. I. p. 495, eundem in prophetis atque apoſtolis operatum (καὶ προφήτας καὶ ἀποστόλους ἐνήχησεν de tr. II, 25. p. 296). Hinc de trin. II, 14, 263 Davidem πνευματόφορον appellat, eumque in ſpiritu ſancto prophetaſſe dicit ib. III, 33, 430, et III, 9, 352 Jeremiam loquutum eſſe cenſet ἀπὸ τοῦ παναγίου πνεύματος.

Theologia.

Deus Didymo eſt ἀμεγέθης i. e. quantitatis expers (de trin. I, 16, 39; II, 1, 112. 113 et Comm. in Pſalm. XXXIII, 4 in Caten. Corderian. T. I. p. 604). "Deus„, ait de ſpiritu ſancto II. p. 415, "ſimplex et incompoſitae ſpiritualisque naturae, neque aures, neque organa (quibus vox emittitur) habet, ſed ſolitaria incomprehenſibilisque ſubſtantia nullis membris partibusque componitur.„ Corporeis oculis videri Deum non poſſe tradit Enarr. in 1 Joh. IV. Ipſum a nulla creata intelligentia comprehendi poſſe docet Enarr. in 1 Joh. I,

de trin. I, 15, 26, alibi. Quare Eunomianos fuse confutat Enarr. in 1 Joh. III, quod se Deum perfecte cognoscere affirmarent. *Τίς ἐπιδράττεται*, inquit de trin. II, 7, 191, *τῆς ἀφανοῦς καὶ ἀχωρήτου θεότητος;* et ib. III, 16, 375: „Deus cum supra invisibile et supra id quod maxime occultum est et supra omnem mentem existat, non modo sub visionem aut omnino sub sensum cadere non potest, sed ne mente quidem ipsorum angelorum inspici, quod sit *ἀκατάληπτος* et *ἀπρόςιτος*. Quod enim Deus existat, omnibus notum est; quid autem aut quomodo sit, creatae mentis speculatio assequi non valet; quarumcunque enim naturalium rerum cognitionem cognitio ista praetergreditur." Hunc Deum dicit modo *παντοδύναμον* (de trin. I, 15, 20), modo *παντοκράτορα* (saepissime), modo *παντεξούσιον* (de tr. I, 15, 35), modo *ἀπειροδύναμον* (ib. I, 27, 85). Redarguit quoque (de sp. sancto III. p. 520) "haereticorum errorem, qui bonitatem a justitia separantes alium Deum bonum, alium justum finxerunt. Ecce enim impraesentiarum ipse est Deus et bonus et judex, et juxta misericordiam suam justitiamque restituens; et pariter bonus justusque subsistens. Frustra igitur iniquum dogma simulantes, bonum Deum evangelii, et Veteris T. justum esse defendunt, quia et in plurimis aliis locis, et nunc in prophetae sermone judex bonus scribitur Deus, et e contrario quod nolunt, in Pauli apostoli epistola (2 Tim. IV.). . Deus justus judex refertur„ Bonitas autem Deo est *ἔμφυτος* et *τελεία* (de trin. I, 18, 51); "est enim bonus secundum substantiam, . . ita ut multa sit differentia boni Dei et bonae creaturae„ (En. in 1 Joh. III. p. 330. A.). (Cf. de tr. II, 7, 202, ubi Deus *φιλανθρωπεύσασθαι* dicitur *αὐτοῦ* (fortasse *αὑτοῦ*) *ἕνεκα*.) "Deus vero cum bonus sit, fons et principium bonorum est; facit igitur eos bonos, quibus se impertit, bonus ipse non factus ab alio, sed subsistens; ideo capabilis, non capax„ (de sp. sct. I. p. 496).

Coelos, qui sunt ex creatarum rerum praecipuis, de tr. I, 32, 97 res inanimatas (*ἄψυχα*) et ib. II, 6, 192 creaturam irrationalem (*τὴν μὴ οὖσαν λογικήν*) appellat. Jamvero cum dixerit ib. II, 1, 114, coelos a spiritu sancto corroboratos esse atque sanctificatos, minime sibi repugnat. Verisimillime enim

h. l. non intelligit ſubſtantiam coelorum. Reſpicit ibi atque adeo explicat Pſaltis illud: Verbo domini coeli firmati ſunt etc. Eum vero locum accipi poſſe cum de coelorum ſubſtantia, tum de angelis coelorum incolis, docet ipſemet de tr. II, 6, 174. Itaque cum coelos quidem vocat res inanimatas et creaturas irrationales, de coelorum ſubſtantia loquitur, cum vero eos a ſpiritu ſanctificatos dicit, alteram ſequitur interpretationem, ex qua etiam de tr. II, 4, 132 angelos σώματα οὐράνια nuncupari dicit. Verum etiamſi illo loco de tr. II, 1 intellexerit ſubſtantiam coelorum, tamen inde non ſequitur, animam eis ab ipſo tribui, cum de tr. II, 25. p. 296 πᾶν τὸ πεποιημένον ἁγιάζειν ſpiritus ſanctus dicatur.

Neque malum (ethicum), neque mala (phyſica) hujus terrae Deo vitio verti poſſunt. „Nos . . dicimus, non eſſe auctorem vitii, qui eum fecit, qui poteſt ſua propenſione ac nutu ad vitium venire. Animal enim rationis particeps fecit Deus, quod volebat, ut voluntate ſua bonum eſſet, libera alioqui poteſtate praeditum, qua poſſet in utramque partem flecti; volebat enim ut homo eſſet bonus, eligendo ſponte bonum; nemo enim invitus poteſt eſſe bonus; potius omnes boni volentes ſunt boni. Quare oportebat, ut qui voluntate ſua futurus eſſet bonus, poteſtatem haberet, qua idoneus et aptus eſſet ad capiendum, quod bonum et honeſtum eſſet. Conſentaneum vero erat, ut quod bonum capere poterat, poſſet item malum. Sic fabricato rationis participe, ut ad capiendam virtutem et vitium vim inſitam haberet, datum eſt mandatum, ut virtutem haberet actu; vitium vero non actu, ſed ſola aptitudine (κατ' ἐπιτηδειότητα μόνην). Lex enim creatoris hortatur et roborat atque adjuvat ad virtutem, dehortans naturam a vitio. Quamvis igitur inſit poteſtas in compote rationis ad capiendum vitium, non propter poteſtatem eſt malus iſte; utriusque enim, virtutis ſcilicet et vitii, ſunt poteſtates et electiones. . Neque noſtra ſolum eſt haec opinio, ſed omnium, qui recte de animalibus ratione praeditis philoſophati ſunt. . . Etenim quia non poteſt virtus cum vitio ſimul arripi, eſt autem amica Deo virtus, utriusque poteſtatem immiſit utenti ratione, ut poteſtatem quidem virtutis ad ſuscipiendum actum illum participaremus, poteſtatem vero

vitii ad abstinendum a fine potestatis, qui est actus (*ἀμφοτέρων τὰς δυνάμεις ἐνιεὶς τῷ λογικῷ, διὰ τοῦτο ἐνῆκεν αὐτὰς, ἵνα τὴν μὲν εἰς ἐνέργειαν μεταλάβωμεν, τῆς δὲ ἑτέρας δυνάμεως τοῦ τέλους, ὅπερ ἐστιν ἡ ἐνέργεια, ἀπεχώμεθα*). Quare omnis particeps rationis factus est, ut esset probus et non pravus. Si quis igitur ratione utentium via auctori et gubernatori contraria ingressus est, non est culpa fabricatoris et legislatoris, sed eorum, qui contra leges sancitas et earum providentiam vires intenderunt (*τῶν ἀντιτεινάντων πρὸς τοὺς δοθέντας τοὺς προνοουμένους νόμους*)" (contra Manichaeos in Canisii lectionibus antiquis ed. Basnag. vol. I. p. 212). Quod autem ad mala attinet, *πᾶν τὸ ὑπὸ θεοῦ ἐπιφερόμενον* (omne, quod a Deo infligitur) *χρησίμως ἐπιφέρεται, τυγχάνον ἢ ἀγαθοῦ ποιητικὸν ἢ κωλυτικὸν κακοῦ· ὁ ἄρα θεὸς κωλύειν τὸ κακὸν βουλόμενος ἐπιφέρει τοῦτο* (ib. p. 216). Doctrinam

de trinitate

e Nicaenae synodi decretis Didymus constituit (cf. quae de Didymi hermeneutica supra tradidimus).

De patre, cujus est *ὑπόστασις ἄῤῥητος καὶ ὑπερούσιος καὶ προούσιος καὶ καθολικὴ καὶ ἄμορφος* (de trin. II, 4, 134), quid Didymus porro statuerit, in exponenda doctrina de filio et spiritu sancto cognoscemus.

Filium singularem *ὑπόστασιν* esse, multis locis Didymus ait, veluti de trin. I, 18, 48. "Considera„, ait Enarr. in 1 Joh. V. p. 335. B., "quemadmodum consubstantialis patri, et non idem numero secundum Sabellium filius sit cum patre.„ "Unus (de sp. scto II. p. 515) est patri filius, non juxta Sabellii dictum patrem et filium confundentis, sed juxta indiscretionem essentiae sive substantiae.„ Jam diu, antequam homo factus est, per gratiam suam filius efficacem sese hominibus praebuit (Enarr. in 1 Petri I. p. 322; de trin. III, 28, 421). "Eadem, qua pater, est divinitate„ (En. in 1 Petr. I. p. 323. A. D.; in 2 Joh. p. 335. C.); "est Deus substantialiter repraesentatus (En. in 1 Joh. IV. p. 338. E.), verus Deus„ (in 1 Joh. V. p. 335. B.; in ep. Jud. p. 336. E.). "Loqui patrem et audire filium, vel e contrario filio loquente

audire patrem, ejusdem naturae in patre et filio confensusque fignificatio eft„ (de fp. fcto II. p. 515). "Filius eadem a patre accipere dicitur, quibus ipfe fubfiftit; neque enim quid aliud eft filius, exceptis his quae ei dantur a patre (neque alia fubftantia eft fpiritus fancti praeter id quod datur ei a filio)„ (ib. p. 516). Uberrime libris de trinitate (maxime lib. I.) de homoufia patris filiique nofter agit. „Qui filio credunt, vereri non debent, ne accufentur, quod creatis diis (*κτιστοῖς θεοῖς*) honorem et gloriam referant" (de tr. I, 7. p. 1). „Numquid, haeretici inquiunt (ib. 9. p. 8. 9), volens genuit Deus, an nolens? Sed nos prius, quinam fit illorum fcopus, dicere oportet, tum refpondere. Eorum ergo fcopus eft, ut contra fimplices homines ex utralibet refponfione objectionem ducant. Nam fi refpondeas: Nolens genuit (nemo autem ipfis fic refpondit), dicunt: Ergo quod non vult Deus, patitur filium generans, naturali neceffitate ipfum invitum ad hoc cogente. Sin vero ipfis repofueris: Volens genuit; inferunt: Ergo filii generatio ex patris voluntate pendet, quae exiftentiam ipfi per creationem dat. Maxime autem liberalis (*εὐνουστάτη*) eft ifta refponfio; nam voluntatem et noluntatem (*ἀνεθελησίαν*) et omnem cogitationem antecedit cum Deus et pater qui generavit, tum fplendor gloriae illius, filius, nihilque medium inter hunc et illum, ex quo eft, cogitari poteft. Similiter et imago Dei fe habet. Eft autem praeterea filius prima exiftentia, quae velle aut nolle incipit, nec definit (*ὁ υἱὸς οὐκ ἀρχομένη οὐδὲ παυομένη πρώτη ὕπαρξις τῆς θελήσεως ἢ μὴ θελήσεως*). Generavit ergo in natura, quae confilio et mente fuperior eft. Sed infuper ifta, quam proponunt, quaeftio abfurditate plena eft", et qu. fq. (veluti: „Si omnia per filium ex voluntate patris facta effe credunt, non praeexiftit voluntas; fieri enim nullo modo poteft, ut opifex non fubfiftat, et poftea putetur aliquid per ipfum creatum effe"). „Ipforum (ib. 10. p. 14. 15) eft etiam inane hoc et adfurdum fophisma, hujusmodi verbis expofitum: Si totus generativus (*γεννητικός*) eft ingenitus Deus, non fubftantialiter (*οὐσιωδῶς*) generatus eft is, qui generatus eft, cum tota ipfius fubftantia habeat hoc, quod eft generare, non vero generari. Sed audiant refponfionem. Si tota lux eft generativa,

non fubftantialiter fplendorem (ἀπαύγασμα) generat, fed ab extrinfeco eum acquirit, cum tota ipfius effentia habeat hoc quod eft generare, non vero generari. Quodfi lux non ab extrinfeco fplendorem accipit, fed ex tota effentia illum continuo generat, ne Deus quidem filium ab extrinfeco fibi additum habuit, fed eum ex tota fubftantia continuo genuit, utpote incorporeus; ex quo fit, ut fit vere pater. Inferunt rurfus, iis, quae fcriptura docet, femper contraria docentes: Si transformata Dei effentia γέννημα dicitur, non eft immutabilis ejus effentia, cum filii facturam (ἰδιοποίησιν), quae patris propria eft, operata fit mutatio. Sed ne hoc quidem quisquam ipfis concedit ut dicant; haec enim a Chriftianis aliena effe, commemorata fcripturae dictio (Hebr. I, 3) probat, quae cuivis haeretico permolefto morbo obfiftit. Si enim transformata lux fit fplendor, non eft immutabilis lux, cum fplendoris facturam, quae lucis propria eft, mutatio operetur; fi vero lux non mutata fplendorem generavit, manens ipfa lux et fplendorem habens connaturaliter (συμφύτως) ex fe ipfa perfectum; etiam Deus manet immutabiliter Deus, etfi proprii fplendoris pater fit, cum non ab extrinfeco illum acceperit, fed ex fubftantia eum generaverit perfectum." „Paulus Hebraeis fcribit (ib. 15. p. 23): Qui cum fit fplendor gloriae patris, i. e. coaeternus ipfi et ὁμοούσιος. Ut enim ea, quae comparationem non admittunt, comparatione aliqua et exemplo illuftrentur, atque hoc faltem modo aliquantulum illud, quod fupra mentem eft, mente concipiatur, dicam (cum parvo id comparans, quod magnum eft et duntaxat magnum), fimulac fol exiftit, e folis natura et ex toto difco indivife et continue et aquali menfura totam lucem fimul exferi fimulque operari, ac fimul calorem rebus, quae hanc fenfationem excipere queunt, praebere; fubftantiae vero, a qua lux effunditur, qualitatem omnem in femetipfo exferit ipfum lumen, quippe cum primo ipfo momento, non vero pofteriori, ab ea profundatur fimulque cum ea et procedat et fubfiftat. Quodfi fplendor, eorum quidem fententia, aliquando non erat; ubinam erat ea, ex qua fplendor ipfe eft, lucis hypoftafis?" „Filius (ib. 16. p. 38 fqq.) ab aeterno genitus eft, cum vero fuo patre, veluti lux cum folis difco, et fimul exiftens

et simul operans; illud vero etiam habet, ut et sit et a scripturis dicatur Deus, Dominus, Sanctus, Creator, Incorruptibilis, Vita, Lux et omnia quaecunque est pater. Ac potius ex pluribus similitudinem habere debet et aequalitatem, quam ex uno dissimilitudinem. Quomodo autem Adamus et Eva, qui geniti non fuerant, neque patrem habuerant, nobis, qui ex ipsis orti sumus, natura aequales fuerunt? Aut qualis omnino est ea comparatio vel mensura, ad quam illum, qui est, ut ipsi inquiunt, *ἀνόμοιος*, referunt, dum in eo insistunt, ut patrem praestantiorem dicant atque majorem? cum scriptura quidem ex una parte neque naturarum in sancta et aeterna, una individuaque trinitate distinctionem admittat, neque alteri hoc attribuat, ut prior sit, alteri autem, ut posterior; ex alia vero parte duo haec manifesta sint: primo scilicet manifesto non sequi, ut quod majus est, sit *ἑτεροούσιον*, deinde comparativa de iis, quae *ὁμοούσια* sunt, non de iis, quae sunt *ἑτεροούσια*, enunciari. Neque vero temporarium (*καίριον*) illum dicere tentabunt (haeretici), quia ne de illo quidem, qui *ἀσύγκριτος* (parem excludens) et major est, dicitur. Non quoad quantitatem (*μέγεθος*) aut quamdam molem (*ὄγκον*) (sc. filius est minor patre); etenim sine magnitudine est ac sine latitudine, et a quavis quantitate et compositione et figura alienus Deus Verbum, quemadmodum etiam pater et sanctus illius spiritus; et a nulla quidem re ipse continetur, omnia vero in se continet, eo quod omnium etiam quantitatum principium est, utpote earum factor. Quomodo enim in supremis et incorporeis et divinis hypostasibus magnitudo esse potest? Nec quoad aeternitatem (*ἄναρχον*); etenim una cum patre coexistens est, utpote splendor gloriae illius, et non habens ante se Deum. Nam in principio, inquit, erat Verbum. Neque vero Deus commensuratur tempori, neque factor facturae; alioqui necessitas eos illuc adiget, ut ante aeternum et creatae menti incomprehensibilem Deum patrem tempus subsistens ponant, ac tum comparationem instituant, quod vel cogitare periculosum est... Neque ut causa (*αἴτιος*); neque enim est illius causa, cum filius quoque unigenitus principio carens ostensus sit; alioqui simili ratione ipso ac nobis major esset pater, quod absit ut dicamus aut dicenti aures

praebeamus. Neque quoad effentiam (*οὐσίαν*) et fimilitudinem (*ὅμοιον*); ex eo enim eft ficut unigenitus a patre, plenus gratiae et veritatis, et ficut character hypoftafeos . . et ficut imago Dei (Col. II, 9). . Neque quoad qualitatis intenfionem (*ποιότητος ἐπίτασιν*), quoniam qualitates non funt divinae et ineffabiles perfonae; in corporibus enim eft qualitas, illae autem incorporeae funt et intelligibiles. Sed ne illud quidem de ipfis cogitare poteftis, effe in illis pulcro pulcrius. . Neque quoad aequalitatem (*τὸ ἴσον*), quia magnus et fuper omnia Deus dicitur filius in fcriptura et aequalem fe ipfum faciens patri. . Neque quoad potentiam (*δύναμιν*). Scriptum eft enim: Chriftum Dei virtutem et Dei fapientiam, et omnia quaecunque facit pater, filius quoque fimiliter facit. . Neque quoad gloriam aut quandam dignitatem (*κατὰ τὴν δόξαν ἤ τι ἀξίωμα*) — 1 Cor. II, 8; Joh. V, 23. . Secundum quid ergo reftat, ut major fit pater et diffimilis filius? Secundum nihil, ut oftenfum eft." „Alioqui (p. 41) ne pater quidem ingenitus atque incomparabilis dicendus jam erit, fi ille, qui creatus et ei diffimilis eft, ipfius imago et character eft. Divina haec et interpretatione non indigentia oracula recte non intelligentes haeretici, fed et ea pervertentes, et humanis commentis ad impugnanda Dei verba utentes, fic ajunt: Aliud eft Deus, aliud imago Dei; ficut aliud eft homo, aliud imago hominis; ac vivum atque operantem Deum Verbum imagini motu deftitutae quodammodo affimilant, cum is et quoad effentiam et quoad omnia imago fit patris omni omnino diverfitate carens et aeterna, non vero ad illius formam ac figuram fit, inftar fimulacri a plafte effecti aut fculpti, quod inanimum eft, nec fua fe vi movens; neque fecundum illius fpeciem et colorem fit, cujusmodi eft artificiofa ad imitationem facta et muta effigies; hujusmodi enim imagines neque quoad naturam, neque ex integro quoad alia prototypum exhibent. Porro hominis etiam filius imago eft fubftantiae patris fui, fed diverfus ab ipfo eft aetate aut fpecie aut fententia aut vi aut dignitate aut his omnibus fimul, aut aliqua etiam alia re. At Deus Verbum fine ullo discrimine et adamuffim quoad omnia fimplicem et incompofitam et varietate carentem patris divinitatem naturaliter et ab aeterno habet ut patris imago;

nam ipſum eſſe Dei imaginem ſecundum quid et propter aliquid ne cogitare quidem licet (p. 42). Nec vero quidquam illius imago eſt, qui ejus reſpectu incomparabilis ſit; neque per eum, qui diſſimilis ſit aut minor aut ſubjectus, repraeſentari poteſt ille, qui verus ſit et archetypus et major, et ſui ipſe juris et incomparabilis; neque pariter per creaturam naturalis forma creatoris intelligi poteſt; nam ne alia quidem ulla natura alteram in ſemetipſa repraeſentat." „Quaecunque (ib. p. 43) de ſua deitate dixit Unigenitus, ea omnia ſunt filii ſemetipſum comparantis patri, et unum cum illo eodemque honore dignum ſe demonſtrantis. Quin ſpectata coeleſti infinita generatione, quam nihil omnino exprimere ac repraeſentare valet, neque *τέκνον,* neque *παιδίον,* neque *γέννημα* unquam dictus fuit; ne ſcilicet aliquid humile imaginetur quis, aut quod praedictis eorum blaſphemiis artificioſe confictis ſuſpicionem praebeat; verum *υἱὸς* dicitur ob perfectam atque aeternam generationem eandemque plane cum patre naturam." Ib. c. 27. p. 77 ſqq. pro filii divinitate locos ſcripturae ſ. inducit, quibus dicatur, *ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, καὶ ὅτι θεὸς μέγας καὶ ἐπὶ πάντων, πρὸς ὃν οὐ λογισθήσεται ἕτερος, καὶ ἀληθινὸς θεὸς καὶ ζωὴ αἰώνιος καὶ μόνος δεσπότης καὶ μόνος θαυματουργὸς καὶ ὕψιστος καὶ βασιλεὺς καὶ ἐξουσιαστὴς καὶ πάντα ἐν πᾶσι Χριστὸς, καὶ τὰ λοιπά.* Eſt autem filius a patre genitus *φυσικῶς καὶ ἀδιαστάτως* (ib. c. 32. p. 99). „Nullius (ib. 34. p. 102) creatae potentiae, ſed increatae duntaxat propria ſunt et ea quae commemorata ſunt, et ſubſtantiam e nihilo creare, et rationalem eam facere, et illam vivificare, et peccata condonare, et creaturam ſui ipſius propriam dicere, et patrem ex aequo cognoſcere, ſicut ſemetipſum ipſe cognoſcit, et aequalem una cum Deo patre operationem habere, et eſſe in patre et patrem in ipſo aequaliter, et angelos ſibi famulantes habere, et, quod his etiam praeſtantius eſt, unigenitum filium a ſcriptura vocari, ac Deum, et lucem ex luce, et vitam aeternam et veritatem, et ſalvatorem dici, et ubique adeſſe, et omnia in ipſo firmata fuiſſe, et regnum coelorum divinamque pacem, utpote quae ipſius ſit, ſine invidia omnibus largiri, et credentibus . . ſecuritatem in perpetua ſalute

ſitam praebere." „Cumque filius ita ſit genitus (de tr. II, 3, 130), ut cum genitore exiſtat, habet ex ipſa natura bonitatem, et reliqua quaecunque habet pater." Vituperandus igitur eſt „Manichaeus", qui patris filiique naturas ſeparat, *μὴ προσιέμενος τὴν παλαιὰν διαθήκην, ἀλλ' ἀποκαλῶν τὸν μὲν πατέρα ἀπάνθρωπον ὡς ἐκβαλόντα τὸν Ἀδὰμ ἀπὸ τοῦ παραδείσου, τὸν δὲ υἱὸν μόνον φιλάνθρωπον ὡς δι' ἑαυτοῦ παραγενόμενον καὶ σώσαντα* (ib. c. 18. p. 383). Denique de omniſcientia filii noſter differit de tr. III, 22, 404 ſqq., et interpretans locum Marc. XIII, 32 haec habet: „Matthaeus quidem (XXIV, 36 ſqq.) ante Marcum aliis verbis eandem rem nihil omittendo narrans non dixit, filium ignorare, ſed vel ipſum modum conſummationis mundi filio notum eſſe oſtendit. . Ceteri autem evangeliſtae hujus rei ne meminerunt quidem omnino. Sed reſponſum, quo hocce haereticorum argumentum ſolveremus, nobis ſubminiſtrarunt apoſtoli, qui in evangelio Joh. ſic loquuntur: Nunc cognovimus, te omnia ſcire; nempe quatenus filius *λόγος* Dei, per quem omnia facta ſunt; in omnium autem rerum cenſu comprehenditur etiam ultimus dies. Convenienti autem ſenſu interpretari oportet, quod provide a Chriſto negatum eſt. Nam quemadmodum propter nos formam ſervi accipere voluit, ſic etiam dicere voluit ſe neſcire; hoc enim veluti pharmaco uſus eſt, quia prodeſt humanitati id neſcire, de quo ipſa interrogat, ut ſemper exſpectans et in januis eſſe putans judicii tempus, per opera et per fidem parata maneat, ut ſalvetur. Neque enim imprudens condidit ipſe illud tempus, quod neſciret, neque praeterea alterum ſuum adventum ignoravit is, qui et eſt in patre et patrem habet in ſemetipſo; haud dubium vero, quin eum habeat cum cognitione, quam habet pater. Si enim in ipſo eſt pater qui omnia ſcit, novit id et ipſe qui omnia contemplatur in patre. Quomodo enim non videat is, qui lucem habet in ſemetipſo, qui omnia in ordinem redegit et ornavit, qui omnia ſcit antequam oriantur, qui eſt creator temporum, qui et terminum poſuit creaturae, et numerum dierum ſtabilivit, quibus ipſius creaturae conſtitutio perſeveratura eſt, quique dixit: Sicut fur in nocte, venit ultima dies, et rurſus: Non erit in nocte, ut dies in tenebris

vos deprehendat, — qui etiam futura ſigna illius temporis praedixit, et oriri faciet ipſam illam terribilem ac veſpera carentem diem, qui et judicii formam et modum praemonſtravit, qui dictus eſt habere theſauros ſapientiae et ſcientiae, qui haec praemonuit: Erunt in vobis haereſes et ſchismata, qui negationem Judae et Petri negationem ante galli cantum, et diſſolutionem templi praenunciavit, qui pſeudoprophetas poſtremis temporibus futuros praeſignificavit, qui ait: Nemo novit patrem, niſi filius, et: Sicut novit me pater, et ego novi eum? Evidens autem eſt, noſſe ipſum cum ea cognitione, quam habet pater. Quodſi aliud eſt noſſe patrem, aliud vero noſſe quae ſunt patris, majus erit noſſe patrem, quam noſſe quae ejus ſunt, id eſt etiam ultimum diem; quatenus unusquisque major eſt ipſemet, quam quae ſui ipſius ſunt. Sed ita etiam ſumi poteſt illud, Nemo novit diem illam aut horam, neque filius, niſi pater, ſicut quidam ſanctorum patrum ſapientiae plenus ſimpliciter docuit (Baſilio erat illi nomen); quaſi ſcilicet idem ſit ac ſi diceret: Niſi pater noſſet, ne filius quidem noſſet; ex quo ſequitur, ut, ſi pater novit, non poſſim ego ignorare; ſed non dico, inquit; omnia enim facio ſecundum voluntatem patris; non eſt autem voluntas patris, vos hoc noſſe. Vobis ergo, inquit, ignoro, etſi re ipſa non ignorem; praedixi enim vobis per Pſaltem: Longe a ſalute mea verba delictorum meorum, i. e. longe a mea deitate verba, quae dico in incarnatione. Sic autem ſe gerit etiam reſpectu Lazari; nam prius quidem, utpote omnia cognoſcens, dixit: Lazarus dormivit; deinde vero, quaſi nihil ſciret, interrogavit: Ubi poſuiſtis eum? ac demum ut Deus illum ſuscitavit. Sic etiam ſe geſſit reſpectu mulieris haemorrhoide laborantis; nam prius quidem, quaſi homo ignorans, dixit: Quis tetigit me? deinde illam ſanavit ut Salvator", et qu. ſq. (exempla e V. T. deprompta). Quae omnia cum ita Didymus ſtatuerit, dubium eſſe non poteſt, quin preces fundi licere ad filium cenſuerit. „Cum ipſum", ait de trin. I, 33, 100, „viderimus glorificatum, videamus eundem etiam adoratum; utrumque enim Deo et convenit et debetur, non vero creaturae", ad eumque finem allegat locos Pſ. XCIV, 6. 7; XXI, 29 — 31; CXXXI, 7; Hebr. I, 6; Matth. II, 1. 2;

VIII, 2; XIV, 32. 33; IX, 18; XXVIII, 17 (cf. de tr. I, 34. p. 102). Pariter de tr. II, 5, 139: Ἐξ ἴσου, ait, τῷ πατρὶ θεόν τε εἶναι τὸν μονογενῆ λόγον πιστεύομεν καὶ προςκυνοῦμεν καὶ λατρεύομεν αὐτῷ, et ib. c. 21. p. 292: Ἐν τῷ υἱῷ προςκυνοῦντες τὸν πατέρα προςκυνοῦμεν καὶ τὸν υἱόν. Comprehendit repetendo ſuam de divinitate filii Dei ſententiam XXXIV propoſitionibus de tr. III, 2, 322 ſqq., quas h. l. tradere longius eſt.

De ſpiritu ſancto verba noſter facit tum in libris de ſp. ſcto, tum de trinitate. Librorum de ſp. ſcto conſcriptorum rationem indicat de ſp. ſcto III. p. 530, ubi: "Si quis„, ait, "hoc volumen legere voluerit, quaeſumus ut mundet ſe ab omni opere malo et cogitationibus peſſimis, quo poſſit illuminato corde ea intelligere quae dicuntur, et plenus ſanctitate atque ſapientia ignoſcere nobis, ſicubi voluntatem noſtram non implevit effectus, et tantummodo conſideret qua mente quid dictum ſit, non quibus expreſſum ſermonibus. Sicut enim pietatis ſenſum nobis audaciter juxta noſtram conſcientiam vendicamus: ita quantum de eo loqui pertinet, venuſtatem rhetoricam facundiamque juxta conſequentiam textumque ſermonis, nos procul abeſſe ſimpliciter confitemur. Studii quippe noſtri fuit, de ſcripturis ſanctis differentibus pie intelligere quae ſcripta ſunt, et imperitiam menſuramque noſtri non ignorare ſermonis.„ Perſonam ſpiritum eſſe, ſignificat lib. II. p. 507: "Unde diſcentes operatricem et, ita dicam, distributricem naturam ſpiritus ſancti; non abducamur ab his qui dicunt operationem, et non ſubſtantiam Dei eſſe ſpiritum ſanctum. Et ex aliis quoque plurimis locis ſubſiſtens natura demonſtratur ſpiritus ſancti; ut in illo quod apoſtoli ſcribunt (Act. XV, 28): Viſum eſt enim ſpiritui ſancto et nobis, — quia hoc quod dicitur viſum eſt, non operationem ſignificat, ſed naturam.„ (Cf. de tr. I, 18, 48 et praecipue p. 63, ubi Didymus laudatis verbis Zachar. IV, 6 ait: „Quibus in verbis immorandum eſt; cum enim interdum heterodoxi ſpiritum, ſi una cum patre commemoretur, ſignificare dicant quandam virtutem non ſubſiſtentem — ἀνυπόστατον δύναμίν τινα —, ad eorum cavendas inſidias valet illud teſtimonium.") Eſt autem ſpiritus ſanctus, (qui quidem Dei et

Christi unus est, de sp. sct. lib. II. p. 518) revera Deus, quippe diversus ab omni creatura (l. I. p. 495. 496), immutabilis (ib. 496), ubique praesens (p. 497), increatus (p. 498. 502. 509), indivisus (p. 499), miraculosus (ib.), praebens veri nominis gaudium et sapientiam (p. 500), tanquam substantiam suam (p. 501), ejusdemque cum patre filioque naturae (praecipue p. 505 sqq.). Hinc est, quod "patri filioque sociatus eadem potestate creaverit omnia quae pater creavit et filius„ (lib. II. p. 514). "Iste spiritus sanctus (ib. p. 509) consolator a filio mittitur, non secundum angelorum aut prophetarum aut apostolorum ministerium, sed ut mitti decet a sapientia et veritate spiritum Dei, indivisam habentem cum eadem sapientia et veritate naturam. Etenim filius missus a patre non separatur, nec disjungitur ab eo, manens in eo et habens illum in semetipso. Quin spiritus veritatis supradicto modo missus a filio de patre egreditur, non aliunde ad alia transmigrans. Impossibile quippe hoc pariter et blasphemum est. Si enim hic spiritus veritatis juxta naturas corporum certo spatio circumscriptus est, alium deserens locum, ad alium commigravit. Sed quomodo pater non consistens in loco, ultra omnem corporum est naturam: ita et spiritus veritatis nequaquam locorum fine clauditur, cum sit incorporalis, et ut verius dicam, excellens universam rationalem creaturam.„ (Qua ratione progressus sit Didymus in libris de sp. scto ad demonstrandam spiritus sancti divinitatem, exposuit Schroekhius Kirchengeschichte T. VII. p. 78 sqq.). Eodem redit, quod libris de trinitate statuitur de sp. scto. Agitur ibi de divinitate sp. scti praecipue lib. II., in quo toto de sp. scto sermo est, atque imprimis c. 6 — 8., quorum argumentum (c. 6: „Omnia, quae propria sint deitatis, dici in scriptura de spiritu", c. 7: „de divinis operationibus et largitionibus sp. scti" et c. 8: „de potestate, quam habet propriam spiritus s.") ipse fusius dedit p. 107 sqq. Cap. 9., quod deest, spiritum sanctum esse ὁμοούσιον patri et filio sese ostensurum esse, ubi argumentum indicat (p. 109) pollicetur. Cap. 27. autem adeo Graecorum sapientes ac proceres in ipsorum scriptis spiritus sancti cum Deo homousiam illiusque ex hoc processionem agnoscere dicit (p. 111). Jamjam nonnulla de divinitate spiritus s. e libris Didymi de tr.,

maximeque e secundo depromemus. „Filius (de tr. I, 9, 6) est *γεννητῶς*, spiritus s. *ἐκποϱευτικῶς*. . Frustra vero (p. 8) quaeritur discrimen generationis et processionis, cujus sicut modus est ignotus, sic et differentia, si hoc ipsum audire licet aut dicere; nam eorum causas reddere, quae omnem causam et intelligentiam superant, audacis est; divinitatem vero admirari et timorem Dei in eo positum esse existimare, ut cum timore de ipso cogitemus, tutum est." „Nuncupatio spiritus Dei (de tr. II, 2, 118) vel sola, multoque magis cum additamento vocum meus et tuus, perspicue indicat, ipsum et increatum esse et Deum, neque hoc Dei nomen adscititium habere, sed ideo habere, quod ex natura sit id, quod vocatus fuit. Quod autem scriptum est, ipsum esse spiritum filii, ostendit similiter (p. 119), communem esse spiritui et filio naturam, ut opinari non liceat filii creaturam esse spiritum; quomodo enim proprio patri, quasi eum antea ex se ipso non habenti, condidisse dici potest filius illum, qui et est et dictus fuit in scripturis spiritus Dei? Id quidem non modo blasphemum est, sed etiam stultum. Intelligatur autem spiritus Christi i. e. virtus Christi eo modo quo dictum est: Christum Dei virtutem et Dei sapientiam. Quoniam enim ex uno patre natura, non vero creatrice operatione processerunt beatae istae hypostases, ad eundem unum referuntur. Etenim ne suspiceris, ipsi initium esse aut finem, sed eum vere credas ob ipsius processionem secundum naturam spiritum Dei esse, ab aeterno spiritum, non vero factum, quasi unus foret ex aliis Deo famulantibus spiritibus, in ev. Joh. haec dominus docet: Spiritus veritatis, qui a patre procedit. Non ait autem, creatur; omnis enim generatio et processio in iis, qui aequales et similes sunt, perficitur; maxime autem et praestantiori modo generatio ac processio, quae est ab uno patre, est secundum unitatem deitatis ipsius patris. Atque in creaturis quidem tempore praecedit prototypus, at vero in Deo non ita se res habet; sed personae sic subsistunt, ut simul subsistant, et ita procedunt, ut simul procedant." „Ita spiritum sanctum (ib. p. 121) ex paterna hypostasi processisse ostenditur non ex eo quod simpliciter vocetur spiritus, sed ex eo quod connexa fuerit huic nomini aut, cum loquitur Deus, vox meus, aut, cum loquitur

creatura, vox tuus, aut etiam vox ſanctus vel incorruptibilis vel aeternus; neque vero ex eo quod homonyme adminiſtratorii ſpiritus, ac noſtri quoque ſpiritus aut ſancti vocati fuerint aut aeterni, concludi poteſt, eum ſecundum naturam non eſſe verum ſpiritum Dei; nam vel in ipſis loquutionibus arcanis, quae de illo dictae ſunt, invenitur omnino aliquid, quod divinam ejus naturam ac potentiam manifeſtat. Creaturae autem ſuperadditam ipſarum naturae ſanctitatem atque aeternitatem acceperunt, ac nunquam iſta ex ſe ipſis ſecundum naturam habuerunt ullo modo." Praeterea „teſtantur (ib. c. 3. p. 128) divina oracula, varia eſſe ac diverſa ſpiritus Dei nomina, divinae majeſtati convenientia, quae non modo allatis antea capitulis atque animadverſionibus ſublimem aliam ſpeciem et emphaſin haud modicam conferunt, atque habitudinem (*σχέσιν*) ſupra omnia elevatam, et a patre ac filio non disjunctam et quavis vel magnificentiſſima interpretatione potiorem oſtendunt; verum etiam eorum alia quidem divinam ejus naturam, alia vero propriam ejus poteſtatem exprimunt, ac noſtram conſolantur impotentiam, qui pro merito illam aſſequi aut textuum explicatione aut mentis contemplatione non valemus, et animum nobis addunt, ut eum confidenter ac ſine errandi periculo *ὁμοούσιον* Deo vocemus." *Ὅμοιον* (ib. p. 130) *καὶ ἴσον τὸ ἅγιον πνεῦμα τῆς τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ μονογενοῦς θεότητος καὶ ἐκ τῆς τῶν τοιούτων δείκνυται κρίσεως αὐτὸ τῇ φύσει ἁγιότης καὶ ἀγαθότης καὶ δύναμις ὑπάρχον ἅτε ἓν ὂν ἐκ τοῦ ἑνός.* „Hic ſpiritus ſanctus (ib. 4. p. 134 ſqq.), qui divino modo omnia colluſtrat (*πνεῦμα ὑπερπαμφαές*), ex ineffabili (*ἀπὸ τῆς ἀῤῥήτου*) et ſuperſubſtantiali (*ὑπερουσίου*) et ante omnes ſubſtantias exſtante (*προουσίου*) et univerſali (*καθολικῆς*) et formae experte (*ἀμόρφου*) paterna hypoſtaſi per identitatem (*ἑνοειδῶς*) et unitatem naturae (*συμφυῶς*) ab aeterno (*ἀχρόνως*) proceſſit, et nominatus eſt divinus, et unus eſt, non multiplicatus (*ἀπλήθυντον*), bonus, magnificus (*ἄφθονον*), inacceſſus (*ἀπρόςιτον*), nulla potis intelligentia circumſcribi (*ἀπερίγραφον πάσαις νοήσεσιν*), infinita potentia praeditus (*ἀπειροδύναμον*), ineffabilis (*ἀνέκλεκτον*), ſingulari modo et unico exiſtens (*μόνως ὑπάρχον*), et naturâ cum ſanctus, tum ſpiritus Dei, et in rerum omnium cenſu non numerandus (*οὐδὲ ὂν τῶν πάν-*

των), sed Deus et in coelo et nobiscum et in nobis existens, omnia in omnibus bona efficiens, omnibus quidem immaterialiter (ἀΰλως), sine forma (ἀνειδέως), sine transfiguratione (ἀμετασχηματίστως) praesens; nunquam vero cum patre ineffabiliter manere ac veluti considere cessans (οὐκ ἐξιστάμενος τοῦ συνιδρύσθαι ἀφράστως τῷ πατρί), et ubique diffusus (ἐξαπλούμενος πάντη), et capiens (χωρῶν), et in omnibus sine commixtione (ἀμιγῶς) inhabitans, et in cogitationes cum nostras, tum eorum, qui nobis invisibiles sunt, se insinuans (ἐμβατεύων), et accurate scrutans omnia, etiamsi omnia noscat, et sine voce insonans (ἀφώνως ἐνηχῶν), et animas intus tacite clamantes exaudiens, easque omnes sine cunctatione in omnibus misericordia prosequens et corroborans (καὶ πάσας ἐπὶ πᾶσιν οἰκτείρων ἀμελλητὶ, καὶ ἐπιρωννύων), et inexplicabilem laetitiam omnibus ubique naturis infundens, hujus universi constitutionem continens, et omnia sub semetipso habens, et divina luce ea colluminans, et illis immensa sua efficacia ac bonitate benefaciens; eos quidem, quibus melior intentio est (τὰ μὲν ἀμείνω τὴν γνώμην), ad perfectiorem scopum ducens; quorum vero deterior, atque adeo prava mens ac vita est, eos sua ipsius regia et concordi et indivisa gubernatione non privans, sed desiderium in eis ingenerans et considerationem consubstantialis omniumque generatim bonorum largitricis trinitatis et omnibus recte operantibus opem ferens, cum simul sit ab omnibus segregatus, hac ratione videlicet, quod alteri quidem apostolorum in India degenti, alteri vero in Hispania, alteri autem ab ipso in aliam regionem usque ad extremam terram misso, suam infallibilem et incontaminatam impertiebatur sapientiam; nequaquam alteri quidem nunc, alteri vero alias praesto existens, neque alterum quidem magis, alterum autem minus afflans; sed simul et universis conjunctim, et singulis seorsum simili semper modo illucescens; sicut etiam dominus qui dixit: Vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi." „Verba autem illa (de tr. III, 38, 440): Qui a patre procedit (ἐκπορεύεται), significant, ipsum ab aeterno et consubstantialiter ex paterna hypostasi editum esse; omnis enim processio per aequalia et similia perficitur; filii autem ex Deo generatio ac

piritus ipsius processio in eo ab aliis processionibus secernitur, quod consubstantialiter facta sit." Quare etiam ad spiritum sanctum precandum esse Didymus ait. Qemadmodum, inquit de tr. II, 5, 139, filium adoramus, *τὸν ἴσον τρόπον καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος διακείμεθα*, et ib. c. 21. p. 292: *Ὃν τρόπον ἐν τῷ υἱῷ προςκυνοῦντες τὸν πατέρα προςκυνοῦμεν καὶ τὸν υἱόν· τὸν ἴσον τρόπον ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι προςκυνοῦντες συμπροςκυνοῦμεν καὶ αὐτό.* Necnon de spiritu sancto, uti de filio, doctrinam thesibus quibusdam (XXI) de tr. III, 2, 329 sqq. repetendo comprehendit; sed praeterea etiam ib. II, 25, 295 sqq. summam disquisitionis de spiritu s. tradit hisce verbis: „Cum ergo sublimium divinorumque textuum testimonio probetur, spiritum sanctum coaeterne ex una et suprema divina natura (*ἐκ τῆς μιᾶς καὶ ἀνωτάτω θεϊκῆς φύσεως*) eluxisse, eumque secundum essentiam et potentiam aeque ac patrem et filium sine ulla discrepantia infinitum esse et incorruptibilem, et propria potestate praeditum (*τὸ αὐτεξούσιον*) et bonum et sanctum, et omnia habere, quae antea dicta sunt, adeo ut ex ipso cognoscamus, Deum in nobis habitare; cumque pater, dum illum declarat esse ipsius spiritum, manifesto testetur etiam, eum ipsi consubstantialem esse et Deum increatum; cumque ne filius quidem dedignatus sit, ob communionem, quam cum ipso habet, deitatis et regni et gloriae, et in ipso ungi, et eum manentem apud ipsum habere, et per semetipsum illius adventum praenunciare, et aequalitatem honoris ei tribuere, quam apostolus etiam servavit, qui communicationem quoque et unitatem ipsius commemoravit; et cum similiter omnes aliae scripturae unam esse divinam naturam ostendant, et unum nomen esse dicant summe honorandae trinitati, et illum in tantis et talibus donis aut simul cum filio collocent, aut etiam seorsum ipsum de divinis operibus et virtutibus loquentes memorent, et enim vocent per excellentiam spiritum sanctum, spiritum Dei, et ex Deo existentem, et a patre procedentem, et spiritum unum, et spiritum veritatis, et spiritum divinum, et flatum omnipotentis, quae vel sola per se sufficiunt contra omnes haereticas perversitates; cumque eaedem testentur, quod nos et Dei filios facit et deificat et liberat et rursum creat, et peccatorem venia dignatur,

et sapientiam ac cognitionem nobis praebet, et omne quod factum est, sanctificat, et implet orbem terrarum, et continet omnia, et ipse coelorum virtutes firmavit atque corroboravit, et ipsi descendenti coeli aperti sunt, et a mundi constitutione super aquas ferebatur easque sanctificabat, et prophetas atque apostolos inspiravit, eosque misit ut dominus, et una cum patre et filio cooperatur, et solus novit quae sunt Dei, quemadmodum Unigenitus, et spirat ubi vult, et divina donat, ut vult, et fidelis homo templum ipsius est aeque ac patris, et sicut in honorem et gloriam deitatis Unigeniti sanctum pascha, ita et in honorem et gloriam spiritus festum Pentecostes ab initio celebratum est, et ei ministrat Gabriel sicut omnipotenti Deo patri: quomodo Deus non est — *κατὰ αἱρετικούς* — ille qui nos deificat? Quomodo non est dominus ille, qui nos libertate donat? Quomodo non est rex et glorificatus ille, qui in hymno simul cum creaturis Deum laudare non jubetur, quique nos dignos facit, ut per baptismum regnemus et glorificemur cum Christo? Nihil enim in iis omnibus, quae antea de divino spiritu dicta sunt, invenitur, quod creaturarum proprium sit, neque coelestibus unquam virtutibus hic honor delatus est, ut simul cum Deo et patre et cum filio commemorarentur, cum de divina aut gratia aut operatione aut glorificatione sermo est. Quae vero creaturarum propria non sunt, ea solius Dei propria esse perspicuum est; Deus autem non creatur."

His de natura filii et spiritus sancti (quem, uti vidimus, a patre proficisci mittique a filio statuit) e Didymi mente propositis, jamjam dilucide apparet, de trinitate ipsum symbolo Nicaeno convenientissime docuisse. Quod quo etiam penitius intelligatur, dicta ipsius nonnulla, quibus de trinitate vel triade universa agit, eandem rem variis modis et demonstrantia et illustrantia, adscribemus. Vehementissime, ut id anticipemus, de tr. III, 41, 445 „Montanistas" reprehendit, *ὅτι ἀπομαντεύονται ἓν πρόςωπον εἶναι τῶν τριῶν θείων ὑποστάσεων.* Porro "Quicunque„, inquit de sp. scto l. I. p. 505, "communicat spiritui sancto, statim communicat patri et filio; et qui caritatem habet patris, habet eam a filio, contributam per spiritum sanctum. Sed et

qui particeps eſt gratiae Jeſu Chriſti, eandem gratiam habet, datam a patre per ſpiritum ſanctum. In omnibus enim approbatur eandem operationem eſſe patris et filii et ſpiritus ſcti. Quorum autem una eſt operatio, una eſt et ſubſtantia; quia quae ejusdem ſubſtantiae, ὁμοούσια ſunt, easdem habent operationes, et quae alterius ſubſtantiae et ἀνομοούσια, diſſona atque diverſa ſunt.„ Ib. II. p. 507: "Operante patre multiplicem charismatum plenitudinem, multiplicat eam filius ſubſiſtentem per ſpiritum ſanctum„ (quod paene iisdem verbis Origenes dixit). Ib. p. 508: "Haec eſt ſalus credentium, et dispenſatio eccleſiaſticae diſciplinae in hac trinitate perficitur.„ „Quod a creatura gignitur (de tr. I, 15, 26), per communionem alterius ad alterum generatur, neque ejusdem naturae eſt cum generante, nec perfectum ſtatim eſt, nec ſine paſſione procedit: in divinitate vero res contraria ratione ſe habet; nam cum creatura ſic generet, generationis auctor contrario modo gignit, non vero ſimiliter ut propriae illius creaturae faciunt, ſed eo modo, quem illa duntaxat cognitum habet, quae haec novit, beata trinitas (ἡ μακαρία τριάς); nam neque incomprehenſibilis eſſet, ſi comprehenderetur, nec myſterium foret ſi cognoſceretur, nec Deus ſi caperetur, nec omnium conditor, ſi certo tempore exiſti coepiſſet, nec incompoſitus et partibus carens, ſi cum corporibus conferri poſſet." „Ex eo quod ſit pater (ib. p. 81) colligitur, eum neque tempore, nec eſſentia differre a filio aut a ſpiritu ipſius; nam ſi poſterius gigneret, immutaretur aut converteretur, quod alienum eſt a deitate." Ib. c. 18. p. 52 dum ſcripturae ſ. locis comprobat, et patrem et filium et ſpiritum ſ. bonos appellari, concludit eſſe hos ὁμοουσίους. „Divinarum autem", inquit ib. p. 56, „omnique honore colendarum hypoſtaſium aequalis vis ac potentia in eo etiam ſimiliter ſignificatur, quod dominus Deus Verbum per praedictam ſuam de baptismo hymnis ſemper celebrandam vocem aequalitatem honoris cum patre ſibi et ſpiritui ſ. ſervaverit. Atque ob hanc aequalitatem ſacri libri modo quidem prius mentionem faciunt patris, tum filii aut ſpiritus ſ.; modo vero prius memorant filium, quod natura ab iis individuus ſit et quod Dei nomen ſine ulla discrepantia omnibus conveniat." „Propter hanc ipſam porro rationem

(ib. c. 24. p. 66) aut homines Dei aut Chriſtiani aut Spiritales in ſcriptura cognominamur," et patet ſimul, „cur, nimirum ob conſubſtantialitatem, ea quae alicubi dicant ſacrae literae eſſe patris, alibi dicant eſſe filii aut ſpiritus ſancti" (c. 25. p. 67). Eſt enim ἁγία καὶ σεπτὴ (adoranda) καὶ παρ' ἡμῶν δοξαζομένη ὁμοούσιος τριάς (c. 34. p. 104). „Qui (II, 1, 112 ſqq.) templum ſe eſſe ſtudent aliquatenus dignum ſpiritu ſancto in fidelibus habitante, utpote qui illuceſcentem ipſis inacceſſibilem lucem ſemel habuerunt, aequaliter glorificant eodemque honore proſequuntur, ſicut dominus in myſtica baptismi inſtitutione praecepit, cum ingenitum Deum ac patrem, tum ipſi ex ipſo coexiſtentem dilectum et unigenitum filium Verbum, tum commemoratum ſpiritum ſ., qui ſolus ex ejus hypoſtaſi ab aeterno et continuo proceſſit; conſubſtantialitati quidem trinitatis fidem non denegantes, modum vero ac discrimen generationis et proceſſionis non inveſtigantes; id enim vel coeleſtibus Deo inſervientibus poteſtatibus ignotum eſt, ineffabile et ad cogitandum formidabile; nec modum inquirentes, quo in ſemetipſa ab aeterno ſubſtiterit ſancta et uno ſemper eodemque modo ſe habens trinitas, quae ex aeterno, ubi conſidet, ſolio abyſſos conſpicere poteſt, et tacens audiri et tacentes audire, et quae futura ſunt, antequam fiant, ſcire, et verbo duntaxat, imo verbo citius et ſola voluntate omnia producere, et priusquam in corde tuo conſideres quid petas, dummodo fideliter et juſte petas, ſtatim poſtulata concedere, et omnibus tempus ad beneficia eis conferenda disponere, et ad iram quidem tarda eſſe, ad benefaciendum vero prompta, et iraſci quidem ob noſtra delicta, poenam autem ob propriam ipſius benignitatem condonare. Ac ne illud quidem in ipſa comprehendi poteſt, quomodo et unam habeat voluntatem et ita loquatur largiaturque, ut loquela ac largitio tribus perſonis communis ſit, et non tam bonam corporum habitudinem ſpectet, quam ipſum contritum cor. Inſuper ne hoc quidem intelligere licet, quomodo ipſa vel ſeraphicis oculis inviſibilis ſit, incomprehenſibilis exiſtat, ratione aut loco capi nequeat, individuam potentiam habeat, tangi non poſſit, quantitatis expers ſit, profunditate, latitudine et forma careat, omnia inſpiciat, omnia audiat et omnium ſpes in ea ſita ſit, ac coe-

lesti luce supra modum splendidior, et omni celsitudine, ultra quam dici possit, excelsior existat, et cujusvis mentis infinita ratione intelligentiam excedat. Quomodo enim ea, quae ad trinitatem pertinent, omnibus incomprehensibilia non sint, cum ipsa rerum omnium creatrix sit, et supra quamlibet intelligentem, imo et intelligibilem creaturam quam longissime extollatur, ac post ipsam nihil omnino ulterius sit, sed omnia potius sub ipsa sint, et propter ipsam, et sub pedibus ipsius, utpote creata? Auspicatus est enim pater complacendo (προκατήρξατο εὐδοκήσας), creavit (ἐδημιούργησεν) autem Unigenitus et sanctificavit spiritus Dei, et sanctificando perfecit, illuminavit, corroboravit, vivificavit, totus in omnibus et in singulis existens, et totus ab omnibus propter ipsius bonitatem participatus et receptus, non tamen divisus, neque alio transmigrans, neque mutationem subiens, sed omnibus eodem semper modo, non vero ex parte, inspirans, et propriam puritatem a corporibus incontaminatam servans, et omnia divino modo illuminans et ubique sanctificationem, caritatem, pacem, sapientiam, gaudium, securitatem et omne bonum adaugens, utpote qui ex paterno fonte subsistenter emanaverit atque eluxerit (ἐνυποστάτως ἐκλάμψαν); per quem et propter quem nobiscum versatur Deus et pater, quocum spiritus ipse et in coelis est et apud nos manet; nam potest quidem unaquaeque divina persona omnia perfecte sine ullius indigentia facere; verum ut eadem ostenderetur operatio, eademque cum essentia ipsarum, tum adoratio et gloria et gratiarum actio, quae eis reddi a nobis debet" (ita v. c. de tr. II, 27, 306 universam trinitatem noster adorat, exorsus verbis: Ἀγαθωτάτη καὶ παναλκεστάτη τριάς), „ideo communiter a sancta trinitate creatio completa fuit." (Cf. de tr. II, 17. p. 282). „Si in trinitate (ib. III, 2. §. 50. p. 322) naturam non distinguit scriptura, nec prima et secunda et tertia natura in ipsa trinitate distinguitur; quamnam rationem afferre possunt haeretici adversus eos, qui illam credunt essentialiter quidem unam esse, in proprietatibus vero hypostasium distinctam (ἡνῶσθαι μὲν αὐτὴν οὐσιωδῶς, διακεκρίσθαι δὲ ἐν ἰδιότησιν ὑποστάσεων)?"

Adjungimus denique verba, quae noſter ſub finem librorum de ſpiritu ſ. p. 529 fecit: "Abunde, ut reor,„ ait, "occurſum eſt propoſitae quaeſtioni. Quia vero ineptum et ſtultum videtur adverſus fatua reſpondere, et ſi quid in buccam ruerit impiorum, hoc velle diſſolvere; non enim tantum impietatis eſt ſcelerata proponere, quantum et de ſceleratis ſaltem reſiſtentem velle tractare: iccirco illud quod ſolent tractare praetereo, ſacrilega adverſus nos audacia proclamantes: ſi ſpiritus ſanctus creatus non eſt, aut frater eſt Dei patris aut patruus eſt unigeniti Jeſu Chriſti, aut filius Chriſti eſt, aut nepos eſt Dei patris, aut ipſe filius Dei eſt, et jam non erit unigenitus dominus Jeſus Chriſtus, cum alterum fratrem habeat. Miſeri atque miſerabiles, non ſentientes de incorporeis et inviſibilibus juxta corporalium et viſibilium disputari non licere naturam. Fratrem eſſe vel patruum, nepotem vel filium corporum nomina ſunt et imbecillitatis humanae vocabula. Trinitas vero omnes has praetergreditur nuncupationes; et quotiescunque in aliqua de his cadit, nominibus noſtris et incongruis vocabulis, non ſua natura loquitur. Cum igitur ſancta ſcriptura amplius de trinitate non dicat, niſi Deum patrem eſſe ſalvatoris et filium generatum eſſe a patre, hoc tantummodo debemus ſentire quod ſcriptum eſt, et oſtenſo quod ſpiritus ſanctus increatus ſit, conſequenter intelligere, quod, cujus non eſt creata ſubſtantia, recte patri filioque ſocietur.„

Angelologia et Daemonologia.

Diſtinguit Didymus inter angelos ſanctos (Enarr. in 1 Petri I. p. 322) vel proprie angelos dictos et angelos lapſos (quamquam ne illi quidem ſint Deo prorſus puri — de tr. II, 7, 192). *Ἡ κτίσις ἡ λογικὴ*, ait de tr. II, 6, 157, *ἀρετῆς τε κακίας τε ἐστὶν δεκτική· ὡς εὑρίσκομεν ἐν ἀσωμάτοις μὲν καθὰ προείπομεν ἀρετῆς ἐντὸς τοὺς εὐδοκίμους ἀγγέλους· κακίας δὲ τοὺς ἐκριφέντας· ἐν δὲ σώμασιν, ὡς ἐσμὲν ἡμεῖς αὐτοί· ἅγιοι* (de tr. II, 4, 132) *μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι ὡς οἱ ἄνθρωποι· πνεύματα δὲ, καθὸ πρὸς ἡμᾶς ἀσώματοι.* Unde etiam incorporei dicti ſunt de tr. II, 6, 157. (Cf. Enarr. in 2 Petri II. p. 326: "Angeli manentes in ſanctitate, quam„

(ſcilicet ex indole) "habent a Deo, ſunt potiores hominibus, licet excellenter beati ſint homines. . Non ſolum virtutis ſcientiaeque differentia potiores ſunt angeli, ſed etiam quod non ſint gravibus ac paſſibilibus perplexi corporibus.„) „Sunt quidem (de tr. III, 16, 375) cum animae, tum angeli inviſibiles oculo corporis noſtri, quia carent viſibilibus proprietatibus, colore ſcilicet, habitu, magnitudine; viſibiles autem ſunt menti, qui eſt oculus animae, quoniam incomprehenſibiles non exiſtunt, utpote creati, ſed eos mente complecti et cogitatione aſſequi poſſumus. Itaque etſi ſpectato corporei oculi appulſu ac ſenſu ſint inviſibiles, ſpectata tamen contemplatione ac ſcientia, qua eos percipere valemus et comprehendere, viſibiles ſunt." *Τοὺς μὲν ἁγίους φωταγωγοὶ φυλάττουσιν ἄγγελοι* (vid. fragm., quod ſub Didymi nomine ſcriptum reperit Mingarellius — Comm. de Did. c. 13. p. LI. —; cf. Enarr. in 2 Petri l. l.: "Cuſtodiunt angeli ſanctos viros et eis auxiliantur, dum homines nequaquam valeant angelis praebere ſolatia.„). Statuit etiam noſter eſſe archangelos (de tr. II, 4, 137 al. loc.), varii muneris *), angelosque ſanctos alloqui non dubitat (ib. c. 7. p. 199). (De angelorum immortalitate videſis Eſchatologiam de immortalitate animarum humanarum.)

Angelorum apoſtatarum, quos in terram e coelo deturbatos fuiſſe ait Didymus apud Wolſium T. IV. Anecdotorum p. 26 („Cum ibi" (nempe in coelo), inquit, „adhuc eſſent angeli apoſtatae, terrae affectum affixerant, ex quo illud conſequutum eſt, ut e coelo in terram projicerentur"), quosque in fragmento jam laudato (Ming. Comm. de

*) Gabrieli ſeparatim apud patrem et ſpiritum ſanctum miniſterium tribuit de tr. II, 25, 296 verbis: *Καὶ διακονεῖ αὐτῷ* (ſpiritui ſ.) *ὁ Γαβριὴλ ὡς τῷ παντοκράτορι θεῷ πατρί.* Ib. c. 7. p. 199 autem eidem etiam aliud munus adſcribit: *Σὺ δὲ*, ait, *ὦ ἅγιε Γαβριὴλ, διακονήσασθαι τῷ μυστηρίῳ τῆς ἀφράστου οἰκονομίας* (incarnationis) *ὡς ἐχέμυθος καὶ πιστὸς ἐξελέγης.* Alio munere fungitur Michaël. *Κρίσει τῇ ὑπερτάτῃ*, ib. inquit, *σὺ μὲν ὦ ἅγιε Μιχαὴλ ἄρχειν τῶν ἀσωμάτων στρατιῶν προεχειρίσθης, καὶ ζώνῃ οἷον νοερᾷ ἐτιμήθης, καὶ εὐωδία τις τῆς πάντων δεσποζούσης παναγροῦς καὶ οἰκτίρμονος τριάδος ὑπάρχεις.*

Did. p. LI.) improborum custodes esse docet (*τοὺς δὲ φαύλους σκοτεινοί*, scil. *φυλάττουσιν ἄγγελοι*), princeps est diabolus, quem *ἀσάρκοις* annumerat (de tr. II, 6, 168), quemque ex Iobi cap. XL, 10 sqq. demonstrat primam esse Dei creaturam (de tr. I, 17, 44: *Ὥςτε τὸν διάβολον πρῶτον κτίσμα εἶναι λέγει, ἑαυτὸν ποιήσαντα ἐγκαταπαίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀγγέλων διὰ τὸ ἀνόσιον αὐτοῦ καὶ κακόβουλον τῆς προαιρέσεως*, unde h. l. et de tr. III, 32, 429 concludit, spiritum sanctum primam creaturam esse non posse; *ἄλλως τε δὲ*, ait loco posteriori, *σεσήμανται ὁ πρωτόκτιστος, ὃς τῆς πρωτείας δι' οἰκείαν ἀλαζονείαν εἰς τὰ ἔσχατα τῶν ἐσχάτων ἐῤῥίφη*). Ingenitus enim esse diabolus haudquaquam potest; id quod contra Manichaeos praecipue p. 204 sqq. hisce noster verbis ostendit: „Nulla oppositio contrariorum fit ex toto, quin sint in eis aliqua contrariorum communia. Verbi gratia album, quod est contrarium nigro, et nigrum in iis tantum, quibus differunt, contraria sunt, cum habeant alioqui communem colorem et qualitatem. . . In communibus autem non est contrarietas; oportet enim colorem esse et qualitatem esse, ut sit album, similiter in nigro. Ad eundem modum virtus et vitium prius conveniunt in communi ratione qualitatis et affectionis, quam sint contraria. Si igitur duo principia ingenita sunt, et haec sunt contraria, vel ex toto sunt contraria vel sunt aliqua eorum communia; et nihil ex toto recipit contrarietatem, habent igitur haec communia, esse scilicet et substantias esse, et si quid aliud in eis commune reperitur. Contraria vero ea facit esse alterum bonum, alterum malum; esse item alterum lumen, alterum tenebras. Prius autem cogitatur esse ea substantias, quam cogitentur esse bonum et malum. Contrarietas igitur non est circa communia, sed circa propria. Positum autem est esse ea ingenita; nihil autem est ante ingenitum; at est ante haec contraria aliquid, id scilicet, quod dixi esse in eis commune. Ergo non sunt principia ingenita, quia haec ingenita sunt contraria. Quod autem inest eis commune, ante ipsa contraria est; non sunt igitur ingenita principia, quia ante ingenitum nihil est. Sin vero dixerint, non esse contraria ratione ingeniti, reperietur igitur commune eorum hoc. Sed rursus quia malum ingenite est malum, et bo-

num ingenite bonum, reperietur ingenitum malum commune amborum, et ingenitum bonum commune item amborum. Si enim bonum sine ingenito non potest reperiri, commune autem est ingenitum, commune rursus erit, quod necessario sequitur ingenitum; hoc autem est bonum. Si vero dicant, non esse commune eorum esse ingenitum; nam quatenus alterutrum est ingenitum, non est alterum ingenitum; erit igitur ingenitum vel bonum vel malum, non autem bonum et malum. Quare si reperietur bonum ingenitum, malum erit genitum. Aliter: Omne malum est puniendum; nihil quod puniendum est, est incorruptibile; nullum igitur malum est incorruptibile, quin sit incorruptibiliter corruptibile. Nihil corruptibile est ingenitum; est autem malum corruptibile; malum igitur non est ingenitum. Nullum est malum secundum substantiam; malum autem esse est affectum esse qualitate malitiae. At affectum esse qualitate non est substantia; malum igitur non est substantia. Omnia contraria se vicissim interimunt. Quae ingenita sunt, non intereunt; non sunt igitur contraria; contraria enim non sunt ab interitu libera. Nihil ingenitum est mutabile; mutatur autem hoc bonum a malo superatum. Bonum igitur hoc non est ingenitum. Quod est ingenitum, non expetit ullius interitum; malum autem expetit interitum; malum igitur non est ingenitum. Scripturae divinae non solum malos, sed etiam ipsum diabolum dicunt afficiendum esse supplicio; quod autem supplicio afficiendum est, id omne mutabile est; nihil autem mutabile ingenitum est; nullum igitur ex malis ingenitum est. Eorum, quae ex toto sunt contraria, nihil est commune; quare omnino necesse est, ut quod uni inest, alteri non insit; inest autem bono esse ingenitum, malo igitur neutrum horum inest; quare malum non est ingenitum. Quicunque recte aliquid expetit, si recte expetit, expetito potitur; expetit autem Deus malitiam delere; igitur malitia deleri potest. Quod si deleri potest, delebitur; deleta autem non est ingenita. Si malum est ingenitum, natura ei inest esse malum; at nemo operans secundum naturam peccat; igitur malum ingenitum non peccat; quod autem non peccat, non est in culpa, et reus non est; reus autem et in culpa est Satanas; Satanas igitur

non eſt ingenitus." Ex his jam ſequitur, Didymo diabolum non eſſe natura malum; lapſus eſt potius libertate abuſus; id quod praeterea multis noſter locis demonſtrat. Ita Enarr. in 1 Joh. III. p. 330. G.: "Diabolus„, inquit, "non ſubſtantialiter, ſed voluntariae operationis indicium eſt.„ Enarr. in Jud. p. 336. G.: "Nec eſt„, ait, "diabolus terrena ſubſtantia. Habuit enim aliquando divinam gloriam et ſanctam Dei ſcientiam, licet converſus de magnitudine tanta ceciderit. Oſtenditur itaque ex communi ſenſu, quem habemus de cunctis rationabilibus, quoniam cum ſint arbitrii liberi, et converſio„ (ſcilicet in malam partem, non, uti Basnagius in Caniſii léctt. antiqu. p. 199 inconſulto dicit, in bonam) "ſit facta diaboli, natura non malus eſt. . . Voluntatis enim ejus, non eſſentiae diaboli nomen eſt, ut frequenter dictum eſt.„ Contra Manich. p. 207: *Ἀλλ᾽*, inquit, *οὐδ᾽ αὐτὸς ὁ διάβολος κατὰ φύσιν κακὸς, ἀλλ᾽ ἐκ τροπῆς τοῦ ἰδίου αὐτεξουσίου,* et ib. p. 211, explicitis diaboli nominibus, ait: *Εἰ τοίνυν διὰ πάντων ὧν σημαίνει ὁ ἀρχέκακος καὶ πρῶτος ἀποστάτης τῆς ἀρετῆς προαιρετικῶς ἐστὶ τοιοῦτος, οὐ δύναται κατ᾽ οὐσίαν εἶναι κακός.* „Inimicus Dei (ib. p. 213) non ingenite contra eum ſe extulit, ſed potius factus ut eſſet bonus, poteſtatem virtutis capiendae imperfectam et mancam ſervavit; poteſtatem vero vitii ſuſcipiendi ad actum perduxit." Quare vitio nequaquam vertendum eſt Deo, diabolum creaſſe; et ita quidem noſter, ib. p. 212 his verbis factis: „Fortaſſe dicent: cur eum, qui futurus erat perniciosus et peſtifer, bonus Deus produxit?" ib. reſpondet: *Κἂν τὴν οὐσίαν τὴν καλουμένην διάβολον ὁ Θεὸς ἐποίησεν, οὐχὶ διάβολον αὐτὴν ἐδημιούργησεν, ἀλλὰ δεκτικὴν ἀρετῆς, ἵνα ταύτην ἔχῃ, καὶ δεκτικὴν κακίας, ἵνα ταύτης ἀπέχηται.* — Quae ſint ſceleſta diaboli opera, ſaepius Didymus dicit. *Ὁ διάβολος,* inquit c. Manich. p. 211, *Θεὸν ἀνθρώποις διαβάλλει, καὶ ἀνθρώπους Θεῷ, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀνθρώπους ἀλλήλοις* („unde nomen iſtud accepit"), omni modo (ib. p. 213) hominibus nocet, boniſque ſeparatim (de tr. II, 27, 306) „ſemper invidet eorumque adverſarius eſt." Hanc ſuam efficaciam praecipue in Juda oſtendit. "Obſervans„, Didymus ait de ſp. ſcto III. p. 528, "diabolus quibusdam motibus et operationum ſignis,

ad quae potissimum Judae cor esset vitia proclivius, deprehendit eum patere insidiis avaritiae; et reperta cupiditatis janua, misit in mentem ejus, quomodo desideratam pecuniam acciperet, et per occasionem lucri proditor magistri et salvatoris sui existeret. . Haec ergo cogitationis occasio locum tribuit Satanae, ut in cor ejus introiens impleret eum pessima voluntate.„ Pergit h. l.: "Introivit ergo non secundum substantiam, sed secundum operationem, quia introire in aliquem increatae naturae est ejus quae participetur a pluribus. Imparticipabilis ergo diabolus est, non creator, sed creatura subsistens. Unde et convertibilis atque mutabilis e sanctitate decidit atque virtute.„ — Mutabilis autem diabolus est etiam in bonam partem, et duobus locis Didymus (quamquam contra Manich. p. 218 *πυρὶ αἰωνίῳ* diabolum a Deo traditum iri dixerit) futuram quandam salutem lapsorum angelorum revera videtur significare. Ita Enarr. in 1 Petri I. ad vers. 10 — 12. p. 322. E. postrema v. 12. verba ita interpretatur: "Sic exponitur, si quis existimaverit, quaesitam a prophetis salutem in fine esse mundi, quod in omnibus et in summo est appetitu; quando ipsius quidem causa alia cuncta fiunt, ipsum vero cujus causa nullius agitur [mendosa esse lectio videtur]. Non abs re est etiam intelligi de sanctis angelis et simpliciter cunctis beatis rationabilibus hoc dictum, cum omnes appetitum habeant prospicere ea, quae in fine seculi sunt agenda. Si vero alium quemdam statum fecerunt beatum (per ea quae revelata sunt a spiritu sancto eis, qui evangelium susceperunt) praeter eum qui ductus [Ming.: dictus] est; dicendum est et concupiscere in eum prospicere angelos, qui in transgressione quadam inventi sunt. Nam licet quidam eorum pravi sint, attamen detenti supplicio, resipiscentes [respicientes?] unde ceciderunt (quod etiam studiosis hominibus compromittitur) habebunt desiderium vel per fenestras ea respicere.„ Iste autem locus est obscurus, ita ut parum inde demonstrare liceat. Alterum locum clariorem Enarr. in 1 Petri III. p. 325. G. H. infra (p. 368) inducemus, ubi de opere Christi disputabitur.

Anthropologia.

Συνεστάναι homines Didymus ait de tr. I, 9, 11 *ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος καὶ εἶναι λογικούς.* Ita tres hominis partes diftinguit. Item de fp. fcto III. p. 525: "Dicitur„, ait, "etiam excepta anima et excepto fpiritu fancto fpiritus alius quis effe in homine, de quo Paulus fcribit (1 Cor. II, 11)... Si enim voluerit contendere quispiam animam hic fignificari in fpiritu: quis erit homo, cujus cogitationes et arcana et fecreta cordis occulta nefciat homo, nifi fpiritus ejus, quia de corpore folitario hoc intelligere velle perftultum eft„, et ib. p. 526 ad 1 Theff. V, 23: "Sicut alia eft anima et corpus aliud; fic et aliud eft fpiritus ab anima, quae fuo loco fpecialiter appellatur. De quo et oravit, ut integer cum anima fervetur et corpore; quia incredibile eft atque blasphemum, orare apoftolum, ut fpiritus fanctus integer fervetur, qui nec immutationem poteft recipere, nec profectum. De humano ergo, ut diximus, fpiritu in hoc loco apoftoli fermo teftatus eft„ (cf. p. 527). In eandem redit fententiam, quod apud Corderium in Catena ad Pf. L, 14. p. 1002 intelligi poffe ait nomine fpiritus aut fpiritum fanctum, aut *τὸ τοῦ ἀνθρώπου (πνεῦμα) τὸ ἐν αὐτῷ ἕτερον ὂν τῆς τοῦ ἀνθρώπου ψυχῆς.* Plerumque vero animam et fpiritum communi animae nomine comprehendit (*ψυχὴν μὲν, ἣν καὶ πνεῦμα φαμέν,* de tr. II, 20, 289). Minime quidem corpus eft natura malum (etenim „fi glorificatur Deus in corpore hominum — 1 Cor. VI, 20 — et Deus non glorificatur in malo, non eft corpus natura malum" c. Manich. p. 207; praeterea — ib. p. 208 — „fi natura malum eft, non poteft recipere fanctificationem. Si vero recipit, liquet non effe natura malum, cum bonitatem recipiat. Quod enim natura malum eft, non poteft capere bonum, ficut rurfus quod natura bonum, non poteft capere malum" *)), tamen „animam in fefe, velut in caeca cuftodia (*ἐν τυφλῷ φρουρίῳ*) inclufam habet" (de tr. III, 1, 314) et contaminat (de tr. II, 1, 113). "Alia fcilicet eft animae et alia carnis fubftantia„ (Enarr. in 1 Petri II. p. 324. B.), et

*) Hinc vero eft etiam, quod coll. 2 Cor. VII, 1 ib. ne fpiritum quidem fecundum fubftantiam bonum effe Didymus dicit.

anima *) καθ' αὑτὴν ἐν τῷ νοητῷ ἀπαθὴς ὑπάρχει (de tr. III, 1, 314). Sed etiam bona corpus animae affert haud contemnenda, τὴν τῶν αἰσθητῶν γνῶσιν καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν (ib. p. 316).

De praeexiſtentia animarum doctrinae, quam aperte noſtro Hieronymus vitio vertit adv. Rufin. I, 6; II, 16; III, 12. 28, in ſcriptis Didymi, quae ſuperſunt, pauca tantum veſtigia inveniuntur. Enarr. enim in 1 Petri I. p. 321 explicatis literaliter verbis v. 1 „advenis diſperſionis Ponti", in hunc modum pergit: "Si quid autem ſupra textum hic poteſt intelligi, animadvertendum eſt hoc de animae ratione, quaſi advenam eam velit agnoſci. Unde etiam dictum videtur: Peregrinus ergo [ego] in terra, et advena, ſicut omnes patres mei. Et iterum: Heu me, quoniam incolatus meus prolongantus eſt. Advenae ſiquidem fiunt hominum animae corporibus copulatae, dum in eis temporaliter eſſe conſtituuntur. Nam ſi eſſent ex ea ſubſtantia, vera corpora eſſent habitatrices terrae. Denique animae habentes compaſſionem carnis, eſſe in habitatione carnea nuncupantur, et velatione, quanquam advenae ſunt in terram; ſed magis aſſimilantur indigenis. Unde et terrores inferuntur (Apoc. VIII, 13) ſuper habitatores terrae, rapientes utique ea quae terrena ſunt, et terreni indutos imagine.„ Ita Didymus. Qui vero notas in margine adjecit: „Caute lege", inquit, „nam ſubdole videtur inſinuare haereſin Origenis de praeexiſtentia animarum ante corpora et mundum viſibilem." Fortaſſe ad eandem doctrinam ſpectat, quod baptismo Didymus ait de tr II, 14, 267 nos τὴν ἀρχαίαν ἀπολαμβάνειν πατρίδα, et ſpiritum ſ. docet ib. c. 12. p. 248 nobis ἀντὶ γῆς πάλιν δωρεῖσθαι τὸν οὐρανόν.

Libertatem arbitrii ubique Didymus hominis animae concedit (vid. c. Manich. p. 212; de tr. III, 2, 331; Enarr. in 1 Petri II, 13; in Jud. p. 336. H., multos al. loc.; cf. quae ſupra diximus e Didymi mente de Dei providentia et de diabolo). Neque tamen per ſe ſolum homo bonus eſſe valet (qua de re infra, ubi de gratia ſermo erit, pluribus age-

*) Animam beſtiarum cenſet eſſe τὸ ἐξ ὕλης αἷμα de tr. III, 1, 317.

mus); potius "quicunque facti sunt boni et sancti, Dei participatione sunt tales„ (Enarr. in 1 Joh. III. p. 330. A.).

Jamvero homines non in statu integro versantur, sed aegrotant. "Animae substantia (En. in 1 Petri II. p. 324. B.), siquidem incorrupta et immortalis, incorrupta immortaliaque desiderat; carnis autem substantia cum sit corrupta atque diffusa, turpia et languentia concupiscit. Hac igitur differentia consistente circa carnem et animam hominum, necesse est et studia uniuscujusque substantiae esse contraria. . . Quando subtrahit se anima a passionibus corporalibus, munda et splendida conservatur, salubriter operationes dignas et pure intelligens ac perficiens, memoriam habens boni, diligens Deum, et scientiam ejus habere volens. Quando vero carnis passionibus implicatur, omnia apud eam his adversa reperiuntur, quae intellexerit oblivioni repente tradit, quae dudum sciebat amittit, amorem libidinis habens potius, quam Dei dilectionem, ita ut paene ad hoc usque credatur pervenire, quatenus tota putetur converti in carnem.„ „Cur patiatur anima (de tr. III, 1, 314), in causa est ejus conjunctio cum corpore, et propria ipsius voluntas atque electio aut cognitionis appetitus. Nam corpus cum eam in se ipso velut in caeca custodia inclusam habeat, per materiales passiones ipsam a Dei consortio abducit, ac deorsum in terram atque in terrenas, ut puto, sollicitudines ipsam inclinat; atque ita imperare conatur ei, quae natura praestantior est et tanto praestantior, quanto id, quod immortale est, excellentius est eo, quod est mortale. Desiderium insuper propriae ipsius explendae voluntatis aut acquirendae cognitionis illuc eam trahit, eoque tendit, ut quaedam scire velit; sed cum rectum ac tutum viae ducem non habeat, aut pravorum hominum consuetudine utatur, aberrat et anceps haeret, ac tandem ad quam forte appulsa fuerit opinionem, eam inconsiderate amplectitur, atque ita miserrima est, quippe quae, dum bonam cognitionem aucupetur eamque se invenisse putet, in pravas incidens sententias depravetur." Hinc omnium hominum peccata. "Non mirandum, si aliter faciant, quam vult ille, per quem adepti sunt potestatem. Nam paene apud omnes invenis esse peccata„ (Enarr. in 1 Petri II, 13). Et

"dum sit mundus a peccato, quis actibus castus invenitur?„ (En. in 1 Joh. III. p. 329. E.). „Omnino creatura non potest aut impeccabilis esse, aut quidquam horum, quae dixi (v. c. peccata dimittere), de suo facere; nam ne spirituum quidem ullus . . est impeccabilis, imo, ut hyperbole sermonis utar, ne ulla quidem fortasse creatura irrationalis; nam coelum ipsum et sol, si cum Dei puritate conferantur, irreprehensibiles non sunt" (de tr. II, 7, 192). Inhaeret nobis *παλαιὰ ἁμαρτία* (de tr. II, 12, 257), *ἐκείνη ἡ ἁμαρτία* (qua etiam naturales res, veluti nuptiae, usque dum Christus apparuerit, inquinatae sunt), *ἥπερ καὶ οἱ ἐκ τοῦ Ἀδὰμ πάντες κατὰ διαδοχὴν ὑπῆρχον* (c. Manich. p. 209). Quare Enarr. in 1 Joh. V. p. 334 verborum: Totus mundus in maligno positus est — interpretationem sic exorditur: "Mundus i. e. mundi amatores maligno ortui sunt subjecti. Totus ait, quod omnes sub peccato nascimur, quoniam ipse ortus in vitio est.„ Et lapsum quidem est genus humanum ex statu pristino sanctiori. (Historiam de Adamo ad literam noster accipit c. Manich. p. 209, de tr. I, 16, 43.) *Ἡ πρώτη* enim *εἰκὼν* est perdita (de tr. III, 2, 331), et *τὸ ἀκαλλὲς* nostrum, quale nunc est, longe differt *ἀπὸ τοῦ πρεσβυτέρου κάλλους* (de tr. II, 12, 248). Per Christum *τὴν γεγραμμένην εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ θεοῦ ἀπολαμβάνομεν, ἣν ἐδεξάμεθα διὰ τοῦ θεϊκοῦ ἐμφυσήματος, καὶ ἀπωλέσαμεν διὰ τοῦ ἁμαρτήματος, καὶ αὖθις εὑρισκόμεθα, οἷοί περ ἐπὶ τοῦ πρωτοπλάστου ἐγενήθημεν, ἀναμάρτητοι καὶ αὐτεξούσιοι* (de tr. II, 12, 255). Attamen "increpandi sunt haeretici, dicentes eos qui peccant naturaliter malos ex diabolo esse et substantialiter esse malum„ (Enarr. in 1 Joh. III. p. 330. F.). Neque parvuli peccant (ib. p. 331. B.; "aetate autem prohibentur, non virtute peccare, ut non aliud quicquam dicamus asserentes non salubriter exponi de infantibus qui peccatum faciunt; non enim idem est non peccare et peccatum non facere„). Paulus vero ad Ephes. II, 3 haudquaquam dicit, peccatum esse naturale quid; *φύσει* enim h. l. nihil significat, nisi vere (c. Manich. p. 206); omnino quoque

voluntates non funt fubftantiae malae (ib. p. 210); neque Judas iccirco natura erat malus (ib. p. 207. 211).

Didymus igitur cenfuit, ex Adami lapfu continuam peccatorum feriem profectam effe, negavit vero malitiam hominum naturalem. Neque, fi hanc homini tribuiffet, dixiffet, quod Maximus ferm. LV. (vid. Mingarellii Comm. de Didymo p. XXXVI.) e Didymo affert: *Τὰ μὲν ἀκούσια ἁμαρτήματα καὶ νόμος συγχωρεῖ καὶ θεὸς παρορᾷ, φιλάνθρωπος ὢν καὶ οὐκ ἀπηνὴς καὶ τῶν ἑκουσίων* (nec vel eorum, quae voluntaria funt, immitis ultor). . (Reliqua defiderantur; eandem autem fententiam eodem modo affert e Didymo Johannes Damafcenus in Parallelis Tit. XXI., nifi quod pro *ἑσουσίων* legitur ibi *ἑκουσίως*).

Chriftologia.

De perfona Chrifti Didymus docet: "Deus Verbum hominem affumpfit,, (Enarr. in 1 Petri III. p. 325. H.). Vere autem homo Chriftus erat, hominis et corpore et anima praeditus. Neque enim corpus Chrifti erat *ἄψυχον* (de tr. III, 21, 393. 396; 30, 424) (cf. de tr. III, 2, 328, ubi in verbis: *Οὐκ ἄρα διὰ ψυχῆς ἡ ἄῤῥητος ἐνανθρώπησις* pro *διὰ* legendum videtur *δίχα*, id quod jam Mingarellius annotavit). Corpus autem ipfius et vere humanum et muneri aptum effe oportebat falvatorio. „Neceffe erat", nofter ait contra Manich. p. 209, „ut qui ad falutem hominum veniebat, non acciperet corpus ex conjunctione viri; neque rurfus extra fucceffionem hominum, ficut primus homo, ne corpus ipfius alius generis effe putaretur. Etenim fi ipfe etiam ex terra formatus fuiffet, ficut fuit princeps generis humani, fufpicionem cepiffent, qui apparitionem per fictionem introducunt, non geftaffe re et veritate corpus hominis. Rurfus fi corpus ex conjunctione fumpfiffet nulla differentia, exiftimatus utique effet obnoxius effe illi peccato, cui per fucceffionem obnoxii erant omnes ex Adamo orti." (Diferte Docetas Didymus improbat Enarr. in 1 Joh. IV. p. 332. B.). Humana Chrifti natura intima ratione divinae erat conjuncta, verumtamen *ἀσυγχύτως* (de tr. III, 21, 402: *Ἀλλ' εὔχεται* — Chriftus — *διὰ τὸ καθ' ἡμᾶς ἀσυγχύτως καὶ δίχα πταίσματος γεγονέναι.* Cf. de tr. II, 7, 200) et *ἀτρέπτως*

(de tr. II, 7, 200). "Licet unitas divina sit sancta et impartita hominis ad Verbum, veruntamen alter est intellectus hominis assumpti et alter assumentis eum Verbi Dei„ (Enarr. in 1 Petri II. p. 325. A.). "Licet praecipua unitas facta sit Dei Verbi ad hominem quem Deus assumpsit, verumtamen essentia Verbi non est in hominem conversa„ (En. in 1 Joh. IV. p. 333. D.). („Neque praeterea agonia et cibi appetitus et somnus et similia deitati attribuenda sunt", de tr. III, 2, 328). Ceterum Nestorianorum sententiam Didymus adeo non fovit, ut eam in antecessum repudiaverit. Habet enim de tr. III, 6, 356 haecce: *Οὐκ ἄλλον πιστεύομεν εἶναι τὸν ἐκ πατρὸς υἱὸν, καὶ ἄλλον τὸν γενόμενον σάρκα καὶ σταυρωθέντα· ἐπεὶ μήποτε διαζευγνῦσθαι ἑαυτῆς, μὴ δὲ τρέπεσθαι πέφυκεν ἡ θεότης.* Quare etiam Mariam saepius *θεοτόκον* nuncupavit (de tr. I, 31, 94; II, 4, 133).

Quod ad Jesu vitam terrestrem attinet, de nativitate ejus Didymus de tr. I, 15, 25: „Quemadmodum", ait, „terrena ejus in incarnatione nativitas nulli alteri nativitati comparari potest; nam et ex virgine fuit, et sine fluxione (*ἄρευστος*) ac sine violatione (*ἀπήμαντος*), id quod natura nostra non habet; ita etiam coelestis nativitas incomprehensibilis maxime est et a quavis discrepans nativitate. Neque vero aut fides deneganda est, aut tuta res nobis est quaerere sive exponere, quomodo illa se habeat, cum ne dicere quidem possimus, quomodo virgo pepererit manens virgo." Idem fere habet de tr. III, 2, 20. p. 326; cf. quoque c. Manich. p. 209. Maria autem de Didymi sententia semper virgo mansit (*ἀεὶ παρθένος*), nec unquam praeter Jesum liberos peperit (de tr. I, 27, 84; III, 4, 349). Ipse vero Jesus "naturam non habuit ad peccandum, quasi substantiale sit ejus bonum„ (En. in 1 Petri II. p. 325. A.). Miraculis Christi Didymus etiam symbolicam significationem tribuit; veluti de tr. II, 13, 261: „Puto", dicit, „ob hanc etiam rationem aquam in vinum et in id, quod melius erat vino, a Christo mutatam esse, atque eum nuptiali coenae hilaritatem praebuisse, quia mystice (*ἀσυμφανῶς*) docere voluit, ὅτι καὶ τὸ ὕδωρ εἰς ἀθάνατον χρῆσιν τοῦ βαπτίσματος μετέθηκεν καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος

τὸ λεῖπον τῆς πίστεως ἀνθρώποις ἀνεπλήρωσεν μετὰ τοῦ θεϊκοῦ πνεύματος συμφωνίᾳ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός."

Doctrinam de opere Jefu Chrifti praeparet locus Didymeus de tr. II, 7, 200, fimul doctrinam de perfona Chrifti comprehendens, cujus haec funt verba: Ὁ γὰρ θεὸς λόγος οὐ διὰ τοὺς ἁμαρτήσαντας ἀγγέλους ἄγγελος, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐν ἁμαρτίᾳ ἀνθρώπους ἄνθρωπος, ἄτρεπτος (fine dubio legendum ἀτρέπτως), ἀσυγχύτως, ἀναμαρτήτως, ἀφράστως· ὡς οἶδεν καὶ ἠβουλήθη, ἐκ τῆς παρθένου καὶ κατὰ τὴν σάρκα αὐτῆς καὶ πάντων ἡμῶν ἐγένετο, μείνας ὃ ἦν καὶ ἔστιν καὶ ἔσται εἷς καὶ ὁ αὐτός.

Jam antea quidem, quam homo factus eft, Chriftus efficacem fe hominibus praebuit. "Duo adventus funt Chrifti (En. in 1 Petri I. p. 322. B.); unus quidem intelligibilis, fecundum quem recipitur tanquam Deus Verbum, alter vero fenfibilis, fecundum quem videtur ex Maria progreffus; fed divinior intelligibilis, quam fenfibilis, qui etiam pravis hominibus eft collatus. Omnibus itaque fanctis, qui poft adventum fuerunt et ante adventum, intelligibiliter adveniens Dei Verbum, proportione actuum, quos unusquisque geffit, fanctificat eos, quibus femetipfum decenter irradiavit, non minoratis fcilicet eis propter fenfibilem praefentiam qui fuerunt ante ejus adventum. Non enim propter malitiam, fed propter temporis diverfitatem hoc adventu frui nequiverant.„ Verum "ut unguentum (de fp. fcto I. p. 501), quod in vafe continetur, habet quidem odoris fubftantiam, fed prohibetur longius fpargi, quia vafe intrinfecus clauditur; cum autem vas foris fuerit effufum, emittit procul beneolentiam fuam: ita Chrifti nomen bene olens ante adventum ejus in folo Ifraëlis populo verfabatur, quafi Judaeae vafe inclufum. . Quando autem corufcans in carne fua falvator, in univerfam terram, quin potius in omnem creaturam extendit vocabulum fuum, . . tunc completum eft.„ Primum Chrifto ejusque doctrinae debemus illuminationem. Eft enim φῶς ἀγαθοειδὲς καὶ ἀγαθοποιὸν καὶ ἥλιος νοητὸς τῷ ἀφ' ἑαυτοῦ ἀλήκτῳ φωτὶ ἀπολαμπρύνων τὰ ὄμματα τῶν ἀπλανῶν καὶ δεκτικῶν ψυχῶν· καὶ εἴσω τῆς νοητῆς ἁγίων περιοπῆς καὶ ποιῶν ὁρᾷν, ἃ μὴ πρότερον δι' ἁμαρτίας ὁρᾷν καθ' αὐτὰ ἐπεφύκει· ἢ καὶ

ὅλον τὸν ἄρτιον ἄνθρωπον φωτοειδῆ ποιῶν, ὡς ὁ ἥλιος ἡλιοειδῆ τὰ σώματα τὰ ἐν οἷς παραγίνεται (de tr. I, 28, 86). Vitam deinde Jefus Chriftus fanctiffimam vixit nobis falutiferam; "illius enim perfonam gerit homo affumptus a Dei Verbo„ (En. in 1 Petri II. p. 323. D.). Denique mors ipfius peccata noftra expiavit, diaboli imperium, quod in nos ifte exercebat, deftruxit nosque Deo reconciliavit. "Evangelium unum et eundem facerdotem regemque conftituit; Chriftus namque utrumque eft„ (En. in 1 Petri II. p. 323. G.). *Ἐν τῇ οἰκονομίᾳ ἢ μεσιτείᾳ· ἐν ᾗ ὑπὲρ παντὸς τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἑαυτὸν ἀφράστως ἱερουργήσας καὶ ἐν τάξει θυμιάματος νοητοῦ τῷ ἰδίῳ πατρὶ προςαγαγών· αὐτόν τε ἐξεδυσώπησεν, καὶ τὸν ἐπηρτημένον τῷ κοινῷ γένει θάνατον ἀπέσβεσεν, καὶ ἡμᾶς τῶν εἰδώλων ἀπέστησεν καὶ τῇ θεογνωσίᾳ προςήνωσεν· τόν τε παράδεισον ἀπέδωκεν καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνήγαγεν, συνάψας ὡς θεὸς ἐξουσιαστὴς τὰ ἐπίγεια τοῖς ἐπουρανίοις, καὶ τὴν γενομένην διάστασιν συναρμόσας, καὶ ἐπαναγαγὼν τὸν ἄνθρωπον εἰς ἐκείνην τὴν χάριν, ἀφ' ἧς διώλισθεν* (de tr. III, 27, 420). "Pro hominum falute proprio filio non parcens pater, tradidit eum in mortem, ut per mortem filii fui deftructo eo qui habebat mortis imperium, hoc eft diabolo, redimeret omnes qui ab eo captivitatis vinculo tenebantur„ (de fp. fcto III. p. 521). Ita Chriftus "redemit homines (ib.) et fuscepit eos et exaltavit illos. Suscipit enim exaltatque falvatos, et redemptos in fublime tollit virtutum alis, et eruditione et fcientia veritatis, non ad unum tantum et alterum diem, fed in omnibus diebus aeternitatis habitans in eis et cum eis, et usque ad confummationem feculi vitam eis tribuens falutisque auctor exiftens. Omnibus autem diebus feculi illuminans corda eorum, non finit eos in tenebris ignorantiae et errore verfari. Et hoc puto effe quod fcriptum eft, in omnibus diebus exaltari eos.„ Acceperunt enim homines Chrifti opere *συγγένειαν πρὸς τὸν θεὸν, ἧς οὐκ ἠξιώθησαν* (dignati erant) *ἄγγελοι* (de tr. II, 12, 249). "Filii Dei fumus jam a praefenti feculo, quod feculum fignificat, eo quod nunc tales fimus, dum conftat in nobis, ficuti poffibile eft, in praefenti vita filiorum adoptio„ (En. in 1 Joh. III. p. 329. D.). Quae cum omnia Chrifto debeamus (cf. de tr. II, 12, 255 l.

ſupra — p. 363 — laud.), *ἐν οὐδενὶ ἄλλῳ ἐστὶν σωτηρία* (de tr. I, 29, 89).

Neque vero ſolis hominibus, ſed univerſo mundo, rationali potiſſimum, (etiam, ut videtur, lapſis angelis), Chriſtus opere ſuo profuit. Eſt enim (de tr. I, 28, 88) *ὁ καλλίνικος ὁ σωτὴρ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης.* In Enarr. autem in 1 Petri III. p. 325. G. Petri verba v. 22 ſic exponit: "Sicut per filium Dei, quod Verbum eſt ſeu ratio, eſſentiam cuncta rationalia et ut eſſent habuerunt; ſic per eum omnium eorum ſalus effecta eſt. Qui [quia?] non ſubſtantialiter, ſed acquiſitive ſanctitatem habent, cum creaturae ſunt [ſint?], jure purgatio facta eſt circa cuncta hoc modo habentia bonitatem. Unde etiam ſublimi ore [ſubliniorem?] correctionem ſuſcipiunt. Pacificavit enim Jeſus per ſanguinem crucis ſuae quae in coelis et quae in terra ſunt, omne bellum deſtruens et tumultum. Mox etenim in deſcenſu ejus et nativitate facta de virgine dictum eſt: Gloria in excelſis Deo et in terra pax. Concorditer autem et in praeſentibus dictum eſt, quia, cum reſurrexiſſet a mortuis et ſederet in dextera in excelſis, profectus in coelum, ſubjecti ſunt angeli ei, poteſtates atque virtutes. Sicut enim homines abſtinentes a peccatis ſubjecti ſunt, ita et ſuperiora rationalia correcta ſpontaneis culpis, quae [quas?] forſitan habuerunt, ei ſubjecta ſunt, completa diſpenſatione habita pro ſalute cunctorum. Poſſibile eſt autem aliquos hujusmodi ſpontaneis paſſionis voluntatibus abſtinentes dicere, quia non omnino mutatio facta ſignificatur ſubditorum animalium ſupernorum.„

Jamvero opus Chriſti prodeſſe nobis nequit, niſi ei fidem habeamus piisque operibus eum imitemur. *Παρέχει* (Chriſtus) *ἄφεσιν ἁμαρτιῶν τοῖς πιστεύουσιν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ* (de tr. I, 29, 89; cf. II, 14, 274; III, 1, 316). "Vita aeterna ex fide ſalvatoris atque virtute generatur„ (En. in 1 Joh. III. p. 331. D.). "Cogitandum eſt, ut fides habeatur cum operibus virtute dignis, ut non mortua, ſed viva conſiſtat. Nam et qui habet corpus animale non mortuum, ſed vivum, illud per ſocietatem ſpiritus vult habere. Notandum ſcilicet, quia cum fides mortua ſit praeter opera, jam neque

fides eſt. Nam neque homo mortuus homo eſt. Quomodo vero aliqui cauſam eſſe ſpiritum dicentes, quo corpus vivat, honorabiliorem eſſe corpore dicunt, et ideo conſequenter et opera honorabiliora magis quam fidem aſſeverant vivificantia eam, perfectius ſtudui, ut quod mihi videtur exponerem. Non enim ſicut indubitanter ſpiritum corpore meliorem, ita ſine reluctatione opera fidei praeponenda ſunt, quando gratia ſalvatur homo non ex operibus, ſed ex fide; niſi forte et hoc in quaeſtione ſit, quod ſalvet fides quae cum operibus propriis vivit, tanquam aliud genus operum ſit, praeter quae ſalus ex fide proveniat; nec autem ſunt opera quae ſub umbra legis obſervantur„ (En. in ep. Jacobi II. p. 320). "Confeſſio Chriſti oportet ut conjuncta ſit rectis dogmatibus et bonis operibus„ (En. in 1 Joh. IV. p. 338. D.). "Qui ex Deo naſcuntur adimplendo quae virtutis ſunt, hujusmodi fiunt. His itaque proxime dictum eſt etiam illud. Qui facit juſtitiam et diligit inimicos ſuos et orat pro eis, fiet filius patris coeleſtis ex eo natus. Cum haec ita ſint, et qui naſcitur ex Deo, credens utique quia Jeſus eſt Chriſtus, non ſolam confeſſionem hujus de aſſumptione Chriſti, ſed illam fidem, ſecundum quam ei virtutis opera conjunguntur, naſci dicitur ex Deo„ (ib. in c. V. G.). "Quisquis enim peccando in tenebris ambulans dixerit ſe communionem habere per participium apud Deum, et mente non eſſe tenebroſa, mentitur non faciens veritatem„ (En. in 1 Joh. I. p. 327. G.). Itaque homo *ἕτοιμος γίνεται δι' ἔργων καὶ πίστεως εἰς τὸ σωθῆναι* (de tr. III, 22, 405).

Jamjam quaeritur, quamnam de gratiae divinae neceſſitate ad arripiendam fidem et vitam degendam vere chriſtianam noſter ſententiam foverit. Cum ea Didymus floreret tempeſtate, qua Manichaei libertatem arbitrii de medio tollentes eccleſiam vexabant, maxime ſollicitus erat, ut arbitrii libertatem adſtrueret. Ita initium fidei ac virtutis in nobismetipſis eſſe ſtatuit *). De trin. II, 14, 269. 270 *πίστις* dicitur

---

*) Quare praedeſtinatio Dei potius eſt Didymo praeſcientia. "Praevidens„, ait En. in 1 Petri I. p. 321. F., "Deus fidem et actus hominum, quae [qui?] aguntur per evangelicam doctrinam, praeſcienter elegit eos in Chriſto ante mundi origi-

ἀρχομένη ἐξ ἡμῶν. Ib. I, 9, 11: *Προαιρέσει*, ait, *ἰδίᾳ ἔχομεν τὸ εἶναι καλοὺς ἢ κακούς· ἐπιστήμονάς τε κατ' ἐπιτηδειότητα, ἢ ἀνεπιστήμονας κατὰ ῥαθυμίαν.* (Cf. de tr. I, 18, 51: *Ἡ κτίσις κατὰ μετοχὴν τὴν ἀγαθότητα ἔχει ἀπομιμουμένη πρὸς δύναμιν τὴν ἑαυτῆς, εἰ θέμις εἰπεῖν, τὴν ἔμφυτον καὶ τελείαν τοῦ θεοῦ ἀγαθότητα καὶ δι' αὐτῆς σωζομένη.*) Verum ut ad fidem vere perveniamus pieque agamus, cooperatione gratiae divinae, *τῇ θεοῦ συνεργείᾳ*, opus eſt (Caten. Corderian. ad Pſ. L, 2. p. 993). „Curam noſtri habes, domine", ait noſter in Cat. Corder. Pſ. XCIII, 20. p. 986; „unde ſi quid adeſt nobis boni, ſcimus id ipſum, quantumcunque eſt, abs te etiam exiſtere." Cf. En. in 1 Joh. III. p. 380. A.; de tr. III, 1, 317. Haec Dei gratia cooperans maxime cernitur in dono ſpiritus ſancti. "Fidei effectus eſt particeps, quae ex ſpiritu ſancto venit„ (de ſp. ſcto I. p. 499). *Τὸ πειθαρχεῖν θεῷ προαιρετικὸν, ὥςπερ τὸ πιστεύειν, οἷς κατὰ ἀναλογίαν δέδοται τὸ πνεῦμα, τοῖς τῶν χαρισμάτων αὐτοῦ τυγχάνουσι* (apud Wolfium Anecdot. T. IV. p. 21). *Δίχα τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιφοιτήσεως οὐδὲ μία ἡμῖν πρὸς τὸν θεὸν δύναμις. ἢ ἐλπὶς ὑπάρχει* (de tr. II, 6, 12. p. 167). *Δίχα τοῦ ἁγίου πνεύματος μὴ δ' ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν ὑπάρχει τῇ κτίσει* (id. c. 17. p. 282). Demum ſpiritus ſancti operationes vere chriſtiane vivere nos docent (de ſp. ſcto I. p. 499. 501; II, 511. 513; III, 524; de trin. I, 20, 61 ſqq.; II, 1, 113. 114; II, 10, 235 (*οἱ γὰρ ἀξιούμενοι ἔχειν κατοικοῦν ἐν αὐτοῖς τὸ πληροῦν τὰ πάντα ἐνυπόστατον πνεῦμα τοῦ θεοῦ· οὔτε κατὰ ὁμωνυμίαν ἢ συνωνυμίαν, οὔτε κατὰ ἀλληγορίαν, οὔτε κατὰ μεταφορὰν ναὸς αὐτοῦ ὠνομάσμεθα, ἀλλὰ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν*); II, 12, 248; III, 1, 317; 39, 443 („a ſancta trinitate omnis nobis ſalus donata eſt; pater quidem ad adoptionem in filios nos vocavit; unigenitus autem et verus ac genuinus filius fratres denomi-

---

nem, jam tunc praedeſtinans eos filios eſſe participio ſanctos adoptionis. Praeſcientia enim nihil aliud eſt putanda, quam contemplatio futurorum, quae non eſt jam praeſcientia poſtea, ſed ſcientia, dum ea, quae primitus contemplata ſunt, veniunt ad effectum. „

navit, et permisit ut vocaremus nostrum patrem Deum; spiritus vero sanctus inhabitavit, inspiravit, .. insuper nos regeneravit, et a peccato ac morte liberavit, et sanctificavit" cet.)), et regeneratio per spiritum s. effecta summum est Christianorum bonum (Enarr. in 1 Petri I. p. 323. B. C.; de tr. II, 12, 255. 256. 259). Quare blasphemia in spiritum sanctum est finis malorum (Enarr. in Jud. p. 337). Haec *βλασφημία,* ait de tr. III, 2, 333, *ἐστὶ τὸ μὴ λέγειν αὐτὸ θεόν,* et de tr. II, 26, 298: *Ἄλλη ποία νοεῖται περὶ αὐτοῦ βλασφημία, ἢ τὸ μὴ ὁμολογεῖν αὐτὸ θεὸν ὁμοούσιον καὶ συνάρχον τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ;* Hinc ib. cavendum esse dicit, *τοιοῦτο μὴ δὲ κατὰ ἄγνοιαν ἁμαρτῆσαι.* De sp. scto III. p. 530 autem idem peccatum etiam in patrem filiumque patrari posse censet. "Quicunque,, inquit, "in spiritum blasphemaverit, non solum in hoc seculo, verum etiam in futuro non dimittetur ei, nec ulla misericordia et venia reservabitur illi, qui conculcaverit filium Dei et injuriam fecerit spiritui gratiae ejus, in quo sanctificatus est. Quod quidem et in Deo patre est intelligendum. Nam qui blasphemaverit in eum et impie egerit, sine venia cruciabitur, nullo pro eo dominum deprecante, sicut scriptum est: Qui autem in dominum Deum peccaverit, quis orabit pro eo? Necnon et qui filium negaverit coram hominibus, negabitur ab eo coram patre et angelis ejus. Ergo quia nulla venia in trinitatem conceditur blasphemantibus, omni studio et cautela est providendum, ut ne in brevi quidem parvoque sermone de ea disputantes labamur.,,

Baptisma *) supplet, quod fidei deest hominibus (de tr. II, 13, 261); „renovat nos in baptismo (de tr. II, 12, 248)

*) Baptismi varios Didymus invenit typos de tr. II, 14, ex parte commemoratos a nobis (p. 93 sq.), ubi de hermeneutica Didymi actum est. Addit p. 272 haec: „Inveniemus autem praeter illa, quae commemorata sunt, piscinam etiam Hierosolymis olim existentem, cui nomen Bethesda, nemine diffitente imaginem baptismi esse, non vero ipsam veritatem; nam imago censetur, quae ad tempus, veritas vero, quae in perpetuum permanet. Ideo ab angelo commota, quae in ipsa erat, aqua et semel in anno, et unum duntaxat, qui primus in eam descendisset, et corporis morbum, non vero animae sanabat. Authenticus enim ba-

ſpiritus ſ. ut Deus una cum patre et filio, nosque e deformi ſtatu ad priſtinam pulchritudinem reducit, ac ſua implet gratia, adeo ut nullam amplius rem, quae expetenda non ſit, capere poſſimus; et liberat a peccato atque a morte, et ex terrenis .. ſpiritales facit et participes divinae gloriae (cf. de tr. II, 25, 297), et filios et haeredes Dei ac patris, et conformes imaginis filii, et cohaeredes ejus, et fratres, una cum eo glorificandos, ſimulque cum ipſo regnaturos; et pro terra rurſus donat coelum et paradiſum liberaliter largitur, et angelis jam honoratiores facit, et divinis piſcinae fluentis tantam gehennae inexſtinguibilem flammam exſtinguit." *Δίχα τοῦ ἀναγεννηθῆναι βαπτίσματι ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ καὶ σφραγισθῆναι τῷ ἁγιασμῷ καὶ ναὸς αὐτοῦ γενέσθαι· οὐδεὶς τῶν ἐπουρανίων ἔτυχεν ἀγαθῶν, κἂν τὸν ἄλλον βίον ἄμεμπτος εὑρέθῃ* (de tr. II, 12, 256). *Καὶ οὐδέποτε παρ᾽ οὐδενὶ ἄνευ τοῦ βαπτιστικοῦ ὕδατος ὁ Χριστὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα* (ib. 13, 261). Unam tantum exceptionem noſter concedit, qua ſine baptismate ad ſalutem perveniatur. *Ἀλλὰ*, inquit de tr. II, 12, 256, *καὶ οἱ πρὸ βαπτίσματος μαρτυρῆσαι ἐπιτυχόντες, τῷ ἰδίῳ ἀπολουσάμενοι αἵματι οὕτως ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος τοῦ θεοῦ ἐζωοποιήθησαν.* — Semper in nomine univerſae trinitatis baptisma eſt impertiendum. "Non arbitror,,, ait de ſp. ſcto II. p. 508, "quemquam tam vecordem atque inſanum futurum, ut perfectum baptisma putet id quod datur in nomine patris et filii, ſine aſſumptione ſpiritus ſ., aut rurſus in nomine patris et ſpiritus ſ., filii vocabulo praetermiſſo, aut certe in nomine filii et ſpiritus ſ., non propoſito vocabulo patris. Licet enim quis poſſit exiſtere ſaxei cordis, et penitus mentis alienae, qui ita baptizare conetur, ut unum de praeceptis nominibus praetermittat, vide-

---

ptismus poſt filii et ſpiritus ſ. apparitionem et quotidie aut potius ſingulis horis, aut ut verius dicam continuo et omnes in piſcinam deſcendentes et ab omni peccato in perpetuum liberat, ac multarum et diverſarum et exorbitantium et curatu difficilium affectionum, cum ſpiritualium, tum corporalium ſanatio una invenitur, ac nullum plane jam e vetuſtis malis peccatisque ſive interioribus ſive exterioribus baptizatos comitatur."

licet contrarius legislator Christi, tamen sine perfectione baptizabit, imo penitus a peccatis liberare non poterit, quos a se baptizatos existimaverit.„ Eandem sententiam profert de trin. II, 12, 250. 254. — Quod ad materiam baptismalem attinet: „Promiscue", dicit de tr. II, 14, 263, „quaevis aqua, etiam in mari, si repentina necessitas tulerit, baptismus fit, quod una sit aquarum natura et tota fuerit sanctificata" (scilicet Dei spiritu, qui ferebatur super aquas, Genes. I.). — Quam de baptismo haereticorum sententiam foverit, dicit de tr. II, 15, 278. 279 hisce verbis: *Μετερχόμενοι τοίνυν εἰς τὴν ὀρθοδοξίαν, κἂν τυχὸν ὦσιν βεβαπτισμένοι, βαπτίζονται μέν· οὐ γὰρ λέγομεν ἀναβαπτίζονται, ἐπειδὴ μὴ ἔχουσι τὸ ἀληθὲς βάπτισμα· (οἱ δὲ Εὐνομιανοὶ μὲν διὰ τὸ μίαν κατάδυσιν ποιεῖσθαι λέγοντες μόνον εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου βαπτίζεσθαι· Φρύγες δὲ διὰ τὸ μὴ εἰς τὰς τρεῖς ἁγίας ὑποστάσεις βαπτίζειν, ἀλλὰ πιστεύειν τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα.)*

In sacra coena (quae *ἀναίμακτος λατρεία* dicitur de tr. I, 25. p. 67 et *ἀναίμακτος θυσία* de tr. III, 7, 201, de tr. III, 21, 398 autem *ἀκρότατον καὶ διαιώνιον μυστήριον*) verum Christi corpus et sanguinem exhiberi (vel si mavis distribui) saepius Didymus significat. Ita de tr. II, 6, 179 ad Jesai. XXV, 6 vinum interpretatur *τὸ δεσποτικὸν σωτήριον αἷμα* et ib. II, 13, 262 Christus, cujus nomine Didymus loquitur, verbis de se utitur: *Θρέψας τῷ σώματί μου καὶ τῷ αἵματι.* Cf. de tr. II, 14, 277 (*κοινωνία τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ δεσποτικοῦ*) et ib. III, 21, 398 (*ἔμφοβοι μετέχοντες τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ*) *).

*) Praeter illa veri nominis sacramenta celebrat Didymus etiam sanctum *χρίσμα*. „Chrisma", ait de tr. II, 14, 274, quo uncti sunt cum Aaron a Mose, tum praeterea omnes etiam, qui e sacerdotali cornu ungebantur, quique ex chrismate Christi denominati sunt, typum gerebat sanctificati chrismatis, quod nos accipimus. Etsi enim corporaliter hoc fluat, tamen spiritaliter prodest; nam simulac venerit in cor nostrum fides beatissimae trinitatis et verbum spiritale in os, et obsignatio Christi in frontem, simulac baptismus susceptus fuerit et chrisma nos confirmaverit, statim inquam propitia invenitur quae na-

Quod ad ecclesiam pertinet, de sententia Didymi Petrus (*ὁ ἐν ἀποστόλοις κορυφαῖος* de tr. I, 27, 85 et *ὁ τὰ πρωτεῖα ἐν τοῖς ἀποστόλοις ἔχων* de tr. II, 10, 231) potestatem ecclesiasticam accepit, *μᾶλλον δὲ καὶ πάντες δι' αὐτοῦ* de tr. I, 30, 92). Imaginem ecclesiae noster habet arcam Noachi (de tr. II, 14, 265). — Haereticos eos, "qui falsa de Christo docent,,, nominat Antichristos (En. in 1 Joh. II. p. 328), eosbue in duas dividit classes. "Non habent (in 1 Joh. IV. p. 332. B.) spiritum sanctum, qui dicunt dominum Jesum, et non faciunt quae praecipit, cum procul ab eo sint corde, solis eum labiis honorantes. . Negans enim virtutem qua fingit esse pium, operibus respuit Jesum, et licet ore confiteatur eum in carne venisse. . Sunt autem quidam haeretici, qui neque usque ad sermonem consentiunt in carne venisse Jesum, sed aut corpus coeleste eum detulisse putant, aut certe ad phantasiam hominem apparuisse confirmant.,, Saepius contra haereticos Didymus invehitur. Ita de tr. II, 11, 242: „Haeretici", ait, „eam, quam initio elegerunt, viam tenentes, et proprias speculationes doctrinasque per medium veluti chaos promoventes, in hoc etiam oraculum insultant, ac temere, ut assolent, contradicunt, atque impietatem cum impietate . . colligare ac nectere conantur, futiles rationes proferendo", et de tr. III, 1, 317 praeter alia verba haec habet: „Saepenumero quae de ipso filio aut ab ipso dicta non fuerunt, aut quae arcano atque aenigmatico sensu scripta sunt, ea sine examine quasi contra ipsum aut ab ipso pronunciata proponunt, et pravam quamlibet atque infirmam interpretationem plurimi faciunt; ac semetipsos nihil ab irrationalibus animalibus discrepantes exhibent huic optatissimo (*περιποθήτῳ*) domino, qui credentes ducit sine violentia in patris, sui ipsius et sancti spiritus unum individuum regnum." Pagina sequente autem addit: *Ταράττειν δὲ καὶ ταράττεσθαι δοκοῦσιν οἱ τεχνικοὶ λόγοι* (artificiosae argumentationes), *οἱ πλεονά-*

---

tura est bonorum largitrix trinitas", et ib. 15, 279: „Unguntur autem qui a quavis haeresi accedunt, quia non habent sanctum chrisma; episcopus vero solus per coelestem gratiam perficit chrisma."

ζουσιν αἱρετικοῖς τοῖς τῆς θεολογικῆς θεωρίας ὡς καὶ ἕλληνες ἀλλοτρίοις, id quod fuſius porro demonſtrat. Disputat noſter adverſus haereticos praecipue de tr. lib. III.; omnino autem libris de trin. (alibi improbat etiam Nicolaitas, Marcionitas — En. in Jud. p. 336 —, al.) praeter Arianos et Macedonianos, in quos ſemper oratio ſua converſa eſt, diſertè vel confutat vel ſaltem improbat Simonem Magnum (de tr. III, 42), Menandrum (ib.), Montanum (III, 18. 38. 41), Baſilidem (III, 41), Carpocratem (ib.), Valentinum (ib. et II, 6. §. 19), Manetem (III, 18. 42) et Novatum Sabbatiumque (I, 30) *).

Eſchatologia.

Animas hominum eſſe immortales ſaepius Didymus contendit. *Τὸ πνεῦμα*, ait de tr. II, 7, *τὸ ἀθάνατον ἔχομεν*, et ib. III, 1, 314 dicit, corpus noſtrum *κατακρατεῖν ἐπιχειρεῖν τῆς φύσει κρείττονος* (ψυχῆς), *καὶ τοσούτῳ κρείττονος, ὅσον τὸ ἀθάνατον τοῦ θνητοῦ.* Uberius de tr. III, 16. p. 373 ſqq. doctrinam de immortalitate defendit hisce verbis: „Iis, qui dicunt: Ergo animae et angeli non ſunt immortales et inviſibiles, occurrendum eſt ſic. Quod ſpectat ad immortalitatem, primum quidem hoc modo: quod ſcilicet horum immortalitas nequaquam eadem eſt ac primitiva et infinita immortalitas, ſed longe inferior atque diverſa, quantum creatura a creatore, ideoque ſolus habere immortalitatem Deus dictus eſt. . Alio autem modo quod animae et angeli ſunt et immortales quoad immunitatem a morte atque eſſentiae incorruptibilitatem, et mortales, quatenus mente aliquando corrumpuntur; nam ex mutatione eſt, quando labuntur in peccatum, ex quo ſupervenit mors, juxta quem modum Paulus ſcribit: Et in deliciis vivens vidua mortua eſt; etſi ea nondum ex hac vita migraverit; . . et intelligitur in animabus atque angelis immortalitas, ſi, praeterquam quod

*) De ſalute proborum gentilium is videtur non deſperaſſe, qui et ab ipſis dictorum auctoritate utebatur et (vid. Chriſtol. p. 366) ab omni inde tempore in hominum piorum caſtorumque animis τὸν λόγον efficacem ſeſe praebuiſſe dicebat.

mortis capaces non ſunt, hoc eſt diſſolvi nequeunt, utpote incompoſiti, et ex ipſorum eſſentia immunes a morte, ne corruptioni quidem mentis ſuccumbant, i. e. ſi immobiles (ἄτρεπτοι) permaneant. Mortalitas vero intelligitur per oppoſitionem hujus" et qu. ſq.

Poſt corporis mortem "omnes, qui ſecundum Chriſtum finiuntur, in Abrahae ſinum proficiſci„ ait En. in 1 Petri I. p. 822 et de tr. III, 29, 428. Sinum hunc intelligere videtur locum aethereum in fragmento, quod Mingarellius ex codice Veneto exſcripſit (vid. Commentar. de Did. p. XXXVII.), ubi ſic Didymus loquitur: *Τῶν πρᾳέων τόπος αἰθέριος ὤν, ὡς πρὸς τὸν ὑπερκείμενον οὐρανὸν, γῆ τῶν οἰκούντων ἐστίν· ἐν αὐτῇ τοίνυν οἱ πρᾳεῖς κατασκηνώσουσιν, εἰς αὐτὸν προςδεχόμενοι τὸν οὐρανὸν ἐμφανισθῆναι τῷ προςώπῳ τοῦ θεοῦ· μήπω γὰρ τῶν ἐπαγγελιῶν τυχόντες οὐκ οἰκοῦσιν, ἀλλὰ κατασκηνοῦσιν.* Hi ſancti pro nobis intercedunt (de tr. II, 7, 202: *Τῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας φύσεως γεγονότων ἁγίων πρεσβευόντων*).

Reſurrectionem Didymus fore ſtatuit En. in 1 Petri IV. p. 826; de tr. II, 7, 181, eamque corporis. „Eadem enim, quae nunc habemus, corpora recuperabimus. „Neque verbum prohibebit, quominus (homines) corpora ſua igni aliave ratione abſumpta reſumant" (ex Corderiana Catena in Joh. p. 159). Corpora autem erunt ſpiritalia. Loquitur enim T. IV. Anecdotorum Wolfii p. 11 ad Actor. II, 26 in hunc modum: „Si quis vero haec ex perſona Davidis dici opinatur, deſinat ſeſe ſimpliciorum ſententiae de reſurrectione opponere. Quamvis enim hi demonſtrare ad oculum non poſſint quod credunt; pie tamen ſe gerunt, cum ajunt carnem reſurgere, ut ſpiritale et incorruptibile corpus ſit; ſicut enim mortuus qui reſurgit poſt reſurrectionem vivus eſt, non vero mortuus, ita caro reſuſcitata poſt reſurrectionem ſpiritale et incorruptibile corpus eſt." Huic autem loco non diſſimilis eſt alter, qui in extremis Enarratt. (in Jud. p. 337) ita legitur: "Scriptum namque de hujusmodi juſtis eſt (Dan. XIII, 3): Fulgebunt ſicut claritas firmamenti, et intelligentes erunt ſicut aſtra. Propterea namque ſancti reſurgentes a mortuis cum incorruptibili et ſpirituali corpore, ſolis et lunae et ſide-

rum gloriae comparantur.„ (Chiliaſtarum craſſas opiniones noſter aperte reſpuit. "Si ergo„, ait En. in 1 Petri I. p. 321. G., "in coelis fidelibus haec ſervatur haereditas, frivola quaedam et tepida proferunt aliqui putantes eam ſe percipere in terrena Jeruſalem. Mille annis exiſtimant eſſe deliciarum praemia proprietate recepturos. Qui etiam interrogandi ſunt, quomodo aſtruant delicias corporales, cum dicatur hanc haereditatem nec corrumpi poſſe nec marceſcere, maxime cum ipſi dicant, haec poſſe finiri completo anno milleſimo.„)

Reſurrectionis tempore *) Chriſtus veniet (*ὡς ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνέβη, ἥξει τὸ δεύτερον διακονουμένων αὐτῷ ἀγγελικῶν φαλάγγων μυρίων μυριάδων· καὶ ἔτι καὶ κρινεῖ καὶ ποιήσει κατὰ τὴν φιλανθρωπίαν αὐτοῦ* — de tr. II, 7, 200) ad judicium extremum a patre et ſemet ipſo habendum (En. in 1 Petri I. p. 323. A.; de tr. I, 29, 89) **).

---

*) Antea Antichriſtus in terra apparuerit neceſſe eſt, „cujus, ut eventa indicent; plenum gravi conflictu tempus (*ὁ ἀγωνίας δεινῆς γέμων χρόνος*) jam appropinquare (*ἤγγικεν ἤδη*)" Didymus ait de tr. II, 27, 306.

**) "Illo die coeli magno impetu et ſine dilatione tranſibunt, elementis utique tabefactis ab igne illato, poſt quod coelis radicitus amputatis novi coeli novaque terra erit, in quibus juſtitiam et promiſſiones Dei in ſua habitatione poſſideant juſti.„ Haec Didymus tradit Enarr. in 2 Petri III. p. 326. F. tanquam hujus epiſtolae auctoris ſententiam. Fortaſſe igitur quoque ſua ipſius eſt, praeſertim ſi additamentum hujus enarrationis, quo poſteriori Petri epiſtolae quippe falſatae canonica auctoritas abjudicatur, non eſt ab ipſo Didymo profectum. Verum eſſe etiam poteſt, ut vel tota haec enarratio non ſit Didymi, vel cum eam ſcripſerit noſter de divina iſtius epiſtolae auctoritate revera dubitaverit (vid. Didymi Criticam p. 30 ſq.). Quare, an haec de fine mundi ſententia vere ſit Didymi, non ſupra omnem dubitationem elatum eſt. — Ibidem de ſententia Petri ait, ex iſta mundi renovatione tertium mundum proditurum eſſe ("omnibus enim manifeſtum eſt tres mundos per ſucceſſionem conſiſtere„): "Coelum erat olim et terra, ex aqua et per aquam conſtituta verbo Dei, per quae qui tunc erat mundus aqua inundatus deperiit; qui autem nunc ſunt coeli et terra, verbo repoſiti ſunt igni reſervandi. Et poſt alia: Novos vero coelos et terram novam ſecundum promiſſa ipſius exſpectamus.„

Beatorum jamjam haereditas in infinitum permanebit (En. in 1 Petri I.), regnabuntque cum Chriſto (de tr. I, 31, 95; II, 12, 248), ſed ita, „ut regni quidem bonis fruituri ſint, reges vero futuri non ſint" (de tr. II, 12, 258). Imperium enim tenebit f. trinitas (ib.). "Non habeo„, inquit de illa felicitate En. in 1 Joh. III. p. 329. F., "quod dicam. . Hanc itaque perfectionem habendam putandum eſt in futuro poſt omnia, dum ſicut pater et filius unum ſunt, unum erunt in patre et filio, qui hanc perfectionem exſpectant, ſimiles patri filioque futuri participatione trinitatis.„ **Improbi** vero (ἤδη δι' αὐτοῦ ἁμαρτάνειν ὁ φαῦλος παροῦσαν ἔχει τὴν κόλασιν — c. Manich. p. 215) ἀπέραντα πονήσουσιν (de tr. II, 8, 131); neque enim in judicio illo amplius eſt poenitentia (de tr. II, 7, 193); eſt potius improborum τῆς γεέννης ἄσβεστος φλόξ (ib. II, 12, 248). Cf. de tr. III, 42, 449. Item ad Prov. IX, 18 Catenae ed. a Peltano p. 153 dicit: „Qui illius (meretricis) moribus atque conſiliis obſequuntur, . . ad ſempiternum tandem interitum abducuntur." Attamen qui (ut ſupra vidimus) angelorum lapſorum reſipiſcentiam ſperavit En. in 1 Petri I. addiditque h. l.: "Quod etiam ſtudioſis hominibus compromittitur„, quique En. in 1 Petri III.: "Pacificavit Jeſus„, inquit, "per ſanguinem crucis ſuae quae in coelis et quae in terra ſunt, omne bellum deſtruens et tumultum„, is de damnatorum hominum ſalute licet poſt aeternum demum ſeculum reparanda non omnino videtur deſperaſſe *).

SUMMA. **)

Sacra ſcriptura regulam fidei contineri cum omnibus omnium temporum Chriſtianis etiam Alexandrini noſtri

---

*) **Apologeticam** Didymi non habemus deſcribendam, quia non in eo noſter erat, ut (apologetice) contra gentiles et Judaeos, ſed in eo, ut (polemice) contra haereticos fidem chriſtianam defenderet, quod qua ratione in univerſum egerit, jam e deſcripta ipſius dogmatica ſatis videtur conſtare.

**) In deſcribenda ſumma Alexandrinae theologiae hoc potiſſimum (quod ſenſu ſtrictiori dicimus) Alexandrinum aevum con-

docuerunt. Proximis autem apoſtolorum aevo temporibus eſſe non poterat, quin juxta ſacram ſcripturam effatis apoſtolorum eorumque diſcipulorum multum auctoritatis tribueretur; et ſic ortum eſt dogma de auctoritate traditionis eccleſiaſticae. Comprobarunt id non modo Irenaeus adv. haereſ. I, 9, 4; III, 4 (ed. Maſſuet. Pariſ.), et Tertullianus de praeſcript. haeret. (vid. A. Neandri S. V. Antignoſt. p. 311 ſqq.), verum etiam Clemens atque Origenes (necnon Didymus). De eo autem inter hos omnes convenit (id quod etiam diſertius Cyprianus dicit ep. 74. p. 215 ſq. (ed. Joh. Fell., Brem. 1690); 71, 194 ſq.; 63, 175), non vinciri ſcripturam ſacram eccleſiaſtica traditione; et ne Tertullianus quidem Montani ſectator novum dogma e traditione derivavit, ſed tantummodo aut ritus eccleſiaſticos inde deducere (de corona milit. c. 23), aut eâ ſcripturam ſ. illuſtrare voluit (de virg. veland. c. 1). Ita quoque noſtri nihil aliud in traditione invenerunt, quam in ſcriptura ſacra, et Origenes praef. de princ. eodem utramque redire haud obſcure ſignificavit. Poſteris demum temporibus traditio eccleſiaſtica, in patrum dictis ſcriptisque quaeſita, non amplius juxta, ſed revera ſupra ſcripturam ſ. ponebatur, idque eo majori injuria, quo ab apoſtolorum aevo haec tempora longius aberant.

Minus de philoſophia eccleſia occidentalis conſenſit cum Alexandrina. Uti enim in religione judaica ab altera parte anthropomorphitas videmus literae ſcripturae ſ. adhaerentes, ab altera idealiſtas Platonica philoſophia corruptos; ita quoque jam primo chriſtianae religionis aevo duo ſimiliter oppoſita ſtudia apparuerunt (die Fleiſchlichkeit, — cfr. A. Neandri S. V. Joh. Chryſoſtomus T. II. p. 164 ſqq. — die das Chriſtenthum zu ſehr ins Fleiſchliche herabziehen will, ſtatt ſich durch daſſelbe vergeiſtigen zu laſſen, und die Geiſtlichkeit, welche Alles in der Religion zu ſehr zu vergeiſti-

———

ſiderabimus, quod ad finem usque ſeculi III. p. Chr. porrigitur (quoniam ſeculo IV. non amplius aeque perſpicuis Alexandrina theologia proprietatibus prae occidentali excelluit) poſteriorum Alexandrinorum ad dogmata quod attinet, id magis tanquam appendicis loco addituri (Macarii vero revelationes, ne dicam ſomnia, prorſus omiſſuri).

gen und zu verflüchtigen ſtrebt, dadurch in ein bodenloſes und unſtätes Schwärmen geräth, ſtatt die, für die bloſse inhaltsleere Idee, die kernloſe Schale, von dem Chriſtenthum ihr dargebotene Wirklichkeit demüthig anzunehmen und ſich anzueignen); ab altera enim parte videmus craſſiores chiliaſtas (veluti Papiam), ab altera gnoſticos. Gnoſtici id, quod in chriſtiana religione intima ratione unitum eſſe debet, ſeparabant, prehendebant ideam ſine hiſtoria, divinum ſine humano, contemplationem (excepto ſcilicet Marcione; vid. Neand. Genet. Entw. d. gnoſt. Syſt. p. 276) ſine vita, et evangelium Chriſti philoſophiae ſuae ſubjicientes de ejusque ſcitis ſigurantes, *γνῶσιν τῶν πνευματικῶν* opponebant *πίστει τῶν πολλῶν* (*ψυχικῶν*). Baſilides quidem ſidem habuit pro ſuprema cognitione, neque eam gnoſi ſubjecit; minime vero eam ſidem intellexit, qualem Paulus apoſtolus commendat et chriſtianae religionis natura poſtulat (Neandri gnoſt. Syſt. p. 56 ſq.). Gnoſticae autem theoſophiae veritatem Valentinus adeo ſibi perſuaſam habuit, ut (Neand. gnoſt. Syſt. p. 137) Jeſum appellaret aſcetam perfectiſſimum et theoſophum maxime ſublimem. Recta gnoſticis adverſabantur craſſiores chiliaſtae (cum Montaniſtis), literae ſcripturae ſ. adhaerendo ſpiritum haud raro negligentes. Horum praecipua principia Alexandrinorum aevi (ſenſu ſtrictiori) occidentales doctores, imprimis Irenaeus, ex ſchola Aſiae minoris profectus, Tertullianus (praeſertim tanquam Montaniſta) et Cyprianus, iique ambo ſcholam Africae ſeptentrionalis Carthaginienſem repraeſentantes, ſua reddebant, atque ii quidem excellebant eximio ſtudio, (plerumque) neglectis et repudiatis philoſophicis ſpeculationibus, dogmata chriſtiana ad vitam chriſtiane inſtituendam adhibendi. Tertullianus, quanquam et ipſe interdum Platonicas notiones immiſcet, tamen haudquaquam in bonam partem judicat de Socrate (de anima c. 1., apologet. c. 46.), Platonem „omnium haereticorum condimentarium" (de anima c. 23.) omnesque omnino philoſophos patriarchas haereticorum appellat (ib. c. 3.), nihil homini chriſtiano cum Platone commune eſſe debere ſtatuit (de praeſcr. haer. c. 7.; adv. Marcion. lib. V. c. 19.), argumentum pro veritate religionis chriſtianae depromptum ex ejus conſenſu cum philoſophia

rejicit (de teſtimonio animae c. 1.), et inſigni loco de anima c. 7. (vid. Roſenmülleri hiſt. interpret. lib. ſ. II, 8 ſqq.) omnem philoſophiae uſum in theologia damnat. Pariter Irenaeus gnoſin quaſi fidem perfectiorem rejicit (adv. haer. III, 27. p. 155); tantumque abeſt, ut arcana quadam, quae ad ſeſe pervenerit, traditione apoſtolica glorientur, ut et Irenaeus (l. l. III, 3. 5) et Tertullianus (praeſcr. haer. c. 22.; cf. Neand. Antign. p. 334) acriter contra iſtam opinionem pugnaverint. Medium fere inter gnoſticos et occidentales doctores (quorum utrorumque ſtudia Neander S. V. deſcripſit in libris: Genet. Entwickelung der vorz. gnoſt. Syſt. et Antignoſtikus Geiſt des Tertullianus) locum tenent Alexandrini (cf. praefat. Neandri ad Antignoſtic.), quippe qui (uti jam antea Juſtinus Martyr) philoſophiae uſum in theologia concedant, ſed non (ſit venia verborum) conſtitutivam, ſed illuſtrativam auctoritatem ei praebeant. Id quod jam in Athenagora (et Pantaeno), clariſſime vero in Clemente et Origene conſpicere licet. Neque Dionyſius, Theognoſtus et Didymus huic docendi rationi adverſantur. Philoſophiam Clemens et Origenes laudant, quae ad fidem paulatim deducat, Platonem graecosque philoſophos magni faciunt illumque adhibent ad ſua dogmata enucleanda (quae ſententia allegoriarum ſtudium non promovere non potuit), in eis licet inſciis jam *τὸν λόγον* efficacem ſeſe praebuiſſe cenſent, et eam demum veram eſſe ſapientiam dicunt, quae doctrinam chriſtianam habeat philoſophiae reconciliatam. Simul vero varias gnoſticorum ſectas Origenes, quocum Clementem his de rebus convenire ſatis conſtat, haereticis annumerat, et ea, quam immutabilem omnium Chriſtianorum doctrinam ſcriptura ſ. et traditione eccleſiaſtica firmatam eſſe dicit in praef. ad l. de princ., nullis rebus gravioribus differt a regulis fidei ab Irenaeo adv. haer. I, 10. p. 48 — 51 et Tertulliano de vel. virg. c. 1., adv. Prax. c. 2. et de praeſcr. haer. c. 13. propoſitis. Tamen uterque (Clemens et Origenes) et ſimplicem fidem minoris ducit, et gnoſin quae dicitur comprobat (Clemens etiam apoſtolos gnoſticos appellat), *γνῶσιν* vero *ἀληθινήν*, oppoſitam et *γνώσει ψευδωνύμῳ* et *πίστει ἀλόγῳ καὶ ἰδιωτικῇ*. Id autem potiſſimum inter utrumque diſcrimen obtinet, quod Clementis

(quae aequo majorem scientiam pollicetur) notio de doctrina esoterica sive gnosi — etsi haec quoque maxime ad formam doctrinae christianae pertinet, id quod satis Clementem a gnosticis (haereticae notae) distinguit — magis materiam tangat, quam Origeniana, praesertim cum solus Clemens diserte suam gnosin separaverit a fide, hanc quidem arctioribus, quam Origenes, finibus circumscribere solitus, idemque solus diserte glorietur arcana, quae ad sese venerit, traditione apostolica, quam a communi illa ecclesiastica, de qua jam actum est, discernit, revera quoque a pluribus, quam Origenes, gnosticorum illorum sensis propius remotus; quemquam Origenes (omnino is vero in universum ad purificandos ipsos magis, quam ad comparandam antea perfectam cognitionem homines adhortatus) pluribus, quam Clemens, per suam esotericam doctrinam vel gnosin (nomine autem ipso de ea non utitur) mere philosophicis (imprimis Platonicis) sententiis doctrinam christianam illustraverit.

Libros nostros sacros cum Veteris tum Novi T., quippe conscriptos ab hominibus singulari spiritus sancti auxilio sustentatis, majoris esse debere auctoritatis, quam quaecunque alia hominum scripta, haec est doctrina ex primariis nostrae religionis. Attamen jam primis post apostolos temporibus ea variis modis oppugnata est. Marcionitae elatum quidem esse dixerunt Vetus Test. supra fictiones humanas, habuerunt autem id pro opere non omnipotentis sanctissimique Dei, sed demiurgi, ideoque aequo acrius separarunt Vetus T. a Novo (Neand. Gnost. Syst. p. 283). Valentiniani eo quod elementum ψυχικὸν inter et πνευματικὸν Veteris T. distinxerunt, haud sustulerunt quidem de inspiratione Veteris T. doctrinam, multifariam tamen falso de eo sentiendi occasionem dederunt. Nonnulli denique gnostici etiam in Novo T. divino humani ac Judaici aliquid admixtum esse censuerunt. Esse igitur non poterat, quin jam illius aevi doctores christiani divinam librorum sacrorum auctoritatem vindicare conarentur. Itaque Athenagoras, Clemens et Origenes (necnon Didymus) in eo conveniunt, quod totius scripturae s. (Athenagoras autem praecipue Veteris T.) inspirationem ipsi persuasam sibi habent aliisque student persuadere. Omnes autem, impri-

mis Clemens, negligentes verborum et cogitationum inſpirationis diſtinctionem, non ſeparant formalis et materialis inſpirationis notiones (qua ratione apud Chriſtianos philoſophantes allegoriarum ſtudium nutriri manifeſtum eſt). Unus Origenes (qui ſapientem ſcripturae ſ. lectionem ſtudioſiſſime commendat) eo, quód uno loco manifeſtiores in apoſtolicis, quam in propheticis ſcriptis invenit proprietates humanas, futurae iſtiusmodi diſtinctioni (qua ſcholae Antiochenae doctores excelluiſſe videntur; vid. Münteri tr. de ſchola Antiochena in Staeudlini et Tzſchirneri Archiv für Kirch.geſch. vol. I. faſc. 1. p. 21) viam patefecit. Occidentales vero doctores multo evidentius diſtinctionem illam neglexerunt. Irenaeus enim adv. haer. III, 16, 2 ſingula ſ. ſ. verba inſpirata eſſe afferit, et Tertullianus contra Marcion. IV, 22 eam ait eſſe veri nominis inſpirationem, „ut homo excidat ſenſu."

Religio chriſtiana, ut Deum eſſe hominibus perſuadeat, delegat maxime ad ipſam cujusque hominis conſcientiam. Conſcientiam autem Dei potentiſſimi et ſanctiſſimi omnibus in hominibus vivere negavit Marcio, qui ante divinitus revelatam chriſtianam religionem conſcientiam illam ſolum ad demiurgum duxiſſe aſſeruit (Neand. Gnoſt. Syſt. p. 292; Antign. p. 347). Refutavit eum praecipue libris contra Marcionem Tertullianus, qui de „ſenſu publico naturae" et de „teſtimonio animae naturaliter chriſtianae" validiſſima verba fecit (cf. Neand. Antign. p. 349 ſq.). Necnon Clemens Alex. Deum eſſe ex conſcientia oſtendit; alias tamen demonſtrationes philoſophicas non, ut Tertullianus, neglexit. Origenes inveniri Deum poſſe negavit niſi ab eo, qui ab ipſo Deo adjuvetur. Hunc Deum unum eſſe, etiam Alexandrini, ſicut omnes illius aevi patres, contra polytheiſtas demonſtrabant. De natura Dei chriſtianae doctrinae decreta pariter diſtant a Stoicorum pantheismo atque a Platonicorum (recentiorum imprimis) idealismo, et maxime appropinquantia humanae de rebus humanis ſentiendi rationi miro modo homines efferre valent àd vere divina de Deo ſenſa. Studioſe vero hoc loco Anthropomorphitarum evitandae ſunt opiniones, in quas, qui philoſophiam repudiat, facile incidere poteſt. Nonnulli illius aevi Chriſtiani a ſcopulo iſto propius aberant. — Valentini

Deus eſt *ὁ βυθὸς ἀνωνόμαστος, τὸ ἄγνωστον* (Neand. Gnoſt. Syſt. p. 98), et de ſententia Saturnini praeeſt *τῷ πληρώματι* omnium bonorum fons, *θεὸς ἄγνωστος, ἀκατάληπτος, ἀκατονόμαστος* (ib. p. 269). (Recentiores Platonici cum Plotino *τὸ ὂν* dicebant *κρεῖττον συνειδήσεως καὶ πάσης νοήσεως.*) Tertullianus adv. Prax. c. 7. (cf. de carne Chriſti c. 11.) et ſpiritum et corpus Deum eſſe dicit (Neand. Antign. p. 450); Irenaeus vero egregrie operam eſſe dandam contendit, ut Deum potius intima ex animi ſententia diligamus, quam qualis ſit anxie mediteinur (lib. II, 13. 28). Alexandrini (Clemens, Origenes et Didymus, aliquanto minus Athenagoras) corporeas notiones e natura Dei removent, menteque dicunt capi Deum non poſſe. Imprimis Origenes Anthropomorphitarum opiniones fortiter impugnat. Saepius Clemens et Origenes repetunt, inveniri nonnulla in ſcriptura ſ., quae in naturam Dei, qualis ea vere ſit, non quadrent, propoſita ea tamen, ut homo pro ſua mentis imbecillitate cogitare Deum poſſit, jubentque homines cavere, ne de ipſa Dei natura audacius judicent. Et ita quidem una cum gnoſticis Anthropomorphitas aggrediuntur, ſimul vero iis gnoſticis repugnant, qui ad illum finem Veteris T. auctoritatem violant. Quod ad ſingulas virtutes divinas attinet, de omnipotentia Dei Origenes (qui etiam Platonis de anima mundi ſententiam ſaltem per comparationem fovet) non ita ait Deum eſſe potentem, ut aeternas divinae rationis leges tollat; necnon tantum modo docet a Deo eſſe creatum, quanto ſufficere ille queat. Praeterea Valentinianorum error, ex quo Deus non ſimul ſit bonus et juſtus, confutatur ab Origene (et Didymo). Alia ratione Clemens cum Valentino convenit. Diſtinguit enim, ubi de Dei amore agit, maſculini et feminini aliquid in Deo; Valentinus autem aeonas *συζυγίαις* conjungi ponit, et *ὁ βυθὸς* ab aliis Valentinianis *ἀῤῥενόθηλυς* dictus eſt, quippe in quo virile et femininum conjunctum ſit, ab aliis *ἄζυγος*, dicentibus, omnino neque hanc rationem ad illum adhiberi, neque de ipſo quicquam praedicari poſſe (cfr. Irenaeus I, 11: *μήτε ἄῤῥενα, μήτε θήλειαν, μήτε ὅλως ὄντα τι.* Vid. Neand. Gnoſt. Syſt. p. 97).

Doctrina christiana de creatione e nihilo (de qua cf. Neand. Antignost. p. 424) permutabatur a plurimis gnosticis in doctrinam de emanationibus et de demiurgo ac de aeterna materia. Utramque, et christianam et gnosticam, rejecit Hermogenes (vid. Neand. ib. p. 425 sqq.) et Platonicum de ὕλῃ dogma in christianum convertere studuit. Contra Hermogenem Tertullianus acriter disputavit (ib.). Irenaeus vult, ut ne ultra scripturam s. quis sapere velit. De sententia Pantaeni cognoscit Deus mundum ut suam ipsius voluntatem. Clemens, quantum ex ipsius scriptis perspici licet, simpliciter mundum a Deo esse creatum dicit, ante ordinatum vero mundum chaos fuisse significat. Origenes diserte quidem improbat gnosticorum de aeonibus, de demiurgo et de aeterna materia sententias, neque negat hujus mundi initium esse statuendum; in Deo vero, omnis vitae fonte, censet initium communicationis vitae accipi non posse, ideoque infinitam mundorum seriem a Deo creari (et creaturam spiritalem quidem propter ipsius Dei bonitatem, corpoream propter spiritalem) arbitratur (refutatus postea a Methodio; vid. Photii bibl. cod. CCXXXV.). Idem astra opinatur esse animata (uti Clemens corpora spiritalia), et, quae priva Origenis est sententia, creaturas rationales, libero arbitrio praeditas, cum initio rerum in coelis versarentur, gravius leviusve lapsas esse et pro poena corporibus indutas. Dionysius de doctrina de creatione bene meritus est, et Theognostus gnosticas de Deo opiniones impugnavit.

Gravitatem dogmatis de providentia divina etiam Alexandrini agnoverunt, neque opinionibus recentiorum Platonicorum, quorum πρόνοια non actiones divinas complectitur, sed eventus proficiscentes secundum naturae leges inde a summo principio τῷ ὄντι usque ad singulas res, doctrinam illam corruperunt. Athenagoras, Clemens et Origenes ministros Deo dant in providentiae opere angelos, additque Clemens (quodammodo etiam Origenes) siderum instrumenta. Origenes praecipue libertati humanae Dei providentiam non repugnare conatur demonstrare. Varia sunt ecclesiae antiquae de origine mali (ethici) et malorum (physicorum) judicia. Gnostici contendebant, ex creatione e nihilo sequi,

Deum ipſum eſſe auctorem mali; et mali originem e materia trahebant. Irenaeus lib. II, 28 hortatur, ne quis meditando de his talibus rebus, quas mens humana dijudicare nequeat, operam perdat, gnoſticosque hoc nomine vituperat; ipſe tamen lib. IV, 53 opinatur, malum eſſe, quo clarius bonum eluceſcat. Tertullianus adv. Marcion. II, 14 ſimpliciter bonum Deo, malum diabolo adſcribit (de diabolo autem ib. c. 9.: „Quod", ait, „factus a Deo eſt, id eſt angelus, id erit ejus qui fecit; quod autem factus a Deo non eſt, ſupereſt ut ipſe ſeſe fecerit"). Cyprianus (ad Demetrianum p. 186. 187 ed. Fell.) inter malorum cauſas praecipuas eſſe dicit ſenectutem mundi. Athenagoras mala ex angelorum incuria proficiſci cenſet; de Clementis ſententia punit Deus, quos in melius mutet, malum autem admittit. Origenes terreſtrem animarum ſortem ait conſtitutam eſſe pro earum meritis et rebus ante hoc tempus ab eis geſtis, malum autem exortum ex abuſu libertatis; Deum id admiſiſſe quidem, ſed omnia Dei inſtituta eo ſpectare, ut anima purgetur, et fore aliquando, ut omnes ſint purae in Deo. Ita, pro ſua ſcilicet hypotheſi, mali originem et malorum cum Dei et ſanctitate et benignitate feliciſſime reconciliavit. Didymus mala eſſe correctoria, malum autem Deo non prohibente ex abuſu noſtrae libertatis effici arbitratur.

Propria chriſtianae religioni eſt doctrina de redemptione filii Dei et de ſanctificatione ſpiritus ſancti, unde dogma de ſ. trinitate, patre, filio et ſpiritu ſancto. Incipiemus a doctrina de filio. Exſtabant per Dei providentiam jam Chriſti tempore placita nonnulla, ad quae chriſtianum de trinitate et ſeparatim de filio dogma ſeſe adjungere, quaeque ex uſu unice contemplativo ad uſum vitae inſervientem transferre, ex praeſenſa in ipſam hiſtoricam veritatem convertere poterat. Ita in orientalibus ſyſtematis emanationum quaſi duplex invenitur Deus, et qui mente noſtra comprehendi nequit, et qui ſui notitia nos imbuit, natura Dei qualis eſt et qualem ſeſe revelat; apud Philonem ὁ θεὸς ὢν et ὁ θεὸς λεγόμενος (ὁ λόγος τοῦ ὄντος) et apud alios Judaeos diſtinctio inter יְהוָה et דְּבַר יְהוָה, מֵימְרָא דַיְיָ; apud Platonem τὸ ὂν (τὸ αὐτὸ ἀγαθὸν) et ὁ θεὸς γενητός, et apud recentiores Platonicos τὸ ὂν, ὁ νοῦς et ἡ ψυχή, quorum inde ab aeterno primum

principium fons est alterius, alterum tertii, sed non in tempore, verum in notione. (Habent itaque recentiores Platonici ideam et aeternae generationis et subordinationis in triade — cf. Plotin. Ennead. V. lib. I. c. 6. — eandem quam Alexandrini nostri.) Ex orientalibus praecipue systematis venit ad gnosticos doctrina de *βυθῷ*, *προαρχῇ* et de *μονογενεῖ*, *ἀρχῇ τῶν πάντων* sive *πρώτῳ καταληπτῷ*. Ceterum gnostici aeonum systematis doctrinam christianam de trinitate in universum et de filio Dei separatim nimium quantum corruperunt, ideoque quaeremus maxime hoc loco, quid id sit, quo occidentalis ecclesia ab Alexandrina differat. Irenaeus doctrina de trinitate vult ut liberior sit a theoreticis distinctionibus (lib. II, 28), et patris filiique (licet hunc aliqua ratione minorem esse illo censeat, lib. IV, 28) aperte *μίαν οὐσίαν* contendit, ubi patrem per semetipsum mundum creasse dicit (lib. II, 30, 9). Tertullianus Montanista dicit quidem filium prolatione generatum patrique non prorsus aequalem, agnoscit tamen „unam Dei substantiam in tribus cohaerentibus", filiumque esse statuit Deum de Deo, modulo, non numero — (quippe unam substantiam) — a patre diversum. (Sententiam suam multis locis imprimis libri adv. Prax. exposuit; vid. v. c. adv. Prax. c. 2.; apol. c. 21.; cf. Neand. Antign. p. 480 sqq. 491). Dionysius Romanus homousiam patris filiique fortiter defendit (doctrinam ejus, qua nulla antenicaena synodi Nicaenae decretis convenientior est, asservavit Athanasius de decret. synodi Nic., Opp. ed. Col. 1686. T. I. p. 275. 276). Occidentales igitur praecipui patres illius aevi eandem esse patris filiique naturam uno ore docuerunt (quae doctrinae de trinitate forma illius aevi Antitrinitariorum haeresibus — tum eorum, qui dialecticis speculationibus indulgentes filium vim quandam patris esse contendebant (Theodoti, Artemonis, Pauli Samosateni et Sabellii), tum eorum, qui simpliciter unum esse Deum, patrem, dicebant, eumque in Christo apparuisse (Praxeae, Noëti, in universum quoque Berylli ante conversionem) — vid. Neandri historiam antiquiorem dogmatis de trinitate, in Antignost. p. 467 sqq. — spatium dedit). Jamjam ut ad Alexandrinos convertamur, primum Athenagoras filio, quem emanasse ex patre dicit, eandem quam

patri naturam tribuit, adeoque doctrinae occidentali de homoufia non repugnat, ut a Patripaffianorum erroribus propius abeffe videatur. Clemens patris filiique (quem cum Bafilide — vid. Neand. Gnoft. Syft. p. 45 — *θεοῦ διάκονον* appellat) hypoftafes acriter feparat, filiumque Deum quidem (evitato fcilicet vocabulo *ὁμοούσιος*) — et ab aeterno genitum, tamen, ratione habita patris, *τοῦ ἀγεννήτου καὶ πρεσβίστου*, (gnofticorum dicendi rationi appropinquans) *τὸ προγενηθὲν καὶ πρεσβύτερον* patreque minorem effe cenfet. Origenes licet multo difertius hypoftafes feparaverit, ita ut aeternum filium (qui ex patre puriffime emanaverit, — id quod cum gnofticorum doctrina de aeonibus, quam alioqui vehementer improbat, verbo tenus convenienter nofter ftatuit) etiam *οὐσίᾳ* a patre majore differre dixerit, tamen naturam vere divinam filio tribuit, et (cum Clemente, ut videtur) non tam de materia, quam de forma ab occidentalis ecclefiae patribus diffenfit (quod jam Rufinus fine dubio intellexit, quippe qui non dubitaverit Origenis libris *περὶ ἀρχῶν* Athanafii difciplinam inferre). Origenem fequutus eft Dionyfius Alex., qui in ardore pugnae contra Sabellium initium exiftendi filio dedit, et ita quidem non de forma amplius, fed de materia diffenfit ab ecclefia occidentali. Mox vero ad quietam mentem reverfus, Dionyfio Romano errorem excufavit eumque emendavit, ita ut ne *ὁμοούσιον* quidem amplius filium patri dicere recufaret. Origenis fententiam fervarunt Pierius et Theognoftus. Tandem Arius, magis quae falfa ipfi videbantur opprimens, quam (id quod poftea acutius et conftantius Eunomius egit) quae vera illuftrans, priorem Dionyfii fententiam perfequutus eo devenit, ut non modo aperte occidentali ecclefiae, fed etiam, licet occultius, Origenianae difciplinae adverfaretur. (Hinc ingens neceffario pugna exorta eft, inteftinis totius ecclefiae de illo dogmate motibus accenfa, nullisque externis ejus vexationibus exftincta.) Origenis fententiae de filio Dei fectatores (Semiariani regionum orientalium) — minores factiones e controverfia Ariana profectas, v. c. Photini, Pauli Samofateni fectatoris, h. l. praeterimus — improbarunt quidem ab occidentalis doctrinae amicis pertinacioribus et ipfis antefignanis, Alexandro et Athanafio Alexandrinis dogma de homoufia filii tanquam regulam fidei proponi; poftremo vero

itidem statuere, quam filium patri *ἀνόμοιον* dicere maluerunt, ideoque (suapte quidem constantia acieque dialectica) doctrina ecclesiae occidentalis de orientalibus placitis triumphavit (Neand. Antign. p. 482). Etiam Didymus catecheta Alexandrinus ab Athanasii partibus stetit.

De spiritu sancto doctrina, quatenus ad vitam utilis est, tum ab occidentalibus, tum ab Alexandrinis patribus (etiam a Clemente, quamquam apud ipsum plura hac de re desiderentur) proferebatur. Irenaeus sibi constans id tantum de spiritu sancto obtinet (cf. lib. IV, 33), quod ad institutionem vitae vere christianae spectet. Athenagoras et Clemens (sicut Tertullianus, cui spiritus sanctus est „gradus tertius trinitatis" adv. Prax. c. 4., cf. c. 8.) etiam theoreticam hujus dogmatis partem tangunt, sed ambiguis uterque utitur verbis. Clarissime Origenes (repugnans igitur Sabellianis opinionibus) personam divinam spiritum sanctum esse dicit, gradu vero eum filio minorem (quippe *γεννητὸν* a patre per filium pendentemque a filio), omnibus tamen filii creaturis sublimiorem. Idem Pierius et Theognostus censuisse feruntur; Dionysius autem eandem quam patri filioque naturam spiritui videtur tribuisse, id quod Arius negavit. Arianis demum istis controversiis — contra Macedonianos — stabile aliquid hac in doctrina decernebatur, istisque placitis convenienter Didymus spiritum sanctum patri filioque *ὁμοούσιον* esse (et procedentem eum quidem de patre mitti a filio) dixit.

In doctrina de angelis et daemonibus, quae quidem non est e christianae religionis fundamentalibus primariis, de rebus gravioribus nostri consentiunt (neque ab occidentalis ecclesiae patribus ita dissentiunt, ut utrorumque singulas discrepantias comparare operae pretium sit). Omnes nostri angelos, haud prorsus incorporeos, libero praedito esse arbitrio censent; alios autem bene illo usos esse (et ne hos quidem omnis vitii expertes esse Origenes cum Didymo putat), alios vero, quorum princeps sit diabolus, libertate abusos, ex communione cum Deo esse lapsos (omnes enim nostri in eo conveniunt, quod gnosticorum syrorum sensa de aeterno materiae principe improbant, et Didymus separatim diabolum non esse ingenitum multis contra Manichaeos ostendit). Illos (quos Didymus et

Origenes alloquuntur), Dei in administrando mundo (de sententia Athenagorae, Clementis et Origenis) ministros, hominumque (judicibus Clemente, Didymo et maxime Origene) tutelares, bona, hos, Deo sapienter non prohibente, mala hominibus afferre. (Neque tamen — de sententia Clementis, Didymi et praecipue Origenis — de horum salute plane desperandum est, dummodo, id quod omnino valeant, ad Deum revertantur, quam conversionem Origenes — verisimiliter etiam Clemens et Didymus — revera exspectat). Quae aliis Alexandrinis aliter visa sunt (quemadmodum Athenagoras et Clemens — cum Tertulliano de idol. c. 9., de vel. virg. c. 7., aliis — favent literali narrationis de concubitu daemonum cum mulieribus humanis interpretationi, Origenes allegoricae), omnia tractare singula (quippe quae communi ratione conspici vix queant), longius est, neque necessarium, cum ex supra allatis singulorum opinionibus facile comparatio institui possit. Neque tamen gnosticae quaedam opiniones praetermittendae sunt. Basilides eadem ratione de suo archonte (cf. Neand. Gnost. Syst. p. 47. 80) et Valentiniani de suo demiurgo cogitarunt, qua Origenes de singulis angelis, reliquis gentibus extra populum Dei a Deo praefectis. Sententia porro Clementis, ex qua angeli, quibus mundi cura data est, solventur aliquando hoc munere, valde appropinquat gnosticorum opinioni dicentium, mundum per demiurgum ejusque angelos administrari, usque dum, spiritalibus naturis in πλήρωμα elatis, ipsi ab isto officio molesto liberentur (Neand. l. l. p. 219). Denique cum nostris Marcio contendit, idololatriam ab impiis daemonibus effici (ib. p. 285).

Hominem tribus constare ex partibus, corpore, anima et spiritu (mente), Clemens, Origenes et Didymus dicunt, ideoque, quod ad verba attinet, a gnosticis, qui tria in homine principia distinguunt, τὸ πνευματικὸν, τὸ ψυχικὸν et τὸ ὑλικὸν, propius absunt, quam Tertullianus, qui hominis animam et spiritum minime separat (cf. de anima c. 10 — 12. 20. 21.). Gnostica vero ista principia si se invicem excludunt, haec sententia, haereticae notae gnosticis propria, Alexandrinis minime probatur (id quod de Origene et Didymo apparet, neque de Clemente dubium esse potest,

quippe qui per fidem perveniri ad gnosin dixerit, nec fideles a gnosticis adeo ut fidelis fieri non posset gnosticus separaverit). Τὸ ὑλικὸν gnostici ab omni parte malum esse dicebant, unde in ascetica sua disciplina praecipue corpus jubebant castigari. Athenagoras vero non solum corpus peccare ait, et Clemens corpus neque bonum, neque malum esse asseruit; gnosticis sententiis paulo convenientius Origenes (a quo Didymus proxime, procul vero Tertullianus abest, qui corporis dignitatem egregie laudat de res. carn. c. 43. 44. 47. — Neand. Antign. p. 409 —) corpus esse statuit additamentum molestum, sedem peccati. Si autem gnostici nonnulli omnes naturas humanas, exceptis pneumaticis, fato subjiciunt ideoque nocent doctrinae christianae de (vera) libertate; omnes contra Alexandrini plenam hominis animo libertatem (quam neque occidentales negant, cfr. Irenaeus lib. IV, 4 et de Tertulliano Neand. Antign. p. 372) tribuunt hancque (studiosius quam occidentales) prae omnibus doctrinam commendant, quamquam simul haudquaquam negant, ad bonum perficiendum auxilio divino opus esse. Eo, quod doctrinam de praeexistentia animarum (cui quidem Petrus Martyr contradicit) Clemens (lenissime), Origenes, Pierius et Didymus professi sunt, conveniunt cum Basilide (Clem. Strom. IV, 12, 600), Bardesane (Pseudorig. dial. de recta in Deum fide Opp. Or. ed. Ruaei I, 862), Julio Cassiano (Clem. Str. IV, 13, 553), aliis, valde autem dissentiunt a Tertulliano (ejusque affectis), qui (de anima c. 19. 20 — 27., Neand. Antign. p. 454) de traduce animae (quam Clemente et Origene minime assentientibus „nihil, si non corpus" esse dicit de anima c. 7.) sententiam fovet. Pariter omnium, quae ab initio fuerit, animarum aequalitatem Origenes contra Heracleonem contendit, Tertullianus vero (de anima c. 23.) contra Basilidem rejicit. — Occidentales et Alexandrini imaginem Dei homini inditam esse censent, hoc autem discrimine, ut schola Alexandrina hac in doctrina Anthropomorphitas praecipue refutans sola in spiritali hominis natura imaginem Dei quaerendam esse dicat, Tertullianus autem et ipse quidem praecipue in anima eam ponat (Neand. Antign. p. 372), sed eo, quod de resurr. carnis c. 6. primum hominem „imaginem Christi futuri

in carne" nominat, aliqua ratione etiam in corpore inveniri eam censeat (Neand. l. l. p. 407. 408). Jamvero polluit homo hanc imaginem peccando. Historiam de Adami lapsu multi gnostici allegorice interpretabantur, atque Ophitae eo etiam procedebant, ut lapsum illum omnis sapientiae fontem dicerent. Tertullianus contra — cujus super doctrina de Adami integritate cf. Neand. Antignost. p. 375 — literalem hujus narrationis sententiam premit apolog. c. 47. (eique in capite rei Dionysius Alex. et Didymus adstipulantur); Clemens aliqua ratione pro suis opinionibus locum torquet, statuit tamen (uti Athenagoras peccatum ortum esse ait e libero arbitrio per daemones corrupto), a diabolo, serpentis forma induto, primos homines (haudquaquam perfectos, sed aptos ad perfectionem) ad peccandum concitatos esse (ideoque cum Clemente Marcio convenit, qui item de diabolo locum de Adami peccato interpretatus est, dum serpentem symbolum habuit daemonis perniciem molientis et homines ad transgredienda creatoris praecepta instigantis; Neand. Gnost. Syst. p. 289). Origenes autem diserte historiam Adami allegorice sumit, et si revera primorum hominum vestes pelliceas intelligit de indumento animae, corpore terrestri, in eo separatim cum Bardesanistis (de quibus cf. Pseudorig. dial. de recta in Deum fide in Or. Opp. I, 862) convenit. De peccato in universum omnes et occidentales et Alexandrini, necnon plurimi gnostici (dualistae, non pantheistae) eo, quod maximum est, consentiunt, quod hominem adeo contaminari peccatis concedunt, ut alieno a Deo statu esse persuasissimum cuique esse debeat; dissentiunt vero de ratione, qua malum istud contemplandum sit. Gnostici dualistae totum vitae terrestris cursum intuebantur aut tanquam mali daemonis aut imperfecti demiurgi opus, ac dicebant, generatione hominem materiae imperio subjici. Contra hanc sententiam Clemens generationem mali non esse causam afferebat; ita vero in opinionem incidebat, Carthaginiensium doctorum sententiae paene contrariam. Tertullianus enim diserte de „originis vitio" doctrinam profert (de anima c. 21. 25. 40. 41.; de testim. an. c. 3., contra Marcion. V, 17; cf. Neand. Antign. p. 455), et Cyprianus peccatum hominis ortum esse dicit ex peccato Ada-

mi et veneno ferpentis (de opere et eleemof. p. 196) et ep. 59 ad Fidum loquitur de „contagio mortis antiquae." Origenes medium inter Clementinam et Carthaginienfium doctrinam locum tenet, quippe qui omnes quidem homines propter peccata olim ab ipforum animabus perpetrata natura peccatores et propter myfterium generationis impuros effe dixerit, fed natura peccantes effe negaverit abitriique libertatem femper praedicaverit. Didymus denique ex Adami lapfu continuam peccatorum feriem profectam effe cenfet, naturalem vero hominis malitiam negat. Duplex igitur ftudium apud illius aevi patres apparet, ab altera parte libertatem arbitrii contra gnofticos validiffime contendendi, ab altera corruptionem humanae naturae et regenerationis neceffitatem perfpicue pingendi; ftudium utrimque autem praeruptarum antithefium declinationem invenimus, eaque caufa eft, cur multo demum poft pugna his de dogmatibus eruperit.

De perfona Chrifti jam proximis apoftolorum aevo temporibus plures fectae falfo fenferunt; nam praeterquam quod Ebionitae (et poftea Theodotiani, Alogi ut videtur, Paulus Samofatenus et Photinus) Deum effe eum negarunt, tres gnofticorum claffes furrexerunt, quae male de Chrifto judicarunt. Prima Docetarum (fenfu ftrictiori) in eo vim tantummodo agnovit divinam omniaque humana pro fpecie habuit *); altera tribuit ei quidem corpus, fed nonnifi in fpeciem noftro aequale, revera σῶμα πνευματικὸν vel ψυχικόν. Tertia λόγον factum effe hominem negavit, et cum homine Jefu (τῷ κάτω Χριστῷ) baptismatis demum momento (neque abhinc in fempiternum) λόγον (τὸν ἄνω Χριστόν) fefe conjunxiffe dixit. Jamvero noftri aevi et occidentales et Alexandrini patres in eo conveniunt, quod Chrifto et vere divinam et humanam naturam adfcribunt. Contra Docetas Clemens, Origenes et Didymus disputant; tamen noftris acrior fuit in refutanda ifta haerefi Tertullianus adv. Mar-

*) Huic claffi anumerari poffunt etiam Manichaei; Manetis enim ex fententia fpiritus ille folis, ex puriffima Dei luce conftans, in terram defcendit, et in fpeciem tantum humana fufcepit.

cion. III, 8. 20., de carne Chrifti c. 5. 9., aliis locis (Neand. Antign. p. 397), necnon Irenaeus III, 18. A fecundae gnofticorum claffis fententia patres occidentales procul abfunt; appropinquat ei vero Clemens, feductus fortaffe ftoica et Platonica ἀπαθείας doctrina, minus Origenes. Tertiae opinionem noftri cum occidentalibus improbarunt, quamquam Origenes (et ut videtur Didymus) λόγον cum homine Chrifto penitus conjunctum, quam ipfum hominem factum effe dicere maluerit. Omnino autem Origenes primus τὸν λόγον non corpus folum humanum, fed etiam animam (quae quidem fanctitate fua dignam fefe hac communione effecerit) fumpfiffe demonftravit; etenim Irenaeus (V, 1 al.) an etiam animam humanam Chrifto tribuat, haud diferte dicit, Clemens multo obfcurius loquitur, et licet Tertullianus (Traducianus) adv. Prax. c. 30. et de carne Chrifti c. 10 — 12. Origenis fententiae valde appropinquet, tamen fumit potius (cf. de carne Chr. c. 5. 13.; adv. Prax. c. 16. 27.; apol. c. 21.) id, quod Origenes (Praeexiftentianus) demonftrat. (Arius poftea — et Apollinaris — Origenis de anima Chrifti humana fententiam rejecit.) Diftinxit igitur primus Origenes (eodem fere tempore quo Manes humanam Chrifti naturam negavit) duas in una Jefu Chrifti perfona naturas intime unitas, humanam ac divinam (quam quoque recentiorum Platonicorum auctoritate fententiam defendere potuit). Tum Alexandrina fchola (cf. quae expofita funt de Dionyfio et Petro M.) id maxime egit, ut divinae et humanae Chrifti naturarum attributa accuratius diftinguerentur, et accufavit adverfarios crimine ea confundendi, incidit vero apud eos, qui (ficuti jam Origenis tempore Beryllus ante converfionem) humani atque divini, quod Chrifto ineft, unitatem obtinere ftudebant, in fufpicionem criminis utrumque acrius disjungendi, qua ex opinionum diverfitate altiores indies radices agente poftea (Didymus idem fere quod Origenes contendit, fed videtur etiam difertius, quam Origenes, verbis fuis futuram Neftorianorum haerefin improbaffe) Neftorianorum ac Monophyfitarum controverfiae profectae funt.

In defcribenda vita Jefu Chrifti terreftri eo diffentiunt Clemens et Origenes ab Irenaeo, quod illi (Orige-

nes, ut videtur, non prorſus conſtanter) unum tantum annum Chriſtum docuiſſe ſtatuunt, quam Irenaeus ſententiam oppugnat (adv. haer. II, 22, 4. 5). Reliqua de vita Chriſti h. l. non repetemus.

Doctrina chriſtiana de redemptione per Chriſtum facta etiam a gnoſticis annumeratur primariis; multa autem inveniuntur in eorum decretis integrae ſcripturae ſ. diſciplinae repugnantia. Neceſſariam eſſe ſtatuunt redemptionem ad liberandos homines a poteſtate materiae, ideoque multa, quae ad vitam vere chriſtiane inſtituendam pertinent, non tangunt, quoniam in phyſicis ſaepiſſume disquiſitionibus acquieſcunt. Apparuiſſe naturam divinam ſufficit; paſſus ſit filius Dei necne, haud maximi intereſt. Quin Baſilides etiam pugnat contra doctrinam de morte Jeſu Chriſti expiatoria. Ac ne exemplum quidem Chriſti celebrare omnibus gnoſticis licet, quippe in ſpeciem tantummodo corpore humano praediti. Quare e contrario et occidentales et Alexandrini patres ſemper chriſtiana hujus doctrinae elementa, haud quidem ſyſtematice, verum ad inſtituendam vitam vere chriſtianam aptiſſime illuſtrant. Maxime autem eo Irenaeus (cf. lib. V, 16, 3; 17, 1) et Tertullianus ab Alexandrinis differunt *), quod illi (Tertullianus primus eſt de opere Chriſti vocabulo ſatisfactionis uſus, de pudicit. c. 9. 13.; de patient. c. 3. 9.) diſerte ad doctrinam de obedientia Chriſti noſtras vices ſuſtinente recurrunt. Clemens (neque de morte Chriſti tacens) plurima de Chriſti doctrina ad veram gnoſin perducente de ejusque exemplo (propoſito a Deo ad efficiendos nos divinos) verba facit; Origenes (haudquaquam neglecta doctrina) plurima pariter de Jeſu vita (et ea quidem tum ante tum poſt ipſius adven-

*) Ad inferos Chriſtus deſcendit de ſententia Tertulliani (de anima c. 55.) et Irenaei (adv. h. IV, 27; V, 31, qui etiam alios non prorſus videtur a ſalute illa excludere) ſervaturus pios Veteris Teſt., de ſententia Marcionis ethnicos demiurgi ditioni erepturus, et de Alexandrinorum (Clementis et Origenis) ſententia omnibus, qui morem gerant, hominibus, etiam gentilibus, ſalutis viam annunciaturus. (De ſententia Clementis ſeparatim hujus operis ſocios et ſucceſſores habuit, qui gentilium maxime ſalutem curarent, apoſtolos.)

tum terrestrem ad proponendum nobis vivendi nostraeque animae τῷ λόγῳ adhaerendi exemplum acta) et praeterea de pretio solutionis morte ipsius (quam etiam Petrus Martyr pro maximo ejus opere habere videtur) diabolo dato (nonnulla etiam de continuato Christi opere — scil. de intercessione cet.) habet. (Didymus in rebus gravissimis cum Origene consentire, propius tamen ab illa ecclesiae occidentalis docendi ratione videtur abesse.) Insuper Origenes (cum Didymo) etiam angelorum salvatorem esse Christum censet, quam Tertullianus (jam ante Origenem) opinionem refellit de carne Christi c. 14.

Vindicare sibi homo potest Christi opus (veniamque peccatorum eo comparatam) ex sententia Clementis et Origenis fide indeque profluentibus christianae sanctitatis bonis operibus (cum poenitentia), imprimis martyrio (etiam a Didymo celebrato) *), hoc autem discrimine, ut Clemens (qua in re Didymum habet assentatorem) cum fide (quam praesertim ad gnosin perductam Clemens intelligere malit) arctius opera conjungere videatur, quam Origenes. Tertullianus contra saepius fide sola nos justificari ait (adv. Marc. V, 3; adv. Jud. c. 8.), et Cyprianus (de opere et eleem. p. 200) fidem operaque inseparabiliter conjungit. Uterque, et Clemens et Origenes, necnon (Dionysius et) Didymus, ad excipiendum Christum fide et operibus imitandum gratiae divinae auxilio opus esse concedunt, cujus ad participationem, ut ajunt, pro ipsius quemque dignitate Deus praedestinavit. Quod ad occidentalium doctorum consensum hac in re attinet, majorem (neque tamen irresistibilem) Tertullianus (de anima c. 21.; vid. Neand. Antign. p. 459 sq.) gratiae divinae efficaciam concedit, multoque disertius, quam Alexandrini, cooperans tantum gratiae munus tribuentes, Cyprianus (de gratia Dei ad Donat. p. 3. 4; de orat. domini p. 145; ep. 76. p. 232) omne quod homo agat bonum a solo Deo derivat. Gratiam, quae per spiritum sanctum (regenerantem)

*) Origenes proclivis est ad dicendum, etiam a martyre aliis hominibus quandam peccatorum veniam comparari posse, quod Tertullianus de pudicit. c. 22. negat (Neand. Antign. p. 275).

operetur, Clemens rarius, Origenes saepissime tangit (cum Didymo) istique operationi etiam quae suo tempore fiebant miracula adscribit. De blasphemia in spiritum s. cum Origene Theognostus videtur consentire. Didymus minus recte de ea loquitur.

Baptisma etiam gnosticis necessarium videbatur, ut baptizandus cum genio redimente conjungeretur istaque ratione ad supremi Dei communionem efferretur. Negabant contra baptismatis necessitatem sectae quaedam mysticae, veluti Cajani; adversus hos Tertullianus libro de baptismo illam defendit, nimium vero signo externo tribuit, dum aquam „vim sanctificandi continere" ait (Neand. Antignost. p. 192 sqq. 411). Clemens Al. multum quidem abest a Tertulliano, neque tamen accurate distinguit rem baptismo exhibendam signumque ejus externum, et ita quidem maxime cum Irenaeo convenit, cedit autem Cypriano, qui (de gratia Dei p. 3; ep. 69. p. 188; ep. 73. p. 203) cum Lactantio (Institutt. lib. III. c. 26.; VII, 6) etiam majorem baptismo vim tribuit. Primus Origenes distinctione illa excellere incipit, Didymus vero signum et quod sub signo exhibetur non separat. Baptisma infantium jam Irenaeus significare videtur l. II, 22, rejicit Tertullianus de bapt. c. 18. (Neand. Antign. p. 209), comprobat Origenes, et tanquam necessarium commendat Cyprianus (ep. 59). Haereticos, unico haereticorum baptismo imbutos, ad ecclesiam catholicam regredientes iterum baptizari jussit ecclesia Africae septentrionalis (vid. Cypriani epp. 70 sqq.) cum Didymo et, ut videtur, Clemente nostris (Dionysii nostri hac de re sententia non satis stabilis est); vetuit Romana.

De coena sacra et Docetae, qui verum Christi corpus negabant, et gnostici ii qui omnia ad materiam pertinentia (ergo etiam panem et vinum) profana habebant, falso non statuere non poterant. Patres vero aevi Alexandrini tres in classes dividi possunt. Prima, cui praeter Ignatium Antiochenum et Justinum Martyrem Irenaeus annumerandus est (cf. adv. haer. V, 2) et, ut videtur, Didymus, comprehendit eos, qui sacrae coenae participes et spirituali et corporali ratione cum servatore conjungi et in signa externa corpus et san-

guinem Christi mystice penetrare censuerunt; altera (Tertullian. — vid. Neand. Antign. p. 517 sqq. — adv. Marc. I, 14; V, 40; de anima c. 17.; de resurr. c. 8.; de pudic. c. 9.; de coron. milit. c 3.; de orat. c. 6., et Cyprian. ep. 65.) eos, quorum ex sententia signis externis et symbolicis conjuncta est sanctificans et naturae vires excedens corporis Christi communio; tertia denique eos, qui externa quidem signa pro nihilo habuerunt nisi pro symbolis, et diserte distinxerunt inter externam et spiritalem sacrae coenae perceptionem, tamen precibus eucharisticis totique actioni conjunctam esse statuerunt fere eandem vim, quam secunda classis corpori Christi adscripsit. Hujus classis antesignanum habemus Origenem. Clemens (secundae classis sententiae haud repugnans) obscurius eodem fere redit; Dionysius vero et Petrus M. istius tertiae, an, id quod multo verisimilius est, primae aut secundae classis cives sint, haud satis constat. Quarta classis eorum, quibus tota sacra coena nihil sit nisi symbolum, epulae in Christi mortis memoriam symbolice institutae, isto seculo non invenitur (Neand. Antign. p. 524 sq.). Notiones, quae de sacra coena tanquam sacrificio reperiuntur apud Irenaeum (IV, 16 — 18), Tertullianum (exhort. ad cast. c. 11., de corona c. 3., adv. Marc. IV, 1; de monogam. c. 10.) et Cyprianum (ep. 67. ad Magnum p. 156), a nostris, excepto solo Didymo, non foventur. Neque vero praeter Cyprianum et, ut videtur, Didymum a Romanae ecclesiae dogmate de sacrificio missae quisquam propius abfuerit. (De ceteris vocabulorum eucharisticorum sacrificii, προςφορᾶς, significationibus vid. Neand. Antignost. p. 155. 184.)

Ecclesiam gnostici multi, quorum sola contemplatione systema nitebatur, nonnisi invisibilem esse sibi persuaserunt, et ne id quidem egerunt, sed in scholis philosophicis erigendis videntur acquievisse. Neque defuerunt, qui a communi Christianorum coetu sese avellerent et ecclesiolas separatim conderent. Hinc factum est, ut multi patres necessitatem et unitatem ecclesiae defendere conarentur. Esse autem vix potuit, quin externa et interna ecclesiae unitas et visibilis et invisibilis ecclesiae notio mox confunderetur. Vestigia istius permistionis perspicua jam apud Irenaeum inve-

niuntur (adv. haer. III, 4, 1), qui haereticos acerbis poenis obnoxios esse statuit (IV, 33; IV, 26, 2. 4). Praecipue autem Cypriano permutatio ista vitio est vertenda, quippe qui in certamine contra Novatianos (hos quidem aeque ac postea Donatistas ejusdem culpae reos) externae ecclesiae fere easdem tribuerit proprietates, quae internae vere sunt (vid. libr. de unitate eccl., imprimis p. 109). Adversarii istius permissionis exstiterunt Montanistae, et ita quidem a Tertulliano, licet is aliis locis (de praescr. haer. c. 21., de bapt. c. 8.) Cypriano appropinquaverit, de pudic. c. 21. ab externa ecclesia episcoporum separatur „ecclesia spiritus per spiritales homines" (Neand. Antign. p. 272). Sicuti autem Montanistae studio suo hac una ratione spiritali, ita Clemens et Origenes philosophia commovebantur ad repugnandum audacibus de externa ecclesia decretis. Veram ecclesiam intelligunt coetum sanctorum, et imprimis Origenes, violentia sacerdotali concitatus, sanctificandam esse statuit potentiam episcopalem spiritu apostolorum. De haereticis severe quidem, haud tamen acerbe judicant. Uterque (necnon Tertullianus; vid. Neand. Antign. p. 420) etiam ex haeresibus varia ecclesiae commoda ait redundare. Dionysius de haereticis et schismaticis severius judicat, et Didymus haereticos, eos praesertim, qui falso de Christo statuant, pro peste habet ecclesiae. Uterque internae et externae ecclesiae notiones non separat *).

Postremo quod ad conditionem attinet post mortem nos mansuram, gnostici multi hominis mortui animam putabant in Deum reverti, atque sic personam porro esse hominem desinere. Pariter multi statum, in quo ante resurrectionem animae versentur, haud accipiebant, resurrectionem vero corpori cuivis infestiores nonnisi spiritalem seu allegori-

*) De salute gentilium Clementem et Origenem (qui fortasse Didymum sectatorem habent) non desperare, jam ex supra — p. 381. 395 — (ubi de philosophiae utilitate et de descensu Christi ad inferos actum est) allatis perspicuum erit. Uterque, et praecipue Clemens, idololatriae causam in gentilium inscitia ponit, Tertullianus contra in mala voluntate (de idolol. c. 1., de poenit. c. 5.).

cam (de qua cf. Neand. Antign. p. 414 ſq.) nonnulli intelligebant. E contrario patres chriſtiani hominis perſonam immortalem eſſe aſſeverant, diſtinguunt ſtatus animarum ante et poſt reſurrectionem iſtamque etiam ad corpora referunt. Neque tamen de omnibus inter ipſos rebus convenit. Irenaeus (V, 31) et Tertullianus (libro deperdito de paradiſo, cujus conſilium tradit de anima c. 55. 56.) defendunt doctrinam de hade ſeu orco, ubi, de ſententia Tertulliani (cf. quoque de reſ. carn. c. 43., et Neand. Antign. p. 601 ſq.) exceptis patriarchis prophetisque Veteris T. et martyribus, omnis homo ad reſurrectionum usque verſetur neceſſe ſit; ignis purgatorii prima occidentalia veſtigia apud Cyprianum inveniuntur ep. 52.; ſententiam de regno Chriſti millenario, quae illo tempore circumferebatur, defendunt Irenaeus l. V. fine et — comparatus cum reliquis Montaniſtis (Montaniſtae enim maxime fovebant doctrinam illam, quae iccirco Montaniſtarum adverſarios — veluti Cajum presbyterum; cf. Euſeb. h. e. III, 28; VI, 20 — etiam ſuos habuit) — ſatis ſpiritaliter (dum ſperat „omnium bonorum utique ſpiritalium copiam") Tertullianus libro deperdito de ſpe fidelium, cujus argumentum tradit adv. Marc. III, 24 (vid. Neand. Antign. p. 499 ſqq.), iidemque reſurrectionem carnis agnoſcunt (Iren. V, 12, 3; 13, 1 et Tert. de reſ. carnis, imprimis c. 35. 55 — 57. 60. 61.). Denique (judicium ſcilicet extremum uterque credit idque ſequens ſtatus aut beati aut miſeri exordium) Irenaeus adv. h. V, 27, 2 multisque aliis locis, cui Tertullianus adſtipulatur (de reſ. carn. c. 35.; de teſt. an. c. 4.), omnium poenas improborum habet aeternas. Alexandrini purius, tamen haudquaquam ſine audacia de ſtatu poſt mortem nos manſuro decreverunt. Repetemus quae ſunt praecipua. Impugnat quidem Origenes doctrinam de migratione animarum, tamen improborum animas non ſtatim ab hac terra ſeſe removere dicit, ſed pro meritis hic eas puniri opinatur. Piorum animae de Clementis ſententia ad Dei ſinum, de Origenis ſententia in paradiſum (Didymo judice in locum aethereum) evehuntur. In hoc ſtatu medio, pro ratione vitae hominum vario, animae praeparantur ad ſortem futuram; de Clementis ſententia igni coe-

lesti *) omnes purgantur, etiamque invitae impiae supplicio ad poenitentiam ducentur. Resurrectio (Athenagoras defendit resurrectionem carnis argumentis e ratione deductis) contenditur ab Origene (cujus adversarius posthac Methodius surrexit) et Didymo (quibuscum Clemens, qui obscurius hoc de dogmate loquitur, in rebus gravioribus convenit) eorundem nostrorum corporum, sed spiritalium (et ita quidem etiam hac in doctrina nostri medium locum tenent inter gnosticos et occidentales). Carnales de regno Christi millenario opiniones Clemens non habet, et Origenes, quoties eas commemorat, confutat. Fortissimus et sapientissimus postea Chiliastarum (Nepotis aliorumque) doctrinae adversarius fuit Dionysius, cui Didymus adstipulatus est. Post resurrectionem habebitur judicium (Clem., Orig., Did.), quocum Origenes (an Didymus assentiatur, dubium est) conjungit mundi visibilis interitum (quem Clemens ante resurrectionem ponit, instare afferens finem mundi, quando non amplius qui sal terrae nominari possint in eo versentur, conveniens hoc loco scholae Valentinianae dicenti, finem mundi irruere, quando naturae spiritales, sale, quo universum contineatur, adempto, ad maturitatem pervenerint — Neand. Gnost. Syst. p. 141. 218 —; praeterea Clemens dum docet, singulas substantias nunc mixtas aliquando reversuras esse in suam proprietatem, his verbis satis cum Basilide congruit — Neand. l. l. p. 87. 79 —). Tum Origenis opinione omnes igni examinabuntur, pii ut etiam magis purgentur, impii ut fraude sua cognoscantur. Jam (de Clementis multoque clariore Origenis sententia) piorum beata, impiorum misera, quae in ingens durat seculum, vita initium capiet, cujus a descriptione Origenes, uti ubique solet, corporeas notiones accurate separat. Postremo, ut Origenis opinio tulit, post alios interea mundos fortasse deletos, omnibus creaturis revera purificatis atque diaboli etiam malitia deleta,

*) De igni quodam purgatorio sententias suas, pro cujusque arbitrio formatas, debent Alexandrini imprimis religioni Zoroastris, cujus e decretis postremam Ormuzdi victoriam, omnia quae sunt specie divina ornaturam, praecedet communis atque universa ingenti ignium rivo efficienda purgatio.

erit ἀποκατάστασις Deusque omnia in omnibus. Similem ſpem Clemens quoque — etſi obſcurius — (et fortaſſe Didymus), necnon ſchola Antiochena (cf. Münteri tr. de ſchola Antiochena l. l. p. 30 ſq.) fovit.

Jamjam ſingulis religionis chriſtianae dogmatis, qualia ſchola Alexandrina ſibi formaverit, recenſitis, elucet, quae gnoſticos inter, Alexandrinos et occidentales doctores mutua ratio obtineat. Neque alia obtinere potuit, cum noſtri philoſophiam neque repudiantes uti occidentales, neque ſupra ſcripturam ſacram ponentes uti gnoſtici, eo potiſſimum ſpectaverint, ut ſolam doctrinam chriſtianam, ſcriptura ſacra contentam, veram eſſe ſapientiam, cui ſerviret (praeſertim Platonica) philoſophia, demonſtrarent.

CAPUT QUARTUM.

E T H I C A.

ATHENAGORAS.

Cf. Staeudlini S. V. Geſchichte der Sittenlehre Jeſu P. II. p. 127 — 144.

De reſurr. c. 11. p. 174 ſqq. Athenagoras quaeſtionem inſtituit, *πότερον ἁπλῶς καὶ μάτην γέγονεν ἄνθρωπος, ἢ τινος ἕνεκεν· εἰ δέ τινος ἕνεκεν, πότερον ἐπὶ τοῦτο γενόμενον αὐτὸ τὸ ζῆν καὶ διαμένειν καθ᾽ ἣν ἐγένετο φύσιν, ἢ διὰ χρείαν τινός· εἰ δὲ κατὰ χρείαν, ἤτοι τὴν αὐτοῦ ποιήσαντος, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν αὐτῶν προςηκόντων καὶ πλείονος φροντίδος ἠξιωμένων*, et hoc poſtremo ſtatuit p. 178: „Quamobrem ſi neque ſine cauſa, neque temere aut fruſtra creatus eſt homo . . , neque item ob conditoris aut cujusdam ex illius creaturis utilitatem, ſatis liquet, inſpectu primariae et univerſalis rationis Deum hominem creaviſſe propter ſe ipſum ſuamque et bonitatem et ſapientiam, quam facile in omnibus creatis perſpicias; quodſi propinquiorem cohaerentemque ipſis creatis hominibus cauſam explores, deprehendes ideo hominem natum eſſe ut viveret, non autem vitam brevem, ſed aeternam.". „Non igitur", ib. c. 18. p. 216 ait, „indolentia (*τὸ ἄλυπον*) propria eſt hominum finisque peculiaris, neque eorum quae corpus vel alunt vel oblectant perfruitio aut copia voluptatum, neque item beatitudo animae a corpore ſegregatae; non enim alterutrius partis, ex quibus partibus homo conſtat, reſpicimus aut vitam aut finem, ſed *τοῦ συνεστῶτος ἐξ ἀμφοῖν*." — Ut ad ſingula convertamur (ſcilicet quae jam ſupra in Anthropologia dicta ſunt, non repetimus): Chriſtiani — in hunc fere modum loquitur apol. c. 28. p. 128 — nos tanquam conſanguineos contemplamur; pro aetatis enim diſcriminibus alios pro filiis et filiabus, alios pro fratribus et ſororibus habemus;

provectiores aetate patrum et matrum loco honoramus. Tantum abesse dicit (ib. c. 30. p. 133), Christiani ut hominis caede se polluant, ut ne juste quidem quemquam interimi videre velint. Quare de spectaculis gladiatoriis et pugnis cum belluis subeundis ib. p. 134: Nos, ait, non ita multum interesse judicantes, sive spectator sit aliquis, sive auctor caedis, alieno ab his spectaculis animo sumus. Mulieres, quae medicamentis abortivis utuntur, nostro sunt homicidae (ib. p. 135). „Quis obsecro", inquit, „futuram resurrectionem credens, corporibus resurrecturis seipsum praebeat sepulcrum?" Illatas injurias de ipsius sententia Christiani non ulciscuntur, *οὐ μόνον*, uti ib. c. 1. p. 10 dicit, *τὸ μὴ ἀντιπαίειν, οὐδὲ μὴν δικάζεσθαι τοῖς ἄγουσι καὶ ἁρπάζουσιν ἡμᾶς μεμαθηκότες· ἀλλὰ τοῖς μὲν, κἂν κατὰ κόῤῥης προςπηλακίζωσι, καὶ τὸ ἕτερον παίειν παρέχειν τῆς κεφαλῆς μέρος· τοῖς δὲ, εἰ τὸν χιτῶνα ἀφαιροῖντο, ἐπιδιδόναι καὶ τὸ ἱμάτιον.* Servorum usum neque rejicit, neque laudat; commemorat tantum, esse Christianis servos (ib. c. 30. p. 133). Christianorum opes bonamque famam externam dicit (ib. c. 1. p. 9. 10) adversariorum insidiis esse obnoxias. *Τούτων* (illorum quidem bonorum amissionis), pergit, *καταφρονοῦμεν, κἂν τοῖς πολλοῖς δοκῇ σπουδαῖα γε ὄντα.* Praecipue commendat castitatem. *Ἡμεῖς*, ait ib. c. 28. p. 127 sqq., *τοσοῦτον ἀδιάφοροι εἶναι ἀπέχομεν* (tantum a promiscua venere absumus), *ὡς μηδὲ ἰδεῖν ἡμῖν πρὸς ἐπιθυμίαν ἐξεῖναι.* Osculum fraternum liberum ib. p. 128 dicit esse a cupiditate, ideoque non repeti. Matrimonium minime contemnit, sed uxorem ad sobolem procreandam, non ad voluptatem esse vult, ib. p. 129; vitam tamen perpetuo castam et virginalem maximi facit (ib.). *Ὁ δεύτερος γάμος εὐπρεπής ἐστι μοιχεία* (p. 130; cf. de simillima Tertulliani sententia Neandri S. V. Antignostic. p. 236 sqq.). Jam ex his apparet, Athenagorae tantum esse studium commendandae vitae quam sanctissime instituendae, ut a Montanistarum severitate multis haud procul abesse videatur.

PANTAENUS.

Ad Pantaeni ethicam formandam sine dubio aliquid valuit, quod a philosophia stoica ad fidem christianam trans-

iit (vid. huj. comm. P. I. p. 28). Ceterum de ea nihil ſcimus.

CLEMENS.

Cf. Münſcheri Darſtellung der moraliſchen Ideen des Clemens Alex. u. Tertullian in Henke Magazin für Rel. phil., Exeg. u. K.g. T. VI. p. 106 — 140, et
Staeudlini Geſch. d. Sittenlehre Jeſu II, 165 — 221.

Finis bonorum eſt de Clementis ſententia, ut jam ſupra vidimus, perfecta gnoſis. Tota Clementis diſciplina ethica nihil eſt niſi deſcriptio gnoſtici ſive propoſitio exempli hominis, qui meditatione divinitatem doctrinae operisque Chriſti adeo ſibi perſuaſam habeat, ut in hac perſuaſione firmiſſime ſibi conſtet, ideoque, ne vivendi i. e. cogitandi, loquendi agendique ſua ratione inconſtantiae maximae reus fiat, non omnibus e libertatis ſuae viribus cavere nequeat. (Itaque, ut id jam h. l. praemoneamus, Clemens de re ethica optime eſt meritus, quippe mentem chriſtianam poſtulando externae cuidam aſceticae adverſatus.)

Gnoſticus ſemper Deum colit. „Jubemur", Clemens ait Strom. VII, 7. p. 851, „colere et honorare eundem, quem et verbum eſſe et ſervatorem atque ducem habemus perſuaſum, et per ipſum, patrem, non ſelectis diebus, ut alii, ſed continenter per totam vitam hoc agentes et omnibus modis. . Nec in definito loco, neque in templo ſelecto, neque diebus aliquibus feſtis et praeſtitutis, ſed per totam vitam gnoſticus, in omni loco, etiam ſi per ſe ſit ſolus, et ſi ſecum habuerit alios, qui eandem fidem amplexi ſunt, Deum honorat, hoc eſt agit gratias propter rectae vitae cognitionem. Si autem alicujus boni viri praeſentia per ipſius obſervantiam et reverentiam eum quicum verſatur ſemper in melius format et effingit; quomodo is, qui cum Deo ſemper eſt praeſens per cognitionem et vitam et gratiarum actionem, non jure ſe melior ſemper evadat in omnibus et factis et verbis et affectu? Talis eſt is cui eſt perſuaſum, Deum ubique adeſſe, non autem certis ac definitis locis eſſe concluſum, ut cum ſe abſque eo eſſe aliquando exiſtimaverit, noctu et interdiu intemperantiae ſe dedat et libidini. Per totam ergo vitam diem fe-

ſtum agentes, ubique et omni ex parte Deum adeſſe credentes, laudantes agros colimus, hymnos canentes navigamus, et in omni alio vitae inſtituto ut decet ex arte verſamur. Propius autem Deo jungitur gnoſticus, ut qui ſimul gravitatem et hilaritatem oſtendat in omnibus; gravitatem quidem propterea quod ad Deum ſe convertat, hilaritatem autem propterea quod humana bona reputet quae dedit nobis Deus." „Is (ib. p. 853), qui gnoſin poſſidet, et petit et precatur ea quae ſunt vere bona, bona animae. . Eſt autem (p. 854), ut audacius dicam, precatio cum Deo converſatio (ὁμιλία πρὸς τὸν Θεὸν), et licet ſuſurrantes et nec labra quidem aperientes tacite loquamur, intus clamavimus. . Quodſi nonnulli certas ac definitas horas conſtituunt precationi, . . at gnoſticus per totam orat vitam, dum per preces ſuas cum Deo ſtudet verſari. . Is ſolus eſt vere pius Dei cultor (p. 855), qui ex regula eccleſiaſtica vere eſt gnoſticus, cui ſoli id quod petit ſecundum Dei voluntatem tribuitur, et cum petiit et cum cogitavit. Quemadmodum enim quicquid vult poteſt Deus, ita quicquid petierit gnoſticus, id accipit. Omnino enim novit Deus eos qui bonis digni ſunt et qui non ſunt. Unde dat ea quae ſingulis conveniunt. Quamobrem indignis, etiamſi ſaepe petierint, non dabit, dabit vero dignis. Neque ſupervacua tamen propterea eſt petitio, etiamſi absque petitione dentur bona. Jam et gratiarum actio et petitio eorum, quae pertinent ad converſionem proximorum, eſt opus gnoſtici; qua quidem ratione oravit quoque dominus, gratias agens quod miniſterium perfecerat, rogans autem ut ad cognitionem venirent quam plurimi . . Quin etiam fides, qua quis credit accepturum eſſe ſe quod petit, quaedam precatio eſt, in animo gnoſtice repoſita. Ceterum ſi converſationis cum Deo occaſio eſt precatio, accedendi ſane ad Deum nulla eſt praetermittenda occaſio." Cf. de oratione potiſſimum Str. VII, 12, 879 ſq., quem locum infra trademus.

„Martyrium", Str. IV, 4, 570 Clemens dicit, „conſummationem (τελείωσιν) vocamus, non quod vitae finem homo acceperit, ut reliqui loquuntur, ſed quod perfectum ac conſummatum opus oſtenderit caritatis. . Si autem Deo confiteri (ἡ πρὸς Θεὸν ὁμολογία) ſit martyrium, quaecunque

anima pure cum agnitione Dei vitam instituit et praeceptis paruit, ea vita et sermone est martyr, quomodocunque liberetur a corpore; fidem scilicet tanquam sanguinem per totam vitam atque etiam in exitu profundens. . Quidam exhaereticis (p. 571), cum male dominum intellexerint, impie simul et timide vitae tenentur cupiditate, dicentes verum esse martyrium veri Dei cognitionem (quod quidem nos quoque fatemur), eum autem esse sui occisorem et sibi mortem consciscere, qui per mortem fuerit Deum confessus; et alia ejusmodi sophismata, quae sua suggessit timiditas, in medium afferunt. Adversus quos dicetur, cum tempus postulaverit; dissident enim a nobis de principiis. Dicimus nos quoque, eos, qui de industria mortem quaerunt (sunt enim quidam, eatenus solum nostri, quod ejusdem nominis participes sint, qui seipsos magno studio contendunt tradere et propter odium in creatorem miseri mortem cupiunt), eos, inquam, dicimus seipsos e vita exigere absque ullo martyrio, etsi publice puniantur. Fidelis enim martyrii non servant characterem, quandoquidem verum Deum non cognovere, vanae autem morti seipsos tradunt, sicut se temere in ignem conjiciunt Indorum gymnosophistae." „Martyr — qui vere est — (ib. c. 5. p. 573) eam quae spe capitur voluptatem eligit per praesentem dolorem." „Quodsi quis (ib. c. 9. p. 597) etiam transierit ad caritatem, is revera est beatus et germanus martyr, ut qui sit perfecte confessus, et praeceptis et Deo per dominum; quem diligendo significavit esse fratrem, cum totum seipsum tradiderit propter Deum, tanquam aliquod depositum, grate et amanter reddens hominem cum exigitur. Cum autem (ib. c. 10.) rursus dixerit: Quando vos persequuti fuerint in hac civitate, fugite in aliam —, non suadet fugere, tanquam malum sit pati persecutionem; nec ut mortem extimescentes jubet nos eam fuga declinare; vult autem nos nulli esse auctores, neque adjutores mali, nec nobis ipsis, nec ei, qui persequitur, nec ei qui interimit." „Si autem, Paulus inquit — 1 Cor. XIII, 1 — (ib. c. 18. p. 614), non ex affectione electa per caritatem gnosticam martyrium passus fuero, sed metu forte et spe mercedis excitatus, labra movens ad

testimonium, fuero confessus dominum, sum homo communis, dominum resonans, non cognoscens."

Imprimis gnosticus est verax. „Qui aliquid vendit (Paed. III, 11, 299) aut emit, eorum, quae a se venduntur aut emuntur, nunquam dicat duo pretia; unum autem ac simplex dicens et vera dicere studens, si id non consequatur, dum veritatem assequitur, dives est recta animi affectione." „Qui juste vivit (Str. VII, 8, 862), nihil ex iis quae officium postulat transiliens, ubi examinatur judicium veritatis, is factis vere jurat. Est ergo ei supervacuum linguae testimonium. Cum ei semper sit persuasum, Deum esse ubique, cumque erubescat non verum dicere, et falsum dicere cognoscat se esse indignum, divina et sua ipsius contentus est conscientia, ideoque non mentitur, neque praeter pacta conventa facit aliquid. Unde etiam neque jurat, si fuerit rogatus, neque unquam quod juravit negat, ne falsum dicat, etiamsi moriatur in tormentis." „Quicquid habet in mente (ib. c. 9. p. 863), id etiam fert in lingua, atque apud eos, qui digni sunt qui audiant, ex assensione et sententia simul loquitur et vivit. Vera enim simul sentit et dicit, nisi quando loco medicinae, ut medicus ad aegrotantes, ad eorum qui laborant salutem, mentietur vel falsum dicet, ut ajunt Sophistae." (Hujus sententiae periculum temperat Clemens exemplo, quod annectit.) „Ecce enim", pergit, „Timotheum praeclarus circumcidit apostolus, cum interea vociferaretur et scriberet circumcisionem manu factam nihil prodesse; sed ne repente a lege avellens ad eam, quae est ex fide cordis, circumcisionem, adhuc reluctantes eos, qui audiebant, Hebraeos a synagoga sese cogeret distrahere, se Judaeis accommodans, factus est Judaeus ut omnes lucrifaceret. Qui ergo propter proximorum salutem, quibus se accommodat, se demittit, is nullius simulationis omnino cogitur esse particeps ob periculum quod imminet justis ab iis qui eis invident. Propter solam autem propinquorum utilitatem faciet quaedam, quae primario (προηγουμένως) non fierent ab eo, si non faceret illorum causa." „Gnosticus (p. 864) est ejusmodi ut a timore non redigatur in servitutem, verus in sermone, tolerans in labore, nec in prolato sermone unquam mentiens, et in eo se semper ita gerens, ut non peccet,

quandoquidem ipſum mendacium, ut quod cum aliquo dolo dictum ſit, non eſt ſermo otioſus, ſed exercetur ad vitium. Undique ergo veritati teſtimonium fert ſolus gnoſticus, et facto et oratione; ſemper enim in omnibus omnino ſe recte gerit, et in ſermone, et in actione, et in ipſa cogitatione."

Ex his jam colligi licet, quid de jurejurando Clemens docuerit. „Abſit", ait Paed. III, 11, 299, „ante omnia jusjurandum, rerum, quae venduntur, cauſa ſuſceptum. Abſit autem etiam in aliis jusjurandum." Similiter Str. V, 14, 707 interdictum nobis eſſe jusjurandum dicit, et Str. VII, 8, 861 haec verba facit: „Multum abeſt ut, qui in tali pietate probatus eſt, ſit ad mentiendum propenſus et ad jurandum; *ὅρκος μὲν γάρ ἐστιν ὁμολογία καθοριστικὴ μετὰ προσπαραλήψεως θείας*. Qui eſt ſemel fidelis, quomodo ſeipſum infidelem praebuerit, ut etiam opus habeat jurejurando, et non ita vitam inſtituat, ut ea ſit firmum ac definitum jusjurandum, ſidemque oſtendat confeſſionis in conſtanti ſtabilique vita et ſermone? Si autem in judicio ejus, qui agit et loquitur, poſitum eſt facere injuriam, non in perpeſſione ejus, qui patitur perſequutionem, neque mentietur, neque pejerabit, ut qui Deum afficeret injuria, cum eum ſciat natura eſſe hujusmodi ut minime laedi poſſit. Sed neque propter proximum mentietur vel aliquid transgredietur, quem didicit diligere, etiamſi non ſit familiaris. Propter ſeipſum autem multo minus aut mentietur aut pejerabit, ſiquidem nunquam ſua ſponte in ſeipſum injuſtus invenietur. Sed neque jurat, ut qui in affirmatione quidem *τὸ ναί*, in negatione autem *τὸ οὔ* uſurpare conſtituerit. *Ὀμνύναι γάρ ἐστι τὸ ὅρκον, ἢ ὡς ἂν ὅρκον, ἀπὸ διανοίας προσφέρεσθαι παραστατικῶς*. Sufficit igitur ei vel affirmationi vel negationi addere illud, vere dico, ut ſidem faciat iis, qui reſponſi ejus non perſpiciunt ſtabilitatem. Oportet enim eum habere, ut ego quidem exiſtimo, apud externos vitam fide dignam, ut ne poſtuletur quidem ab ipſo jusjurandum, apud ſemetipſum autem et qui cum ipſo converſantur animi aequitatem, quae eſt juſtitia voluntaria. Jam vero recte gnoſticus jurat, proclivis autem ad jurandum non eſt; raro accedit ad jurandum eo quem diximus modo."

„Patriam et leges civiles vir justus, qui est magni excelsique animi, lubentissime contemnere debet, ut (i. e. si modo hoc contemptu) Deo fiat amicus et consequatur dexteras partes sanctuarii, sicut et fecerunt apostoli" (Str. IV, 4, 570). Verum „si quando fuerit in magistratu constitutus (Str. VII, 3, 837), non secus ac Moses praeibit ad salutem iis in quos obtinet imperium, et mansuefaciet id quod est agreste et infidele, cum honore quidem eorum qui sunt optimi ac praestantissimi, supplicio autem improborum, quatenus conveniens rationi est ad disciplinam."

De dignitate muneris docendi haec Clemens habet Str. VII, 9, 862: „Gnostici dignitatem maxime auget et amplificat, qui aliorum docendorum suscepit praefecturam, ut qui maximi quod est in terris boni dispensationem et verbo et facto acceperit, per quam tanquam mediator hominem cum Deo conjungit."

Beneficentia (benefacit enim gnosticus pro viribus hominibus, qui voluerint, Str. VII, 3, 837, etiam inimicis, Str. VII, 12, 873) nec propter metum, nec propter spem promissi honoris est exercenda; *μόνη δ' ἡ δι' ἀγάπην εὐποιΐα, ἡ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν αἱρετὴ τῷ γνωστικῷ* (Str. IV, 22, 625). In benefaciendi habitu constitutus (*ἐν ἕξει εὐποιΐας*), ne propter mercedem quidem a Deo exspectandam gnosticus agit (ib. p. 626).

De amicitia noster haec dicit Str. II, 19, 483: „Docemur, esse triplex genus amicitiae; et eorum primum quidem est, idque optimum ac praestantissimum, id quod virtute conciliatur; valida enim est, quae e ratione oritur, dilectio. Secundum ac medium e remuneratione; est autem hoc genus aptum ad societatem ac communicationem, lubenter impertiens, et vitae conducibile. Communis enim est quae e gratia oritur amicitia. Ultimum ac tertium nos dicimus id, quod est ex consuetudine; illi vero (philosophi) id, quod propter voluptatem vertitur ac mutatur. Ac mihi quidem pulcherrime Hippodamus Pythagoreus videtur describere amicitias: *Ἁ μὲν ἐξ ἐπιστάμας θεῶν· ἁ δ' ἐκ παροχᾶς ἀνθρώπων, ἁ δὲ ἐξ ἁδονᾶς ζώων.* Est ergo una philosophi amicitia, altera hominis, tertia animalis."

Servorum possessionem per se non vituperat Clemens, omnino vero multorum (Paed. III, 4, 268).

Divitiae in universum, id in libro Qu. div. salv. Clemens ostendit, per se non nocent; omnia enim externa per se sunt neque bona, neque mala. Nocet tantummodo amor bonorum terrestrium. Verae autem divitiae sunt paupertas cupiditatum (Paed. II, 3, 191), justitia et λόγος, ὁ παντὸς θησαυροῦ πολυτιμιώτερος (ib. III, 6, 275). „Quae quidem divitiae (ib.) ex pecoribus et praediis non augentur, sed a Deo donantur, divitiae quae auferri non possunt, quarum est thesaurus sola anima, possessio ei, qui illam possidet, optima, quae hominem vere reddit beatum." Itaque solus pius Christianus (et gnosticus Str. VII, 3, 838) appellandus est dives (Cohort. 12, 94).

Corporis cura non est negligenda; sed non est curandum, nisi ut conservetur corpus (Str. VI, 9, 775. 777) et animae negotia prospere succedere queant (ib. IV, 5, 573. 571; VI, 12, 790). **Cupiditates** corporis (i. e. omnes omnino cupiditates, quippe quae ex corpore et ex anima corporali proficiscantur) sunt contemnendae (ib. VII, 12, 880) et coërcendae (ib. II, 20, 486). Liber a quacunque gnosticus esto (ib. VI, 9, 777; VII, 12, 875; VI, 9, 776), imprimis a voluptate (II, 20, 485), adeo liber, ut sit ἀπαθής (cf. — quamquam non omnibus his locis ipsum hoc nomen inveniatur — Str. II, 13, 460; 19, 480; 20, 492; IV, 6, 581; 18, 617; 23, 632; VI, 9, 775. 777; VII, 12, 875). Occisis cupiditatibus (IV, 3, 569; 22, 626; VI, 10, 777) abstinentia et continentia virtutis esto fundamentum (II, 20, 484; III, 1, 511; 7, 537). (Uberius haec exposuit Keilius de doct. vet. eccl. culp. etc. l. l. p. 761 sqq., qui p. 784 sq. etiam fontes istiusmodi sententiarum investigavit eosque et Platonis et Judaeorum (Nasiraeorum, Essenorum, Therapeutarum, Philonis) et singulorum quorundam Novi T. locorum doctrinam esse censuit).

Ita gnosticus infestissimus est omni intemperantiae, etiam in edendo, (**jejunia** tamen commendat Clemens tantum moralia; „jejunia", inquit Str. VI, 12, 791, „significant omnem abstinentiam ab omnibus malis tam quae actu fiunt,

quam quae verbis et ipsa cogitatione;" cf. Str. VII, 12, 877.), bibendo, (vini permodicus usus permittitur Paed. II, 2, 177 sqq.), dormiendo. (Copiosissime hanc rem, respectu vulgi Christianorum habito, tractavit Clemens Paedagogi libro secundo, praecipue c. 1. 2. 4. 9.; vid. Keil. l. l. p. 787 sqq.; Staeudlin. l. l. p. 191 sqq.) Ἁπλῶς (Paed. II, 5, 196) ὁπόσα φυσικὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ, ταῦτα οὐκ ἀναιρεῖν ἐξ αὐτῶν δεῖ, μᾶλλον δὲ μέτρον αὐτοῖς καὶ καιρὸν ἐπιτιθέναι πρέποντα. Verum etsi maxime coërcendus quoque est coeundi appetitus (uti — de voluptate — modo vidimus; cf. Paed. II, 10, 224 al. loc.), tamen matrimonium conceditur (ib. p. 227), etiam gnostico *). Multis de matrimonio (de quo quid senserit, hoc loco breviter interponere liceat) agit Clemens Strom. II, 23, 502 sqq. et III, 1 sqq., 508 sqq., idque defendit et philosophorum et scripturae s. auctoritate ab adversariorum criminationibus. „Est matrimonium (p. 502) prima legitima viri et mulieris conjunctio, ad liberorum legitimorum procreationem. . Neque vero est uxor ducenda cuilibet, neque semper, neque omni modo ac temere." „Oportet felix matrimonium (Str. IV, 20, 621) neque unquam divitiis, nec pulchritudine censeri, sed virtute." „Eum (Str. III, 7, 538), qui uxorem duxit propter liberorum procreationem, exercere oportet continentiam, ut ne suam quidem concupiscat uxorem, quam debet diligere, honesta et moderata voluntate operam dans liberis." „Conservaudum est matrimonium (Str. II, 23, 506), tanquam sacra aliqua statua, mundum ab iis quae polluunt; et a somnis quidem expergiscamur cum domino, eamus autem dormitum cum gratiarum actione et oremus, . . tota nostra vita dominum testantes, pietatem quidem ac religionem anima possidentes, temperantiam vero etiam usque ad corpus deducentes." „Res autem est pulcherrima (Paed. III, 11, 293) mulier domus custos (οἰκουρός), quae et se et maritum propriis ornamentis induit, per quae omnes exultant, liberi quidem propter matrem, maritus propter uxorem, ipsa propter eos, omnes autem propter Deum." (Cf. Str. IV, 20,

---

*) Osculum Christianorum fraternum ab omni impuritate liberum est, Paed. III, 11, 301.

620 fq.). De fecundis nuptiis haec Clemens habet: „Dominus (Str. III, 12, 548) dum vetera renovat, non amplius concedit polygamiam, fed monogamiam introducit propter liberorum procreationem et domus curam, ad quam data eft mulier adjutrix; et fi cui apoftolus propter intemperantiam et uftionem veniam fecundi concedit matrimonii, is quidem non peccat ex teftamento, neque vero implet fummam illam vitae perfectionem, quae agitur ex evangelio. Gloriam fibi acquirit coeleftem, qui apud fe manferit, eam quae eft morte diffoluta impollutam fervans conjunctionem, et grato ac lubente animo parens oeconomiae, per quam effectum eft, ut divelli non poffit a domini minifterio."

De externo hominis habitu (cf. Staeudlin. l. l. p. 194 fqq.; Keil. l. l. p. 841 fqq.) Paed. l. II. et III. (permultis locis) Clemens ita ftatuit, ut omnem veftitum nonnifi ad tegendum corpus hominis valere debere judicaverit (II, 10, 233); omnem fplendorem a veftibus remotum voluerit ideoque fumptuofas veftes ne in mulieribus quidem probaverit. Simili modo in reliquis etiam, quae ad corporis cultum referri folent, fummam fimplicitatem poftulat. Sicut omnes feminarum corporis colendi artes, in crinibus crifpandis vel alienis capillis affumendis, genis fucandis, oculis pingendis pilisque tingendis tunc temporis maxime pofitas, acriter impugnat (Paed. II, 12, 243: *Χρὴ γὰρ εἶναι κοσμίας ἔνδοθεν, καὶ τὴν τῶν ἔσω γυναῖκα δεικνύναι καλήν· ἐν μόνῃ γὰρ τῇ ψυχῇ καταφαίνεται καὶ τὸ κάλλος, καὶ τὸ αἶσχος· . . ἡ δὲ ἀρετὴ μόνη καὶ διὰ καλοῦ τοῦ σώματος καταφαίνεται, καὶ ἐπανθεῖ τῇ σαρκὶ, τὸ ὡραῖον τῆς σωφροσύνης ἀξιέραστον δεικνύουσα, ὅτ' ἂν οἱονεὶ φέγγος ἐπιλάμπῃ τῇ μορφῇ τὸ ἦθος*), atque auri et gemmarum ornatum *) unguentorumque (Paed. II, 8, 208: „Nefas eft dolofa veftimenta et unguenta in civitatem veritatis ingredi; oportet viros imprimis apud nos unguenta non olere, fed vitae probitatem; fpiret autem femina Chriftum, qui eft regalis unctio, non unguenta et diapasmata; divina femper ungatur pudicitiae unctione, fancto delectata un-

*) Necnon Paed. III, 11, 289 annulos fignatorios imaginibus deorum infignitos geftare viris et feminis interdicit.

guento, nempe ſpiritu. Hanc ſuavis odoris unctionem diſcipulis ſuis Chriſtus parat, ex aromatibus coeleſtibus hoc unguentum componens. Hoc unguento ipſe quoque dominus ungitur") et (una cum Tertulliano; vid. Neand. Antignoſtic. p. 96 ſqq. et imprimis p. 119 ſqq.) coronarum ex floribus confectarum uſum iis diſſuadet (Paed. l. l. p. 214: „Pulchra", ait, „amaranti corona ei eſt repoſita, qui ſe recte geſſerit. Hunc florem terra ferre non poteſt; coelum tantummodo eum poteſt producere. A ratione alienum eſt, nos, qui audierimus dominum ſpinis fuiſſe coronatum, ipſos venerabili domini paſſioni inſultantes habere capita redimita floribus"), earumque capita velari vult; ita in maribus et barbae tonſuram ac pilorum abſciſſionem et alium quemcunque ornatum improbat. Munditiam vero adhiberi jubet ad ſanitatem (Paed. II, 10, 238). Pariter de omnibus fere rebus Paed. lib. II. et III. verba facit ad externos hominis mores pertinentibus. Sic Paed. II, 7, 203 de loquendo: „Uterque", ait, „qui differit, „vocem ſuam metiatur juſta proportione. Elatus enim clamor pronunciationis eſt res inſaniſſima; cum proximis autem ita loqui, ut non audiaris, eſt ejus qui nullo eſt ſenſu praeditus, neque enim audient; et eſt hoc quidem puſilli et abjecti animi indicium, illud vero arrogantiae. Abſit etiam vehemens contentio verborum pro inani victoria; nobis enim finis eſt eſſe a perturbatione alienos, et hoc ſibi vult illud: Pax tibi. Priusquam autem audieris, ne verbum reſponde. Jamvero vox quoque fracta et enervata eſt effeminati; modeſti autem et prudentis eſt in voce moderatio, qui a magnitudine ſimul et prolixitate celeritateque et multitudine orationem temperabit" et qu. ſq. Quicquid agat, ſemper „quies, pax et tranquillitas eſt Chriſtiani propria" (ib. p. 204).

Quod attinet ad **externum eccleſiarum chriſtianarum habitum**, quem h. l. tangere liceat, comprobat Clemens Str. V, 4, 662 legem Moſaicam, quae, ne rerum divinarum imagines habeantur, interdicit, *ὡς μὴ τοῖς αἰσθητοῖς προσανέχωμεν, ἐπὶ δὲ τὰ νοητὰ μετίωμεν· ἐξευτελίζει γὰρ τὴν τοῦ θείου σεμνότητα ἡ ἐν ἑτοίμῳ τῆς ὄψεως συνήθεια, καὶ τὴν νοητὴν οὐσίαν δι' ὕλης σεβάζεσθαι, ἀτιμάζειν ἐστὶν αὐτὴν δι' αἰσθήσεως.*

De **fpectaculis** Paed. III, 11, 298 haec dicit: „Minime ad fpectacula nos paedagogus deducet. Nec inconcinne ftadia et theatra peftium cathedram quis vocaverit (Pf. I, 1); nam hic quoque fceleftum eft confilium, quemadmodum adverfus juftum, ideoque maledictis devovetur, quae adverfus eum fit, congregatio. Magna quippe confufione et iniquitate hi coetus pleni funt, et occafio conventus caufa eft turpitudinis, cum viri et feminae mixtim conveniant, alter ad alterius fpectaculum. Hic perperam jam agitur concilium. Dum enim lafciviunt oculi, calefcunt appetitiones, et oculi per otium ibi conceffum proximos impudentius refpicere affuefacti, intendunt cupiditates. Prohibeantur ergo fpectacula et acroamata, quae fcurrilitate ac vaniloquentia plena funt. Quod enim turpe factum non oftenditur in theatris? Quod verbum impudens non proferunt, qui rifum movent, fcurrae et hiftriones? Qui e vitio, quod in fe (*ἐν ἑαυτοῖς*, fortaffe cum Louthio legendum *ἐν αὐτοῖς*, et referendum ad *γελωτοποιοὶ*, quod praeceffit) eft, delectationem aliquam perceperunt, evidentes domi imagines imprimunt. Contra qui his demulceri et affici nequeunt, in ignavas voluptates non prolabentur. Si dixerint, pro ludo affumi fpectacula ad recreandos animos, dicemus non fapere civitates, quae feriam ludis operam dant. Neque enim ludus eft faeva gloriae cupiditas, quae [ludis gladiatoriis] tot mortes infert; neque vana ftudia et rationis expers ambitio et praeterea facultatum impenfae. Neque quae his de caufis excitantur feditiones [populares] amplius ludi funt. Vano ftudio nunquam emendum eft otium; neque fapiens jucundum ei quod eft melius praetulerit."

Ad mores hominum et in melius et in pejus formandos valere nonnihil dicit etiam **muficam**. „Eft attingenda mufica (Str. VI, 11, 785) ad mores ornandos et componendos. Certe etiam in convivio nobis invicem pfallendo propinamus, noftram lenientes cupiditatem, et Deum glorificantes propter copiofam donationem eorum quibus fruuntur homines, et quod perpetuo fuppeditet nutrimenta ad augmentum corporis et animae. Eft autem fupervacanea refpuenda mufica illa nimis artificiofa, quae frangit animos et varie afficit paffionibus,

ut quae ſit aliquando lugubris, aliquando limphata et inſana."

Singulis his gnoſticae et chriſtianae virtutis ſignis conſideratis, haud inviti uno loco (Str. VII, 11 — 13. p. 867 ſqq.) celebrantem deinceps totam gnoſticam ſanctimoniam Clementem audiemus, penitius eo et plenius principia ejus ethica (ſententiasque de ἀπαθείᾳ) cognituri. „Facto", ait (c. 11. p. 867), „ab admiratione rerum creatarum initio, atque eo ipſo certum indicium, quod ad percipiendam ſit idoneus cognitionem, domo ſecum afferens, ſit alacer et promptus domini diſcipulus. . . Merito (p. 868) nunquam jucundum praefert utili, nec ſi caſu aliquo invadat eum meretricioque more forte fortuna provocet formoſa mulier. . Si vel morbus vel caſus aliquis gnoſticum invaſerit, atque adeo mors quae eſt omnium maxime terribilis, manet animo interritus, ſciens quaecunque ſunt hujusmodi eſſe naturae neceſſitatem; ſed ſic quoque Dei virtute ea effici medicamentum ſalutis, ut quae per diſciplinam eos beneficio afficiant qui difficilius transformantur, et a bona vere pro meritis dispertiantur providentia. Utens igitur rebus creatis, quando et quantum dicet verbum, eique qui creavit agens gratias, uſus earum ſit dominus. Nunquam acceptae eſt memor injuriae, nemini ſit infenſus, etiamſi ſit odio dignus propter ea quae facit; colit enim creatorem, diligit autem vitae ſocium, ejus miſertus et pro eo orans propter ejus ignorantiam. In corpus quoque ſuum per conſenſionem afficitur, cui quidem natura patibili eſt alligatus. Non tamen primario movetur ex perturbatione (οὐ πρωτοπαθεῖ κατὰ τὸ πάθος). In involuntariis certe caſibus, a doloribus ſe deducens ad ea quae ſunt ipſius propria, non abducitur ab iis quae ſunt ab ipſo aliena; ſed iis ſolum cedit et ſe accommodat quae ſunt ipſi neceſſaria, quousque illaeſa conſervatur anima. Non enim exiſtimatione ſolum aut externa ſpecie vult eſſe fidelis, ſed cognitione et veritate, hoc eſt firmo ſtabilique facto et ſermone efficaci. Non ſolum ergo laudat bona et honeſta, ſed ipſe etiam contendit (βιάζεται) eſſe bonus et honeſtus, a bono et fideli ſervo factus per caritatem amicus, propter perfectionem habitus (p. 869), quam ex vera diſciplina et multa exercitatione pure acquiſivit . . Hac ratione labores et

tormenta et afflictiones ſustinet, non ut qui ſunt fortes apud philoſophos propter ſpem, praeſentes ceſſaturos eſſe dolores, ipſosque rurſus jucundorum fore participes; ſed cognitio ipſi perſuaſionem ingeneravit firmiſſimam, fore ut recipiat quae ſperat. . Eſt ergo in quovis caſu fortis ac valida gnoſtici anima, quae veluti corpus athletae et optima eſt habitudine et maximas habet vires. Eſt enim optimi conſilii in iis quae ad homines pertinent, quid ſit juſto faciendum decernens, ut quae principia coelitus, et ut divinitati fieret ſimilis, lenitatem quandam ac moderationem (p. 870) in voluptatibus corporis doloribusque ſibi comparaverit; audacter inſurgit adverſus metus, in Deo habens fiduciam. Revera ergo terreſtris divinae virtutis imago eſt anima gnoſtica, perfecta virtute exornata ex his omnibus ſimul, natura, exercitatione, et quae ſimul cum eo crevit, ratione. Haec pulchritudo animae ſit templum ſancti ſpiritus, quando diſpoſitionem evangelio conſentientem per totam vitam habuerit. Qui eſt ejusmodi inſurgit adverſus omnem metum, omne periculum et quicquid eſt formidabile; non ſolum mortem, ſed etiam paupertatem et morbum et ignominiam et quaecunque ſunt hujus generis, ut qui et a voluptate vinci nequeat, et rationis expertibus dominetur cupiditatibus. Bene enim novit quae ſint agenda et quae non ſint, ut qui ſtrenue noverit, quaenam ſint revera gravia et qnae non ſint. Unde ſcienter ea ſustinet quae oportet, et quae decere ei dictat ratio, ſcienter diſtinguens ea de quibus habenda eſt fiducia, hoc eſt ea quae ſunt bona, ab iis quae videntur, et terribilia ab iis quae apparent, morte ſcilicet, morbo et paupertate, quae quidem ſunt opinionis potius quam veritatis. Hic eſt revera vir bonus, qui per habitum vel diſpoſitionem animae virtute praeditae remotus ab animi perturbationibus univerſam illam vitam ſuperavit, quae perturbationibus eſt obnoxia. Hujus omnia a ſeipſo pendent (εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται) ad finem acquirendum. Nam quae fortunae dicuntur incommoda, ea viro bono non ſunt formidabilia, quoniam non ſunt mala; quae autem vere ſunt gravia, ea ſunt a chriſtiano gnoſtico aliena, utpote quae e diametro pugnant cum bonis; ſunt enim mala, nec fieri poteſt ut eidem eodem tempore ſimul inſint contraria. Qui citra ullam ergo

reprehensionem agit actum vitae, quem ei Deus agendum praebuerit, quae sunt agenda et quae sustinenda cognoscit. . Quare solus gnosticus fidenti est animo, ut qui norit bona quae sunt et futura sunt, cum his autem, ut dixi, una sciat ea quae non sunt revera gravia; sciens quippe solum vitium esse inimicum et exitium afferre iis qui proficiunt ad cognitionem, armis domini munitus, adversus id bellum gerit (p. 871). . Nemo citra rationem (ἀλόγως) fortis, est gnosticus. . Qui est autem revera fortis, cum per populi malitiam in manifestum sit periculum adductus, quod occurrit fidenter admittit; hac ratione discretus ab aliis qui dicuntur martyres, quod alii quidem sibi ipsi praebent occasionem et se nescio quomodo in ipsa pericula injiciunt, hi vero primo e recta ratione declinantes, deinde cum Deus vocaverit prompto et alacri animo se tradentes, et confirmant vocationem ex eo quod nihil temere de se constituerint, et virum praebent in vera ac rationali fortitudine probandum. . Gnosticus vir evasit in ea quae est erga Deum caritate. . Metu ergo (p. 872) et formidine vacuum et in domino confidentem reddit suum athletam, inungens ipsum et exercens caritas, quemadmodum ei tribuit justitia ut per totam vitam verum dicat. . Amicitia perficitur per similitudinem, cum communitas sita sit in uno. Gnosticus igitur, cum diligat eum qui vere est unus Deus, et vir est vere perfectus et Dei amicus et in filii locum cooptatus. . . Convenienter legi divinae (c. 12. p. 873) non despicit fratrem eodem patre et eadem matre natum; eum qui affligitur, levat consolationibus, adhortationibus, iis quae sunt ad vitam necessaria succurrens, dans omnibus egentibus, verum juste et pro meritis; quinetiam ei qui ipsum persequitur et odio habet, si eo indigeat; parum curans eos qui dicunt, propter metum ei dedisse, si non fecerit propter metum, sed ut ei opem ferret. Qui autem ut inimicis subveniant non parcunt pecuniae, quomodo non erit in suos major ipsorum caritas? Qui talis est, ex hoc progreditur ad perfecte sciendum, et cuinam maxime, et quantum, et quomodo sit daturus. Quis autem ejus viri jure fuerit inimicus, qui nullam inimicitiarum causam praebet omnino? . . Et comedit et bibit et uxorem ducit, non per se ac principaliter, sed necessitate adductus

(p. 874). . Qui fuerit perfectus, exempla habet apoſtolos, et revera vir eſſe probatur, non in eo quod vitam elegerit monaſticam (μονήρη βίον); verum ille viros vincit, qui in matrimonio et liberorum procreatione et domus cura citra voluptatem et dolorem ſe exercet, et cum in familiae verſetur curatione, indivulſus tamen eſt a Dei caritate, inſurgitque adverſus omnem tentationem, quae affertur per filios, uxorem et famulos et poſſeſſiones. . Ut mors eſt animae ſeparatio a corpore, ita cognitio eſt veluti mors rationalis, abducens et ſeparans animam a motibus et perturbationibus, et deducens (p. 875) ad vitam bonarum operationum, ut tum Deo dicat libere, vivo ſicut tu vis. . Quomodo cibus et potus et Venus ei amplius fuerit delectabilis, cum etiam ſermonem qui aliquam affert voluptatem, motumque cogitationis et operationem jucundam habeat ſuſpectam? . . Hae autem ſunt animae gnoſticae, quas aſſimilavit evangelium virginibus ſanctificatis quae dominum exſpectant. Nam virgines quidem ſunt, ut quae a malis abstinuerint, exſpectant autem dominum propter caritatem, ſuumque accendunt lumen ad rerum contemplationem, prudentes animae, dicentes: O domine, jam tandem deſideramus te recipere; ſecundum ea quae tu mandaſti viximus, nihil praetermiſimus eorum quae praecepiſti. Quamobrem promiſſa quoque petimus. . Precamur autem quae ſunt utilia, cum non conveniat abs te petere quae ſunt pulcherrima; et accipiemus omnia pro utilibus, etiamſi videantur eſſe mala quae offerentur nobis exercitia, quae quidem nobis tua offert diſpenſatio ac cura, ad ſtabilitatem exercendam ac conſtantiam. . Precatio ſcilicet gnoſtico eſt univerſa vita et cum Deo converſatio. . Multum autem abeſt (p. 876), ut terrenis voluptatibus et ſpectaculis delectetur, qui mundanas, etſi ſunt divinae, contempſit promiſſiones. . Novit ipſe jejunii quoque aenigmata (p. 877) horum dierum, quarti inquam et ſexti. Dicitur autem ille quidem Mercurii, hic vero Veneris. Hinc ille jejunat in vita et ab avaritia et a libidine, ex quibus omnia oriuntur vitia. Fornicationis enim tres ex apoſtoli ſententia ſunt differentiae, libido, avaritia, idololatria. Jejunat ergo etiam ex lege a malis actionibus, et ex evangelii perſectione a malis cogitationibus. Ei

adhibentur etiam tentationes, non ad emundationem, ſed ad propinquorum utilitatem, ſi laborum facto periculo eos contempſerit et ablegarit. Eadem eſt ratio de voluptate; eſt enim res maxima, cum quis eam expertus fuerit, deinde abstinere. Quid enim magnum, ſi quis ſe contineat ab iis quae non novit? Is vero exſequens praeceptum evangelii, facit illum diem dominicum, quo malam abjecerit animi ſententiam et acceperit eam quae eſt ex cognitione, eam quae eſt in ipſo domini glorificans reſurrectionem. . Quodſi propter vitae neceſſitatem in ſe nutriendo conſumat exiguam temporis particulam (p. 878), fraudari ſe debito exiſtimat, dum avellitur per negotium. Hinc fit revera ut ne ſomnium quidem videat, quod non electo conveniat. Nam totus revera is eſt hoſpes et peregrinus in tota vita, qui in civitate habitans contemnit ea quae in civitate ſunt et quae alii mirantur, vivitque in civitate ut ſolitudine, ut non locus ipſum cogat, ſed vivendi inſtitutum oſtendat eſſe juſtum. Hujusmodi gnoſticus, ut ſummatim dicam, apoſtolicam compenſat abſentiam, recte vivens, accurate cognoſcens, ſuos juvans neceſſarios, montes propinquorum transmovens, et inaequalitates ipſorum animae abjiciens. . Ipſe per caritatis perfectionem ſeipſum diminuit, ne unquam contemnat afflictum fratrem, ſi ſe ſciverit facilius laturum egeſtatem. Exiſtimat certe illius dolorem eſſe dolorem proprium, et ſi ex ſua praebens inopia propter beneficentiam aliquo afficiatur incommodo, id non aegre fert, ſed etiam magis auget beneficium. . Idem (p. 879) per ſpem propriam avulſus non guſtat ea quae ſunt in mundo pulchra, omnia quae hic ſunt magno animo deſpiciens; ſed et miſeretur eorum, qui poſt mortem caſtigati per ſupplicium inviti confitentur, bonam ſemper habens conſcientiam, et ſemper paratus ad exitum, ut peregrinus et hoſpes earum quae hic ſunt haereditatum, memor tantum propriorum; quae autem hic ſunt omnia aliena exiſtimans, non ſolum domini mandata admirans, ſed et, ut ita dicam, per ipſam cognitionem particeps divinae voluntatis, vere familiaris domini et mandatorum electus, ut qui ſit juſtus, imperandi autem et regnandi cupiditate praeditus, ut qui ſit gnoſticus; omne praeterea aurum, quod eſt ſuper terram et ſub

terra, et regnum quod eſt a finibus ad fines oceani deſpiciens, ut ſolum domini cultum teneat. Quocirca et comedens et bibens et uxorem ducens, ſi dicat Logos, quinetiam ſomnia aſpiciens, ſancta facit et cogitat, ea ratione ſemper mundus ad orationem. . Audit a domino: Non vos amplius dico ſervos, ſed amicos; et cum fiducia accedit ad preces. Genus autem ipſum precationis eſt gratiarum actio propter praeterita, praeſentia et futura, ut quae ſint per fidem jam praeſentia; id autem cognitionis praecedit acceptio (p. 880).[1] Quinetiam petit ut vivat vitam in carne deſinitam, tanquam gnoſticus, tanquam expers carnis, et conſequatur quae ſunt optima, fugiat autem quae ſunt deteriora. Petit ſublevationem quoque eorum quae nos peccavimus, et converſionem ad agnitionem, tam acriter ſequens eum qui vocat in exceſſu, quam ille vocat praecedens, per bonam conſcientiam ut ita dicam feſtinans ad agendas gratias, et ut cum illic cum Chriſto fuerit, ut qui ſeipſum dignum praebuerit propter puritatem, per quandam quaſi temperationem habeat Dei virtutem quae ſuppeditatur per Chriſtum. Non enim caloris participatione calidus, neque ignis lucidus, ſed vult totus eſſe lux. Etiam inſurgit adverſus animam corporèam,. imperium detrectanti ſpiritui, experti rationis, frenum injiciens. . Hic cum ad benefaciendi habitum pervenerit, dicto citius beneficio afficit, orans ut fratrum peccatorum ſit particeps ad confeſſionem et cognatorum converſionem., et ad propria bona cum amiciſſimis communicanda paratiſſimus. Ipſi autem ſic ei ſunt amici. Augens quae apud ipſum deponuntur ſemina, ea quam mandavit dominus agricultura, manet nulli peccato affinis, ſit continens, et ſpiritu degit cum ſui ſimilibus in choris ſanctorum, etiamſi adhuc in terris detineatur. Hic toto die et nocte dicens et faciens juſſa domini, ſupra modum laetatur, non ſolum cum mane ſurgit et meridie, ſed etiam cum deambulat et dormit et veſtes induit et exuit, et docet filium, ſi natus ipſi fuerit filius, inſeparabilis a mandato et a ſpe; Deo ſemper agens gratias. . Nunquam (c. 13. p. 881) meminit eorum, qui in ſe peccarunt, ſed eis ignoſcit. . Nam hoc quoque unum eſt ex iis quae vult Deus, nihil concupiſcere, nullum habere odio; unius enim voluntatis

opus omnes homines. . Qui talis eſt, exigit a domino, non petit, et ſi egeant fratres, non petet gnoſticus, quas eis pecuniae copias impertiatur; ſed precabitur illis ſuppeditentur ea quibus indigeant. Sic dat etiam gnoſticus preces iis qui indigent. . Divinus (p. 882) ergo eſt gnoſticus et jam ſanctus, qui Deum fert et ab eo afflatur (*θεοφορῶν καὶ θεοφορούμενος*). . Merito nihil eum conturbat ex iis quae accidunt, neque quicquam veretur ex iis quae utilitatis cauſa divino fiunt conſilio; neque erubeſcit mori, ut qui bonam habeat conſcientiam, ut oſtendatur poteſtatibus ab omnibus, ut ita dicam, maculis emundatus, et qui ſciat poſt exceſſum ex hac vita fore, ut ſecum melius agatur. . Hinc (p. 883) jam per ſcientiam colligens viaticum contemplationis, poſtquam magnifice accepit magnitudinem cognitionis, procedit ad translationis ſanctam remunerationem." (Similia non de gnoſtico nominatim, ſed de eo, *ᾧ σύνοικος ὁ λόγος*, pulcherrima haec Clemens verba facit Paed. III, 1, 251: *Ἐκχεῖται τὰ πάθη, ἐκλύζονται αἱ ἡδοναί, μαραίνεται τὸ κάλλος, καὶ θᾶττον ἀποπίπτει τοῦ πετάλου χαμαί, ὅτ' ἂν αὐτοῦ καταπνεύσωσιν αἱ ἐρωτικαὶ τῆς ὕβρεως λαίλαπες· καὶ πρὶν ἢ τὸ μετόπωρον ἐλθεῖν, μαραίνεται τῇ φθορᾷ· πάντα γὰρ ἡ ἐπιθυμία γίνεταί τε καὶ πλάττεται, καὶ φενακίζειν βούλεται, ἵνα καταχρύψῃ τὸν ἄνθρωπον· ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, ᾧ σύνοικος ὁ λόγος, οὐ ποικίλλεται· μορφὴν ἔχει τὴν τοῦ λόγου, ἐξομοιοῦται τῷ θεῷ.*)

ORIGENES.

Cf. Staeudlini Geſch. der Sittenlehre Jeſu P. II. p. 221 — 290.

Quem finem homini Origenes conſequendum praebuerit, perſpicuum eſt ex deſcriptione illius ſtatus futuri, quo ſuum quaeque ad finem pervenerint. Tum, ait, homo intima cum Deo unione gaudebit. Haec igitur unio (proprie reconciliatio) ſummum eſt bonum, quod jam hac in vita homines aſſequi ſtudeant neceſſe eſt. "Summum„, de princ. III, 6, 1. vol. I. p. 152 dicit, "bonum, ad quod natura rationabilis univerſa feſtinat„ (*πάντων ἐχόντων κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας πρόληψιν ὑγιῆ περὶ τοῦ ἠθικοῦ τόπου* c. Celſ. I, 4. vol. I. p. 323),

"quod etiam finis omnium dicitur, a quam plurimis etiam philosophorum hoc modo terminatur, quia summum bonum sit, prout possibile est, similem fieri Deo. Sed hoc non tam ipsorum inventum, quam ex divinis libris ab eis assumptum puto (Genes. I, 26. 27; 1 Joh. III, 2. 3; ev. Joh. XVII, 21)„ (*ἡ αὐτὴ ἀρετή ἐστι τῶν μακαρίων πάντων, ὥςτε ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ἀνθρώπου καὶ θεοῦ* — Matth. V, 48 — c. Cels. IV, 19. p. 522). Jamvero cum per nosmetipsos solos ad ipsam Dei similitudinem pervenire nequeamus (*ἀδύνατον γάρ φαμεν εἶναι ἄνθρωπον μετ' ἀρετῆς ἀπ' ἀρχῆς πρὸς τὸν θεὸν ἄνω βλέπειν· κακίαν γὰρ ὑφίστασθαι ἀναγκαῖον πρῶτον ἐν ἀνθρώποις* — c. Cels. III, 62. p. 488), hunc, uti vidimus, ad finem Christus Deus venit in terram („a solo enim Jesu auxilium ad melius vivendum accipimus" c. Cels. VII, 41. p. 724), ut salvatorio Christi opere diabolo erepti Deoque reconciliati, Christi exemplum continuo contemplantes, per nostram libertatem sanctumque spiritum et fidem et sanctitatem in nobis corroborantem paulatim ad intimam cum ipso conjunctionem perveniamus. Ad hoc principium singula praecepta Origenes refert. Ita: *Μὴ οὖν*, ait Exh. ad mart. c. 39. vol. I, 300, *ἀγαπᾶτε τὰ παραγόμενα, ἀλλὰ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, ἄξιοι γίνεσθε τοῦ ἓν γενέσθαι ἅμα υἱῷ καὶ πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος εὐχὴν λέγοντος· ὡς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ὦσι.* Sic omnia Christianus agit *εἰς δόξαν θεοῦ*. „Vivendum nobis est et e Verbi Dei praescripto vivendum, quantum possibile est et quantum ex illius praescripto vivere datur. Datur autem, cum sive manducemus sive bibamus omnia in gloriam Dei facimus; neque enim recusandum nobis est uti rebus propter nos creatis, gratias agendo creatori" (c. Cels. VIII, 33. 766). Hinc fit ut Christianorum mores ab ethnicorum moribus valde differant (ib. III, 30. p. 466), praesertim cum, qui veri nominis est Christianus, in quo Christus vivit, is non ad unam tantum virtutem, sed ad omnes incumbat. "Secundum verbum veritatis (ait Origenes Comm. Ser. in Matth. §. 63. vol. III, 881) sequuntur seipsas alterutrum virtutes quae sunt substantia Christus, ita ut, qui unam habuerit, omnes habeat, et

qui unam minus habuerit, nec unam habeat; Christus enim a se ipso irrecessibilis est.„

Priusquam autem veri Christiani imaginem ex Origenis mente depingamus, necessarium videtur ut nonnulla praemittamus, quae alioqui nullum locum invenirent.

Quod bonum est, malum esse nequit; nam "certum est, hanc esse mali naturam, ut ex similibus suis augeatur et crescat, sicut igni ignem jungas. . Bonum vero si adhibeas, exterminatur malum; contraria namque contrariis primuntur, sicut per aquam ignis exstinguitur et per lucem tenebrae fugantur„ (Comm. in ep. ad Rom. vol. IV, 664). Regnum Dei cum regno peccati stare non potest (de orat. c. 25. vol. I, 239). Neque tamen (in Rom. l. l.) quisquam est ab omni parte malus, neque (etiam Christiano non excepto, — licet is esse studeat) ab omni parte bonus. Etenim uti jam voluntas et studium virtutem (T. XV, 36 in Matth. vol. III, 706), sic jam malae cogitationes peccatum efficiunt (ib. T. XI, 15. p. 501; T. XII, 7. p. 519 sq.), ita tamen, ut quemadmodum, quod supra vidimus, bona opera ad salutem sunt necessaria, „peccatum in corde admissum minus sit peccatum, quam si quis opus ipsum adjunxerit" (ib. p. 520). Verum quodcunque peccatum Christianus evitare vehementissime studebit, quippe qui in Deo Christoque vivere, et regni Dei particeps esse velit. Regnum autem Dei adesse non potest perfecte cuilibet nostrum, nisi venerit *καὶ τὸ περὶ τῆς γνώσεως καὶ σοφίας τέλειον, τάχα δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν* — 1 Cor. XIII, 10 — (de orat. c. 25. vol. I, 239). Id vero si adest, evanuit naturae humanae dissonantia. „Is (ib. p. 238), qui regnum Dei ut adveniat precatur, de eo, quod in se habet, regno Dei recte orat, ut oriatur et fructus ferat et perficiatur. Nam in quolibet sanctorum Deus regnat, et quilibet sanctus spiritalibus obsequitur legibus Dei qui in ipso habitat, ut in recte administrata civitate. Praesens ei pater adest, et conregnat patri Christus in illa anima perfecta juxta illud . . Joh. XIV, 23. Ac Dei quidem regnum dici puto felicem superioris partis animae statum compositasque et sapientes cogitationes, regnum vero Christi tum sermones qui in audientium salutem profe-

runtur, tum qui perficiuntur actus justitiae et ceterarum virtutum."

Jamjam ad singula christianae pietatis specimina pergamus describenda.

Non orare Christianus non potest. „Si Jesus non orat frustra, sed per orationem petita consequitur, sine oratione forte non accepturus; quis nostrum orare negligat?" (de orat. c. 13. p. 216). „Quid necesse est eos recenseamus, qui quoniam ut oportet orarunt maxima a Deo beneficia consequuti sunt, cum facile cuique sit plura sibi e scripturis seligere?" (ib.). „Quanta vero sunt (ib. p. 217), quae unusquisque nostrum, si modo grato animo memor acceptorum beneficiorum laudes Deo pro his referre velit, poterit enarrare?" Vera scilicet beneficia, quorum oratio nos participes reddit, sunt spiritalia (ib. p. 218). „Sicut certae quaedam imagines rerum memoria repetitae eas inquinant cogitationes, quae oboriuntur cum illae species animo obversantur; eodem modo credibile est utilem esse recordationem Dei qui praesens est, quique motus animae omnes etiam penitissimos deprehendit, dum se anima componit, ut tanquam praesenti, inspicienti, et ad omnem mentem pervenienti placeat ei, qui examinat corda et scrutatur renes. Ut enim supponamus nullam aliam utilitatem accessuram ei qui sic mentem ad orationem composuerit, non modicum fructum capere intelligendus est qui ipso orationis tempore ita se pie composuerit. Hoc vero si frequenter fiat, quot a peccatis avertat, quot ad virtutes impellat, experientia norunt ii, qui orationi se assidue dediderunt. Si enim cordati sapientisque viri recordari ejusque speciem mente revolvere, aemulatione nos provocat, nostrosque in deteriora impetus saepe retardat: quanto magis Dei omnium parentis orationi conjuncta recordatio eos adjuvat qui sibi persuaserint, praesenti se et audienti Deo et adstare et loqui" (ib. 8. p. 210). Quid? quod „animae (ib. 13. p. 217), quae diu sine prole manserunt, deprehensa ejus partis sterilitate quae princeps in ipsis esse debet, mentisque orbitate, a spiritu sancto per assiduam orationem veluti gravidatae, salutares sermones veritatisque cognitione plenos generarunt [est enim ἡ εὐχὴ ἀναγκαιοτάτη περὶ τοῦ νοεῖν τὰ θεῖα — ep. ad Gregor. Th. §. 3. vol. I, 32]. Quot

etiam oppugnantibus nos ſaepe multis adverſae poteſtatis millibus, divinaque nos dejicere ſpe volentibus hoſtes proſtrati ſunt?.. quot ſunt qui cum in tentationes incidiſſent ſuperatu difficiles et flamma qualibet ardentiores, nihil ab eis paſſi ſunt, ſed illaeſi evaſerunt omnino, ne minimo quidem ab odore inimici ignis accepto damno? Quid neceſſe eſt et alia commemorari, quotque belluis in nos efferatis, malignis inquam ſpiritibus, hominibusque ſaevis occurrentes, eorum ſaepe precibus ſuis ora obſtruxerunt, cum ne admoveri quidem dentes potuerint his (membris) noſtris Chriſti membris effectis?" Ipſe Chriſtus orat pro orantibus (ib. 10. p. 212); „neque pontifex ſolus orat cum rite orantibus, ſed et angeli et ſanctorum qui jam dormierunt animae" (ib. 11. p. 213); imprimis „martyrum animae coeleſti altari non adſtant fruſtra, ſed precantibus veniam peccatorum miniſtrant" (ib. 15. p. 283. 284). „Conjunguntur inſpectores Deique miniſtri angeli et praeſentes efficiuntur huic alicui oranti, ut in ea conſpirent quae qui orat poſtulaverit" (ib. 11. p. 215). — Valde igitur oratio eſt commendanda (id quod praecipue contra Carpocratis ſententiam noſter oſtenderit; vid. Neandri S. V. Gnoſt. Syſt. p. 359); "neque vero ſolum orare neceſſe eſt, ſed et orare ſicut oportet et orare quod oportet„ (de princ. III, 4. p. 147). Uniuscujusque orationis recte inſtituendae videntur Origeni quatuor partes. „Has", ait de orat. 33. p. 271, „diſperſas in ſcripturis reperi, et ad illarum exemplum oratio unicuique in unum corpus erit redigenda. Sunt autem hae partes ejusmodi. Pro viribus in principio orationis gloria reddenda eſt Deo per Chriſtum conglorificatum in ſancto ſpiritu collaudato. Poſtea collocare quivis debet gratiarum actiones communes pro pertinentibus ad omnes beneficiis, tum pro eis quae privatim a Deo conſequutus eſt. Poſt gratiarum actionem debere videtur ſuorum peccatorum amarus apud Deum accuſator fieri ac petere primum medelam, qua habitu ad peccandum impellente liberetur, deinde praeteritorum veniam. Poſt confeſſionem quarto mihi loco videtur adjungendam habere petitionem magnarum et coeleſtium rerum et pro ſè et pro omnibus et pro familiaribus et amicis. Ac ſuper his omnibus oratio debet in glorificationem Dei per

Christum in spiritu sancto desinere." Ad quem oratio sit dirigenda, jam supra vidimus. „Inter orandum mentis oculi sic elevandi sunt, ut jam terrenis non immorentur, nec eorum quae materia constant speciebus impleantur, sed sint adeo sublimes, ut corruptibilia quaeque despiciant et uni Deo vacent" (ib. 9. p. 211). Orationis tempore nos oportet eorum omnium oblivisci, quae ab oratione áliena sunt (ib. p. 210). Non exigua petenda, nec terrena (ib.), orandum pro rebus coelestibus, de terrenis vero Dei arbitrio relinquendum (ib. 17. p. 226). Orando magna si petimus, parva nobis adjicientur (ib. 14. p. 219); spiritalia petentibus terrestria saepe (non semper) dantur (ib. 16. 17. p. 224 sq.). Neque orans remissionem peccatorum culpae consequi potest, nisi ex animo remiserit fratri veniam illatae injuriae postulanti (ib. 8. p. 210). Orantem oportet levare puras manus, acceptas omnes injurias remittendo, omnemque ex animo ita perturbationem ejiciendo, ut nemini sit iratus (ib. c. 9.). Oratio non minus quam ter singulis diebus habenda (ib. 12. p. 213); sed in oratione vana gloria fugienda (ib. 19. 20. p. 228. 229), battologia vitanda (ib. 21. p. 230). Orans ita se componere debet quasi qui Deo adstet et cum ipso loquatur tanquam inspiciente ac praesente (ib. 8. p. 210). „Arbitror", ait ib. c. 31. p. 267, „eum qui ad orationem accessurus est, si paululum substiterit seque ipsum composuerit, promptiorem et attentiorem per totam orationem fieri; item si omnes animi anxietates cogitationumque perturbationes abjecerit, sibique pro viribus in memoriam reduxerit ejus ad quem accedit majestatem, et quam impium sit illi se laxum et remissum et quasi contemnentem offerre, si denique aliena deposuerit, sic venire (debere) ad orandum: animam ante manus, ut ita loquar, extendere, ante oculos mentem ad Deum dirigere; antequam stet, erigere humo superiorem animae partem et coram universorum domino statuere; omnem denique earum, quas ab aliquo sibi passus videtur, injuriarum memoriam in tantum deponere, quantum et Deum quispiam vult immemorem esse eorum quae inique gessit ipse, et in multos e proximis peccavit, aut quae praeter rectam rationem quovis egisse modo sibi conscius est." „Mulierem maxime cum orat (ib. 9. p. 211) oportet compositam

et ornatam esse animo et corpore atque imprimis cum orat Deum revereri, atque omnem intemperantem muliebremque recordationem ex animae praecipua parte expellere; ornari vero non in tortis crinibus et auro et margaritis aut veste pretiosa, sed quibus decet mulierem pietatem promittentem ornari." Corporis habitus ille omnibus praeponendus, quo extenduntur manus et sursum oculi tolluntur (ib. 31. p. 267). „Genuum etiam flexionem necessariam esse sciendum est (ib.), cum sua quis apud Deum peccata supplex accusaturus est, ut remittantur et ab eis sanetur." Orandum est versus orientem, „anima veri luminis ortum veluti respiciente" (ib. 32. p. 270). Licet aliquando sedenti orare propter morbum pedum vel etiam jacenti propter febres et ejusmodi morbos (ib. 31. p. 267). In privatis aedibus (si spatium est) certus et secretus eligi potest locus, quo quisque quietior ac minus distractus precetur (ib. p. 268); locus aptissimus quidem est ecclesia (ib. et p. 269: „Credibile est enim angelicas potestates credentium coetibus adesse, ipsiusque domini et servatoris nostri virtutem, imo et sanctorum spiritus, opinor etiam defunctorum"); omnis tamen locus aptus efficitur ab eo qui recte orat (ib. p. 268).

Omnis autem haec precatio tantum pars debet esse majoris Christianorum precationis; nam *πάντα τὸν βίον τοῦ ἁγίου μίαν συναπτομένην μεγάλην εἴποιμεν εὐχήν* (de orat. 12. p. 216). Quinetiam omnes christianae vitae dies sunt festi. „Festa enim vere ille celebrat (c. Cels. VIII, 21. p. 758), qui suis officiis fungitur, qui orat perpetuo, qui Deum suis invocando precibus incruentas nulla intermissione hostias offert." „Perfectus Christianus (ib. §. 22.), qui verbis, operibus et cogitationibus cum Verbo Dei suo naturâ domino versatur, semper est in ejus diebus, semper agit dies dominicas. Sed et qui semper se veram ad vitam praeparat, qui abstinet ab hujus vitae voluptatibus quibus multi falluntur, qui non carnis prudentiam alit, sed corpus suum castigat et in servitutem redigit, ab illo semper Parasceve celebratur. Is etiam qui cogitat Christum, quod pascha nostrum est, immolatum esse et manducanda Verbi carne festum diem agi oportere, semper pascha, quod transitum significat, cele-

brat, cogitatione, omni verbo, omnique opere ex hujus vitae rebus ad Deum transiens et ad ejus civitatem properans. Praeterea qui vere poteſt dicere: Simul reſurreximus cum Chriſto, et: Conreſuſcitavit nos et conſedere fecit in coeleſtibus in Chriſto; is ſemper eſt in diebus Pentecoſtes, praeſertim cum aſcendens in coenaculum (ὑπερῷον), ut apoſtoli Jeſu, precibus et orationi vacet, ut dignus vehementi illo ſpiritu e coelo adveniente fiat, qui ſpiritus vi ſua delet in hominibus malitiam et quicquid ex illa naſcitur; ut etiam dignus fiat, cui Deus igneae linguae partem aliquam largiatur." Eſſe igitur non poteſt, quin intima animi ſubmiſſione Chriſtiani vita ſplendeat. „Neceſſe autem non eſt (c. Celſ. VI, 15. p. 641), ut qui humiliter ſentit, is indecenter et indecore ſe demittat, procumbat humi pronis genibus, infelicium ſibi veſtem induat, foedetque cinere caput; nam humilis ille, de quo propheta (Pſ. CXXXI.), licet in magnis atque admirabilibus, et quae ipſum ſuperant rebus verſari amet, nempe in dogmatibus quae vere magna ſunt et admirabilia; nihilominus tamen humiliat ſe ſub potenti manu Dei (1 Petr. V, 6). Quodſi qui prae ſua ſimplicitate non intelligentes, in quo ſita ſit humilitas, illa quae diximus abjecta factitant, non in doctrinam conferenda culpa eſt, ſed ignoſcendum illorum ſimplicitati, qua fit, ut, quamvis meliora ſibi proponant, ad ea tamen non perveniant."

Caritate Dei vel Jeſu Chriſti commotus Chriſtianus etiam martyrium lubenter ſuscipit. Quam multa martyrium et ipſis martyribus et aliis hominibus beneficia comparet, jam ſupra (p. 263 ſqq.) vidimus, ubi de Chriſtologia Origenis actum eſt. Apparet ex illis, quam ſit exoptandum martyrio coronari. Addemus et alia. „Cum vinci nolit qui ſanctus eſt (exh. ad mart. c. 28. vol. I, 290), velitque beneficia rependere quibus ipſum Deus praevenit, quaerit quid domino faciat pro univerſis quae ab illo accepit; nec aliud quidquam invenit quod poſſit homo gratus Deo reddere ceu aequale beneficiis, quam in martyrio mori." Et „qui ſocii paſſionum ſunt (ib. 42. p. 302), quas cum Chriſto partiuntur, ſocii erunt et conſolationis. Martyres Chriſti cum illo exſpoliant principatus et poteſtates, cum ipſo triumphant illos, ut cum ſocii fuerint paſſionum

ejus, sic et in iis, quae patiendo fortiter gessit, partem habeant; inter quae facinora et illud est triumphasse principatus et potestates, quos brevi victos et debellatos videbitis." Quocirca etiam in vita aeterna martyres praeclaris praemiis afficientur (ib. 15 sq. p. 283 sq.). Nemo igitur in vitae discrimine fidem Christo domino datam fallet. „Is quidem, qui aliquem confitetur (ib. 10. p. 280), eo maxime tempore, quo de fide inquiritur adhibenturque tormenta, commiscetur et unitur ei quem confitetur; qui vero negat, ipsa negatione sua, quasi acuto quodam gladio, ab illo quem negat dividitur et separatur." „Ingens (ib. 18. p. 283) convocatur corona ad spectandum certamen vestrum, cum ad martyrium vocamini. Mundus universus et omnes angeli dextri sinistrique et omnes homines, et qui a Dei partibus et qui a reliquis stant, vestrum audient pro christiana religione certamen, et vel in coelis angeli super vobis gaudebunt, . . vel, quod absit, infernae quae malis delectantur potestates laetabuntur." „Nec eo tantum (ib. 36. p. 297) certandum est ne negemus, sed ne omnino erubescamus, cum Dei hostes turpia pati nos existimant." Nihil nos prohibeat, quominus fidem Christo servemus. „Animam vestram", inquit ib. 37. p. 299, „sic odio habete, ut eam per odium in vitam aeternam custodiatis; qui enim odit animam suam, dicit, in vitam aeternam custodit eam. Animam ergo propter vitam aeternam odio habete, bonum et utile odium persuasum habentes quod Jesus docet. Sicut autem, ut in vitam aeternam custodiatur, anima odio nobis habenda est, sic uxorem et liberos et fratres et sorores odio habeto tu qui haec habes, ut iis quos oderis utilis sis, eo ipso quod odio eo habueris, accepta bene eis faciendi potestate, Dei scilicet amicus factus." Neque enim solum martyrii factum sufficit; magni quoque refert, qua quis ratione mortem pro fide subeat. „Non apertum modo martyrium" (ib. 21. p. 287) — gloriae causa —, „sed et occultum perfecte suscipere contendamus." Neque accedendum est ad martyrium invitis, nec reluctantibus (ib. 3. p. 275), sed alacribus (ib. 39. p. 299). „Cum gaudio suscipienda est rapina bonorum" (ib. 44. p. 303). „Utinam (ib. 4. p. 276) nequaquam turbetur anima, sed ante ipsa tribunalia, ante nudos

enses jugulo admotos custodiatur a pace Dei quae exsuperat omnem sensum, et tranquilla sit, reputans eos, qui peregrinantur a corpore, praesentes esse ad universorum dominum (2 Cor. V, 8). Sed si tales non sumus, ut possimus semper animae tranquillitatem servare, saltem non effundatur, nec extraneis appareat ejus commotio, ut defensionis locus nobis apud Deum supersit dicentibus: Deus mi, ad meipsum anima mea turbata est." („Docti autem sumus neque in pace soluto esse animo, mollitiaeve nos tradere; neque mundo bellum nobis indicente despondere animum, et a Deo in Jesu Christo diligendo deficere" — c. Cels. III, 15. p. 456.)

Jusjurandum Origenes improbat; laudat enim exh. ad mart. 7. p. 278 *) Christi verba Matth. V, 34 sqq. et adjicit: *Τίς γ' ἄλλος οὕτως ἀργὸς λόγος, ὡς ὁ ἐν ἀρνήσει ὅρκος;* In eandem sententiam Comm. ser. in Matth. §. 17. vol. III, 842 ad Matth. XXIII, 16 sqq.: "Haec„, ait, "loquitur ad Judaeos, prohibens homines Pharisaeorum attendere traditionibus. Alioquin manifeste superius vetuit omnino jurare.„ De exemplo autem jurandi, quod ipse Jesus nobis reliquisse videtur (Matth. XXVI, 63. 64) ib. §. 110. p. 910 haec habet: "In lege quidem adjurandi usum invenimus. . In hoc loco praesenti Jesum sacerdos adjurat per Deum vivum. Existimo autem, quoniam non oportet ut vir, qui vult secundum evangelium vivere, adjuret alterum. . Propterea manifestum est quoniam princeps sacerdotum illicite Jesum adjuravit, quamvis videatur per Deum vivum adjurasse. . Non decebat dominum nostrum adjurationem principis sacerdotum respondere, quasi vim passum ab adjurante contra propriam voluntatem. Propter quod nec negavit se Christum filium Dei esse, nec manifeste confessus est; sed quasi ipsum testem accipiens adjurantem, quoniam ipse est qui in interrogatione sacerdotis pronunciatus est Christus filius Dei, dicens: Tu dixisti.„ Rejicit jusjurandum noster etiam homil. V, 12 in Jerem. vol. III, 156. 157, et maxime id quod non fiat in judicio; tamen h. l. Chri-

*) Ib., cf. c. Cels. VIII, 65. p. 790, jurare per fortunam vel genium hominis (imperatoris; vide Tertulliani Apolog. c. 28. 32.; Euseb. h. e. IV, 15 et annotationem Ruaei ad Orig. l. l. p. 278. n. d) abominationem esse censet.

ſtianis minus perfectis quemdam juramenti uſum videtur ſtatuere, usque dum perfectiores evaſerint. *Τάχα*, ait, *πρῶτον δεῖ ὀμόσαι ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἐν κρίσει καὶ ἐν δικαιοσύνῃ, ἵνα μετὰ τοῦτο προκόψας τις ἄξιος γένηται τοῦ μὴ ὀμνύειν ὅλως.* — Jusjurandum eſſe ſervandum, hoc ſcilicet Origenes haudquaquam negavit; verum de Johanne Baptiſta T. X, 22 in Matth. vol. III, 472: „Capite", ait, „truncatur propheta propter juramentum, in ea re in qua pejerandum potius erat, quam juramento ſtandum. Temere quippe juraſſe non adeo culpandum erat, quam propter juramenti temeritatem prophetam letho dediſſe", et ſimiliter hom. III, 4 in Levit. vol. II, 196: "Abſurdum videtur„, inquit, "ut ſi per iracundiam dixero me hominem occiſurum, et non fecero, ne pejerare aut fallere videar, cogar ad explendum opus, quod temere et illicite promiſi.„ Per ſe apparet, hanc doctrinam Origeni vitio verti non poſſe; ſed de mendacio ſtatuit aliquid, propter quod in multorum vituperium incidit (vid. Huetii Origenian. L. II. c. 2. qu. 14. §. 6. p. 184). Laudato enim (in fragment. lib. VI. Stromatum vol. I, 39 ex Hieronymo) loco quodam Platonis: "Et nos„, ait, "illius praecepti memores: Loquimini veritatem unusquisque cum proximo ſuo, non debemus dicere: quis eſt proximus meus? ſed conſiderare, quomodo philoſophus caute dixerit, Deo indecens et inutile eſſe mendacium, hominibus interdum utile, et quod ne pro diſpenſatione quidem putandus ſit Deus aliquando mentiri. Sin autem commodum audientis exegerit, verbis loquitur ambiguis et per aenigmata, quae vult profert, ut et veritatis apud eum dignitas conſervetur; et quod noxium eſſe poterat, ſi nudum proferretur in vulgus, quodam tectum velamine proferatur. Homo autem, cui incumbit neceſſitas mentiendi, diligenter attendat, ut ſic utatur interdum mendacio, quomodo condimento atque medicamine; ut ſervet menſuram ejus, ne excedat terminos, quibus uſa eſt Judith contra Holophernem, et vicit eum prudenti ſimulatione verborum. Imitetur Eſther, quae Artaxerxis ſententiam diu tacita gentis veritate correxit, et imprimis patriarcham Jacob, quem legimus benedictiones patris artiſici impetraſſe mendacio. Ex quo perſpicuum eſt, quod, niſi ita mentiti fuerimus, ut

magnum nobis ex hoc aliquod quaeratur bonum, judicandi simus quasi inimici ejus qui ait: Ego sum veritas.„ Aperte haec Origenes non dixit de mendacio quod sensu strictiori dicimus, sed de falsiloquio, de quo Hieronymo, Chrysostomo, Cassiano idem fere visum est quod Origeni (vid. Huet. l. l.). Spectat etiam ad hanc quaestionem, quod, ut supra vidimus, Origenes, si Christus verum corpus non habuisset, id Christi fidei repugnasse negat.

Qua ratione erga potestatem civilem (scilicet tum temporis gentiles imperabant) Christianus sese gerat, ad hanc quaestionem ita fere noster respondet: „Non seditionis vox est apud eos, qui.. pluribus dominis servire nolunt, et quibus propterea satis est dominus Jesus Christus, qui per se docet eos qui ipsi serviunt, ut eruditos Deo et patri tradat, factos regnum Deo dignum. Sed et se segregant et separant ab eis, qui a civitate Dei alieni sunt et a foederibus ejus exclusi, ut scilicet quasi coelorum cives vivant" (c. Cels. VIII, 5. p. 747). „Cum duae generatim sint leges (ib. V, 37. p. 605), naturae altera cujus Deus auctor, altera urbibus scripto data; ubi scripta divinae non adversatur, illam decet a civibus observari et legibus exteris anteponi; sed ubi scriptae legi lex naturae h. e. Dei contraria praecipit, vide an non ratio velit, ut scriptis legibus valere jussis, spretaque legislatorum voluntate, soli Deo legislatori pareatur, et ex ejus praescripto vita componatur, etiamsi id facientem pericula, labores innumeri, mors, ignominia manerent." „Nos Christiani (ib. §. 40. p. 609), qui legem agnoscimus natura omnium regem et quae eadem est ac divina lex, ad illam exigere mores conamur, atque adeo leges impias rejicimus." „Scimus enim (ib. 32. p. 601) fas esse leges regionum ab initio constitutas violare, iisque leges anteferre praestantiores ac diviniores, quas Jesus ut potentior sancivit (Gal. I, 4; 1 Cor. II, 6)..; contra vero impium esse non se illi subjicere, qui sanctior fortiorque principibus omnibus aperte visus est." „Neque enim absurdum est (ib. I, 1. p. 320) foedera contra leges inire veritatis defendendae causa." (Quae h. l. jam sequuntur: „Sicut enim si qui clam foedera inter se inirent, ut tyrannum urbem invadentem e medio tollerent, illi recte facerent" (scilicet ex suorum ho-

minum sententia Origenes id dicit; ipse enim c. Cels. III, 7. p. 451 dicit, „indecorum Christum putasse divinis suis legibus permitti caedem hominis, qualiscunque tandem illa esset"); ita Christiani . . contra diabolum ipsum foedera ineunt", huc non pertinent.) „Hominum regumque favor (c. Cels. VIII, 65. p. 790) nobis contemnendus est, non solum si caedibus, spurcitiis saevisque facinoribus, sed etiam si impietate in universorum Deum vel servili obsequio et vili adulatione comparatur. Nihil enim indignius viris generosis et magnanimis, quique fortitudinem, ut virtutem maximam, ceteris suis virtutibus adjungere student. Verum ubi nihil a nobis exigitur legi et verbo Dei contrarium, non ea nostra insania, ut contra nos ipsos regis vel dynastae iram concitemus, contumeliam, supplicia ac mortem nobis ferentem." — Jam ex eis, quae adhuc tradidimus, colligere possumus, quid de **bellis gerendis** noster statuerit. „Fortasse (c. Cels. IV, 82. p. 564) imago bellorum, quae gerunt apes, nobis documento est, quomodo juste et ordinate gerenda bella sint, si quando inter homines geri opus est." Christianus vero bellum omnino non geret. „Sciscitantibus (c. Cels. V, 33. p. 602) unde veniamus et quisnam sit dux noster, respondemus nos Jesu imperiis arcessitos venire conflatum in vomeres gladios, quibus animi nostri antea ad bella inferenda ingerendasque contumelias utebantur; et convertimus in falces lanceas quibus olim irati feriebamus. Neque enim jam contra gentem ullam arma capimus, nec bellum gerere discimus, facti pacis filii per Jesum, quem sequimur ducem, relictis illis, quibus adhaeserunt patres nostri, et sub quibus hospites testamentorum eramus." „Celsus quidem nos hortatur (ib. VIII, 73. 74. p. 796 sqq.), ut regi totis viribus opem feramus, in justorum ejus laborum partem veniamus, arma pro illo capiamus, et, si ita postulat, sub illo militemus et cum illo ducamus exercitum. Ad haec dicendum, regi nos in loco suppetias ferre, sed divinas, indutos armatura Dei, idque facimus apostolicae voci (1 Tim. II, 1. 2) obtemperantes, et quo quis magis pietate praestat, eo validius auxilium regibus fert plusque facit quam euntes in aciem milites, qui hostes, quotquot possunt, interficiunt. Praeterea eis, qui a nostra fide alieni postu-

lant, ut arma publicae utilitatis caufa fumamus, et homines trucidemus, haec poffumus refpondere: Quos apud vos habetis fimulacrorum quorumdam facerdotes et veftrorum deorum aedituos, fuas illi manus incruentas fervant, ut ne fanguinolentis et caede pollutis manibus diis veftris victimas offerant, unde nec inftante bello illos dare militiae nomen jubetis. Id fi jure fit, qaanto magis, aliis bellum gerentibus, et ifti [non] militant, ut Dei facerdotes et miniftri (θεραπευταί), intaminatas quidem fervantes manus, decertantes vero fufis ad Deum precibus pro iis qui jufte belligerantur, et pro eo qui jufte regnat, ut quidquid contrarium et inimicum eft jufte facientibus profligetur. Sic etiam cum daemones, qui bella fufcitant et ad foedera violenta impellunt pacemque perturbant, precibus profligamus, magis auxilio fumus regnantibus, quam qui geftare arma videntur. In laborum quoque focietatem reipublicae caufa venimus, dum justis precibus adjungimus exercitia et meditationes, quae docent afpernari voluptates. Sed et plus quam ceteri pro imperatore pugnamus. Non quidem fub illo militamus, etiamfi nos ad id cogeret; fed pro illo militamus, cum feorfim pietatis caftra fufis ad Deum precibus collocamus. Quodfi velit Celfus duci etiam a nobis exercitum ad tutandam patriam, fciat id ipfum quoque a nobis fieri, fed non ut ab hominibus videamur et inde gloriam captemus. Nam in abscondito noftro et intima mente quafi facerdotes fundimus ad Deum preces pro civium noftrorum falute. Quin patriae magis profunt Chriftiani quam reliqui homines. Suos enim cives erudiunt, pietatem in univerforum Deum docent, et in divinam quandam ac coeleftem civitatem evehunt eos, qui in minimis iftis civitatibus recte vivunt."

Omnino non in adminiftranda civitate (ethnica), fed ecclefia Chriftianorum operam ponendam effe Origenes cenfuit. „Nos", ait c. Celf. VIII, 75. p. 798, „etiam ad magiftratus pro patria gerendos hortatur Celfus, fi ad tuendas leges pietatemque id fiat neceffe fit. Sed nos qui fcimus in fingulis civitatibus aliam effe patriam a Verbo Dei conftitutam, eos ut ecclefias regant hortamur, qui potentes fermone et quorum mores fani funt. Qui dignitates amant, eos

repudiamus; cogimus vero illos, qui prae multa modeſtia communem eccleſiae curam in ſe facile recipere nolunt. Itaque qui nobis ſapienter praeſunt, id illi coacti faciunt, coacti a magno illo rege, quem Dei filium Deumque Verbum eſſe perſuaſum nobis eſt. Quodſi qui in eccleſia praeſunt, illi quae ſecundum Deum eſt patriae recte praeſunt, propterea illi nullo modo ab humanis contaminantur legibus. Neque etiam ea cauſa Chriſtiani magiſtratus recuſant, quod publica vitae munia refugiant, ſed quod ſe diviniori et magis neceſſario eccleſiae miniſterio ad hominum ſalutem ſe ſervent. Neceſſarium ſimul et juſtum hoc miniſterium eſt. Omnium curam gerunt; eorum quidem qui ſunt intus, ut in dies melius vivant, eorum vero qui ſunt extra, ut loquantur et faciant quae pietate digna ſunt, ſicque Deum vero cultu proſequentes et quam plurimos poſſint erudientes, toti Verbo Dei divinaque lege imbuti ſint, et ſummo Deo conſocientur per ejus filium." Debet enim doctor eccleſiae chriſtianae cum ſcripturam ſ. explanare et intelligentiam ſacratiorem aperire, tum peccantem arguere, negligentem corripere ſeveritatemque diſciplinae tenere; utrique huic officio eſt ſatisfaciendum (hom. XIII, 4 in Exod. vol. II, 177). (Vehementer vero ſunt increpandi "multi illi (Comm. in Rom. vol. IV, 650), qui accepto miniſterio vel accepta doctrina plus ſapiunt, quam oportet ſapere, et elati in arrogantiam vel in delicias reſoluti praecipites corruunt.") Officia autem illa doctoribus ſunt remuneranda. "Decet et utile eſt (hom. XI, 2 in Num. vol. II, 305) ſacerdotibus et evangelii offerri primitias. Ita enim et dominus diſpoſuit, ut, qui evangelium annunciant, de evangelio vivant. . Contrarium et indecens et indignum exiſtimo et impium."

Externum eccleſiaſticae vitae ſplendorem et c a e r i m o n i a s pius Chriſtianus haud magni facit. „Ait Celſus (c. Celſ. VIII, 17. p. 754 ſq.), nos ab altaribus, ſtatuis, templis erigendis abhorrere, quia haec, ut putat, occultae et arcanae ſocietatis teſſera eſt, de qua inter nos convenit. Scilicet non vidit apud nos animum cujusque juſti ipſi eſſe altare, ex quo vere et ſpiritaliter boni odoris ſuffitus emittuntur, preces dico a pura conſcientia oblatas (Apocal. V, 8; Pſ. CXLI, 2). Sta-

tuae vero et dona Deo convenientia non ea sunt, quae mechanici fabricant, sed quae a Dei Verbo formata et expolita sunt intra nos, virtutes videlicet, quibus imitamur primogenitum omnis creaturae, in quo justitiae, temperantiae, fortitudinis, sapientiae, pietatis et reliquarum virtutum exempla sunt."

Divitiae sunt res media, nec bona, nec mala (Sel. in Psalm. vol. II, 565 sqq.). (Loco Matth. XIX, 24 c. Cels. VI, 16. p. 642 Origenes intelligere videtur non tam eos, qui terrestres opes possident, quam internis divitiis superbos; utrumque divitem, et tropice et proprie dictum, intelligit etiam T. XV, 20 in Matth. vol. III, 680, ibique loci istius sententiam verbis versus 26. mitigat; vid. comm. huj. cap. II. p. 71.) Adhibendae sunt ad communem omnium utilitatem (ex Matth. X, 21 — T. XV, 14 sq. in Matth. vol. III, 672 sqq.).

Corporis potentia est frangenda (cf. de fontibus hujus doctrinae Platonicis aliisque Keilium l. l. p. 784 sq.), ita ut homo vere sit spiritalis. "Anima (de princ. III, 4, 3. p. 147) priusquam se convertat ad spiritum et unum efficiatur cum eo, dum adhaeret corpori, et de carnalibus cogitat, neque in bono statu videtur esse, neque manifeste in malo, sed esse animali ut ita dixerim similis.„ ("Si vero carni adhaereat„, paulo ante dixerat, "ex his ipsis interdum malis, quae ex carnis vitiis patitur, satiata aliquando et repleta, velut gravissimis oneribus luxuriae ac libidinis fatigata, facilius et velocius converti a materialibus sordibus ad coelestium desiderium et spiritualem gratiam potest.„) "In passionibus corporis, id est libidine, lascivia vel superbia ac levitate infelix anima velut equitans vectatur et fertur ad praecipitia„ (hom. XV, 3 in Jos. vol. II, 432). „Nos vero (c. Cels. V, 49. p. 616) si quando abstinemus, id a nobis fit, ut castigetur corpus et in servitutem redigatur." Et „quisquis vere Christianus est, huic erectus est oculus animae, corporis vero clausus" (c. Cels. VII, 39. p. 722). „Abstinet ab hujus vitae voluptatibus . ., corpus suum castigat (ὑπωπιάζων) et in servitutem redigit" (ib. VIII, 22. p. 759). Cf. homil. IX, 6 in Num. vol. II, 299 et hom. I, 5 in Levit. vol. II, 187. „In improbis (T. XIV, 3 in Matth. vol. III, 618) imperat peccatum animo, quasi in suo throno, sic in mortali hocce

corpore conſtitutum, ut ejus cupiditatibus anima obtemperet; at in iis, qui tanquam de throno corporis peccatum, quod regnum prius exercuerat, detruſerunt, et adverſus illud decertant, caro concupiſcit adverſus carnem *); in iis vero, qui perfectionem jam conſequuti ſunt, ſpiritus victor evaſit, et corporis actus morti dedit, et vitae ſuae corpus facit particeps."

Cibi, deſtinati quidem uſui terreſtri, nulli per ſe non ſunt liciti, dummodo augeant ſanitatem, neque continentiam animique libertatem impediant (in Rom. L. IX, 42. vol. IV, 665; ib. X, 3. p. 668 ſq.). Neque vini uſus Chriſtiano interdicendus eſt (c. Celſ. VIII, 32. p. 765). Idolothyta autem et (cum ſanguis ſit alimentum daemonum) ſuffocata Chriſtiani non edunt (ib. §. 30. p. 763); „abstinendum omnino a ciborum uſu, ad quem nos vel gulae vel voluptatis ſtudium compellat, ſine propoſito ſanitati corporis conſulendi" (ib. p. 764). De jejunio homil. X, 2 in Levit. vol. II, 246 Origenes haec habet: "Nonne apoſtolus (Col. III, 1. 2) aperte tibi dicit, noli quaerere in terris Jeruſalem, nec obſervantias legis, nec jejunium Chriſti? Jejunans enim debes adire pontificem tuum Chriſtum, qui utique non in terris requirendus eſt, ſed in coelis, et per ipſum debes offerre hoſtiam Deo. Vis tibi adhuc oſtendam quale te oportet jejunare jejunium? Jejuna ab omni peccato, nullum cibum ſumas malitiae, nullas capias epulas voluptatis, nullo vino luxuriae concaleſcas. Jejuna a malis actibus, abstine a malis ſermonibus, contine te a cogitationibus peſſimis. Noli contingere panes furtivos perverſae doctrinae. Non concupiſcas fallaces philoſophiae cibos, qui te a veritate ſeducant. Tale jejunium Deo placet. Abstinere vero a cibis, quos Deus creavit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, et hoc facere cum his qui Chriſtum crucifixerunt, acceptum eſſe non poteſt Deo. Indignati ſunt aliquando et Phariſaei domino, cur non jejunarent diſcipuli ejus. Quibus ille reſpondit, quia non poſſunt filii ſponſi jejunare, quamdiu cum ipſis eſt ſponſus. Illi ergo jejunent qui

*) De tentationibus, ut id h. l. adjiciamus, de orat. c. 29. p. 259. 260 ait: „Orandum eſt non ne tentemur, fieri enim id non poteſt, ſed ne a tentatione circumveniamur."

perdiderunt ſponſum, nos habentes nobiscum ſponſum jejunare non poſſumus. Nec hoc tamen ideo dicimus, ut abstinentiae chriſtianae frena laxemus. Habemus enim quadrageſimae dies jejuniis conſecratos. Habemus quartam et ſextam ſeptimanae dies, quibus ſolemniter jejunamus. Eſt certe libertas Chriſtiano per omne tempus jejunandi, non obſervantiae ſuperſtitione, ſed virtute continentiae. Nam quomodo apud eos caſtitas incorrupta ſervatur, niſi arctioribus continentiae fulta ſubſidiis? Quomodo ſcripturis operam dabunt? Quomodo ſcientiae et ſapientiae ſtudebunt? Nonne per continentiam ventris et gutturis? Quomodo quis ſeipſum caſtrat propter regnum coelorum, niſi ciborum affluentiam reſecet, niſi abstinentia utatur miniſtra? Haec ergo Chriſtianis jejunandi ratio eſt. Sed eſt et alia adhuc religioſa, cujus laus quorundam apoſtolorum literis praedicatur. Invenimus enim in quodam libello ab apoſtolis dictum: Beatus eſt qui etiam jejunat pro eo ut alat pauperem. Hujus jejunium valde acceptum eſt apud Deum, et revera digne ſatis. Imitatur enim illum, qui animam ſuam poſuit pro fratribus ſuis.„

Quaerimus poſtremo, quid de caſtitate et matrimonio noſter ſtatuerit. Chriſtiani, c. Celſ. I, 26. p. 345 ait, nonnulli *διὰ τὸν ἔρωτα τῆς ὑπερβαλλούσης καθαρότητος καὶ διὰ τὸ καθαρώτερον θρησκεύειν τὸ θεῖον, μηδὲ τῶν συγκεχωρημένων ὑπὸ τοῦ νόμου ἅπτεσθαι ἀφροδισίων.* „Tantum (ib. VII, 48. p. 729) nonnulli ab obſcoenitate et impudicitia et omni venerearum voluptatum dedecore abſunt, ut more perſectorum ſacerdotum, qui ab omni coitu abstinent, multi eorum ſe omni ex parte puros praeſtent, nedum cum feminis rem habeant. Atque apud Athenienſes quidem unus hierophanta eſt, qui cum viriles ſuas concupiſcentias continere ac pro arbitrio domare poſſe non credatur, virilia membra cicuta oblinit, et ſic ſatis purus exiſtimatur, ut religioſum obeat cultum Athenienſium. Sed apud Chriſtianos viri ſunt, qui cicuta non opus habent ut pure Deo deſerviant. Verbum Dei illis loco cicutae eſt, ut, omni concupiſcentia ex animo ejecta, divinitatem precibus proſequantur. Et apud illos alios, qui dii habentur, virgines ſunt paucae, quae cuſtoditae ab hominibus aut non cuſtoditae videntur colendi nu-

minis caufa integram vitae fervare puritatem; fed apud Chriftianos non propter humanos honores, non propter mercedes pecuniarias, non propter gloriolam colunt perfectam virginitatem, et ficut probaverunt Deum habere in notitia (Rom. I, 28), confervantur a Deo in fenfu probato, ita ut quod decet faciant, repletae omni juftitia et bonitate." Neque tamen matrimonium Origenes improbavit. Inveniuntur quidem apud ipfum haec dicta: *Πάντα τὰ ἐν γενέσει χρήζει τοῦ καθαρσίου* (hom. XI, 5 in Jerem. vol. III, 191)· *ἐν μολυσμῷ πῶς ὄντων καὶ ἀκαθαρσίᾳ τινὶ τῶν χρωμένων ἀφροδισίοις* (T. XVII, 35 in Matth. vol. III, 827)· "nec tempore illo, quo conjugales actus geruntur, praefentia fancti fpiritus dabitur, etiamfi propheta effe videatur, qui officio generationis obfequitur„ (hom. VI, 3 in Num. vol. II, 288) — (hinc de orat. c. 31. p. 268 fuadet, ut locus, ubi conjugalibus actibus datur opera, orationi ne deputetur); tamen: "Connubia„, ait (hom. in Num. l. l.), "legitima carent peccato„, "dummodo aliquis in hujuscemodi negotiis legitimis, et quantum pofteritati fufficit, utatur officiis„ (lib. II. in Rom., vid. Huet. Orig. l. II. c. 2. qu. 14. §. 3. p. 182). Etiam apoftolicis verbis matrimonium *κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγὴν* conceditur (de orat. c. 31. p. 268). Cf. hom. III, 6 in Genef. vol. II, 69. Multo vero difficilius concedit, vel potius diffuadet Origenes nuptias fecundas. „Ei (homil. XIX, 4 in Jerem. vol. III, 267), quae unicas nuptias contraxit, arbitror conducibilius effe decipi et putare digamam damnandam et poenis aeternis effe afficiendam, ut ipfa a fecundis nuptiis abstineat et puritati ftudeat, quam rei veritatem agnofcere et digamam fieri. Cum unusquisque videat quid fequatur, dici poteft, praeclarius quidem cum illa actum futurum fuiffe, fi non decepta caftitatem fervaffet, fecundis nuptiis non fe implicuiffet, et noviffet alicujus falutis eam etiam quae bis nubit, non tamen tantae beatitudinis, quantae illam, quae cum poffet bis nubere puritati ftudeat, participem effe; fi vero id non poffit, fatius effe ut decepta digamos perire putet, et decepta puritati ftudeat, quam ut veritate cognita in inferiorem defcendat digamorum locum." Cf. T. XIV, 22 in Matth. vol. III, 645. "Nunc vero„, inquit hom. XVII. in Luc. vol. III, 953, "et fecun-

dae et tertiae et quartae nuptiae, ut de pluribus taceam, reperiuntur, et non ignoramus, quod tale conjugium ejiciet nos de regno Dei. Sicut enim ab ecclesiasticis dignitatibus non solum fornicatio, sed et nuptiae repellunt, neque enim episcopus, nec presbyter, nec diaconus possunt esse digami; sic forsitan et de coetu primitivorum immaculatorumque ecclesiae, quae non habet maculam, neque rugam, ejicietur digamus, non quo in aeternum mittatur incendium, sed quo partem non habeat in regno Dei. . Puto enim monogamum et virginem, et eum qui in castimonia perseverat, esse de ecclesia Dei, eum vero, qui sit digamus, licet bonam habeat conversationem, et ceteris virtutibus polleat, tamen non esse de ecclesia et de eo numero, qui non habent rugam aut maculam aut aliquid istiusmodi, sed esse de secundo gradu, et de his qui invocant nomen domini, et qui salvantur quidem in nomine Jesu Christi, nequaquam tamen coronantur ab eo.„ De adulterio haec habet: "Quod secundum legem (hom. XI, 2 in Levit. vol. II, 248) adulter vel adultera praesenti morte puniebatur, propter hoc ipsum quod peccati sui pertulit poenam, et commissi sceleris exsolvit digna supplicia. Quid erit post haec, quod animabus eorum ultionis immineat, si nihil aliud deliquerunt? . . Non vindicabit dominus bis in id ipsum; receperunt enim peccatum suum, et consumpta est criminis poena. Et ideo invenitur hoc genus praecepti non crudele, sicut haeretici asserunt accusantes legem Dei, et negantes in ea humanitatis aliquid contineri, sed plenum misericordia, iccirco quod per hoc purgaretur ex peccatis populus magis, quam condemnaretur. Nunc vero non infertur poena corpori, nec purgatio peccati per corporale supplicium constat, sed per poenitentiam; quam utrum quis digne gerat, ita ut mereri pro ea veniam possit, videto.„ Divortii autem an praeter adulterium nulla alia esse debeat causa, dubitat T. XIV, 24 in Matth. vol. III, 648. „Quaeri potest", ait, „an uxorem repudiare non liceat verbi gratia propter veneficium, vel quod infantem ab utroque genitum, viro peregre profecto, interfecerit, vel ob aliam quamlibet caedem; . . tanta enim pati et tolerare flagitia, quae adulterio et scortatione pejora censeri queant, plane a ratione videbitur alienum;

rurſum contra ſervatoris praecepta agere, nemo eſt quin impium eſſe confiteatur. Ac proinde in animo meo id disputo, cur non dixerit (Matth. V, 32): Nemo uxorem, excepta fornicationis cauſa, repudiet, ſed: qui dimiſerit uxorem, excepta fornicationis cauſa, facit eam moechari" et qu. ſq. „Sed is", pergit p. 649, „fortaſſe majori reprehenſione dignus eſt, qui, quantum penes ſe eſt, efficit ut moechetur libidinem ejus non explens, quam qui ſine cauſa ſtupri, ſed propter veneficium vel caedem vel gravius aliquod facinus eam repudiavit."

Finimus tractationem de Origenis ethica verbis ejus, quae ſine homil. I. in Levit. vol. II, 187 fecit, virtutes chriſtianas comprehendens: "Qui haec legimus vel audimus, in utramque partem operam demus, caſti eſſe corpore, recti mente, mundi corde, moribus emendati, proficere in operibus, vigilare in ſcientia, fide et actibus, geſtis et intellectibus eſſe perfecti, ut ad ſimilitudinem hoſtiae Chriſti conformari mereamur, per ipſum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem Deo patri omnipotenti cum ſpiritu ſancto eſt gloria et imperium in ſecula ſeculorum. Amen.„

DIONYSIUS.

Οὐδέν, ait Dionyſius, uti legimus in catena inedita apud Routhium rel. ſacr. II, 409, *οὐδὲν ὁ θεὸς ἐξ ἀνάγκης, οὐδὲ ἐκ λύπης βούλεται*(ſc. a nobis fieri — 2 Cor. IX, 7 —). Ibidem inſectatur, votis eſſe ſtandum; *ἐπειδήπερ*, ait, *οὐκ ἔστι σὰ, ἅπερ διὰ τῆς ἐν ταῖς εὐχαῖς ἐπαγγελίας ἀνέθηκας.* Eccleſiae doctoribus ſuo exemplo praecepta dat de promiſſ. apud Euſeb. h, e. VII, 34. p. 524. *Φίλη*, inquit, *καὶ προτιμωτάτη πάντων ἡ ἀλήθεια· ἐπαινεῖν τε χρὴ καὶ συναινεῖν ἀφθόνως, εἴ τι ὀρθῶς λέγοιτο* (ab aliis de rebus ſacris)· *ἐξετάζειν δὲ καὶ διευθύνειν, εἴ τι μὴ φαίνοιτο ὑγιῶς ἀναγεγραμμένον.* Jejunia haud minimi eſſe ducenda oſtendit in epiſtola canonica ad Baſilidem apud Routh. l. l. II, 385 ſqq.

PETRUS MARTYR.

„Iis", Petrus ait de poenit. can. 8. apud Routh. l. l. III, 329, „qui proditi ſunt et exciderunt, qui et ipſi ad certamen

accesserunt, se esse Christianos confitentes, et in custodiam cum tormentis conjecti sunt, aequum est in exultatione cordis vires simul addere, et eis in omnibus communicare, et in orationibus, et in participatione corporis et sanguinis, et sermonis exhortatione, ut qui constantius decertaverunt, ipsi quoque supernae vocationis brabio dignentur." Argumentum autem istius libelli primarium est poenitentia, cujus necessitatem et varia genera noster ostendit; quia vero consilium ejus non est ethicum, sed ad disciplinam ecclesiasticam spectat, argumentum ejus inducere longius videtur. Memoratu dignissima dedit Staeudlinus S. V. Gesch. d. Sittenlehre Jesu II, 394 sqq. — Etiam jejunia Petrus commendat. De jejuniis paschalibus fragm. lib. de paschate ap. Routh. III, 343 haec verba facit: „Non reprehendet nos quisquam quartam et sextam feriam observantes, in quibus nos jejunare secundum traditionem cum ratione praeceptum est; quartam quidem propter initum ab Judaeis consilium de proditione domini, sextam autem, quod ipse pro nobis passus sit. Diem vero dominicum laetitiae diem agimus, quod in eo resurrexit, in quo nec genua quidem flectere accepimus."

(MACARIUS POLITICUS.

Regula Macarii monastica quid contineat, in universum per se constat, et singula fusius exponendi hic locus non videtur.)

DIDYMUS.

"Quod majus„, ait Didymus Enarr. in Jacob. I. p. 820. C., "studium est, quam ut aliquis perfectus sit et omnes virtutes habeat?„ "Corona autem„, in hunc modum ib. dicit, "praeparatur a Deo diligentibus eum.„ Jam vero in eo, qui se ipsius Dei incarnationi humanaeque morti salutem debere credit ideoque ex intimo animo ipsum diligit, et quidem per evangelium et per Christum spiritumque sanctum veri nominis sanctitas Didymo judice efficitur (cf. locum Didymeum de opere Christi et operatione spiritus sancti). "Sanctificatur nomen Dei (En. in 1 Petri III. p. 325. D.), quando induti eo, ea quae sunt sanctitatis implemus.„ "Cumque Deus (in

1. Petr. I. p. 322. F.), qui per evangelium evocavit ad falutem, fit fanctus, neceffe eft obedientibus vocationi omni converfatione atque prudentia fieri fanctos ejus, praecipue dum is qui vocat ad haec invitet et tribuat fanctitatem. Ait enim, quomodo ego fons fanctitatis fum, per fubftantiam fanctus exiftens, vos ftudete participari fanctitate quos diligo, ut fitis ficut et ego.„ "Ita (En. in 1 Joh. III. p. 330. B.) confiftens in Chrifto, quae [qui] juftitia eft et fanctificatio, non delinquit. Quomodo enim, qui cum juftitia eft, injuftitiam agere poteft, aut cum fanctimonia pollutionem habebit? Quod cum ita fit, omnis qui peccat factus extraneus Chrifti, non habet participium, nec fcientiam ejus.„ Simulac quis religione chriftiana vere imbutus eft, *αὐτῇ τῇ ῥοπῇ τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα ἀπὸ τῶν καθαρῶν ἀναχωρεῖ· παρὰ χρῆμα τὰ κοσμικὰ πράγματα οἴχεται, καὶ τὰ σωματικὰ παντοῖα πάθη ἐκποδῶν καθίσταται· τὰ πταίσματα πάντα ἀφίεται, ὀνόματα ἡμῶν ἀνεξαλείπτοις ἐγγράφεται βίβλοις· τὰ οὐράνια ἡμῖν ἐπιτρέπεται ἀγαθά* (de trin. II, 14. p. 274). Nonnulla vero, quae ante Chriftum peccata erant, quippe fpiritu divino non fanctificata, nunc, liberata forde, non amplius funt (uti infra nuptiarum exemplo demonftrari poterit).

Jam fingula nonnulla tangemus. — Finis erga Deum agendi rationis eft caritas; neque vero caritas effe poteft fine reverentia. Ita in fragmento exfcripto ex cod. Veneto a Mingarellio (vid. Comm. ej. de Did. p. XXXIX.) Prov. III, 7 interpretatur nofter hisce verbis: *Φόβου τις κυρίου καταφρονῶν πρὸ τῆς τελείας ἀγάπης τῆς ἔξω βαλλούσης τὸν φόβον, οὐ κτήσεται ταύτην, οὐδὲ φθάσει τὴν τελειότητα μὴ παιδαγωγηθεὶς τῷ φόβῳ κωλύοντι τοῦ κακοῦ τὴν ἐνέργειαν, μεθ᾽ ὃν ἡ ἀγάπη προσάγει τῷ κρείττονί τε καὶ ἀγαθῷ.* Sed timor ille non eft timor fervilis. "Omnium (En. in 1 Petri II. p. 324. H.), qui laudabiliter agunt, Deus timor et fundamentum eft. Et Deum timete; verumtamen hoc principali ordine confervandum eft. Servi obedite cum omni timore dominis veftris etc. Non paffibilem timorem fervos habere praecipit apud dominos (hic enim irrationabilis et ad irrationabilia conftitutus eft), fed eum qui cum difciplina et recta ratione confiftit, cujus proprium eft reverentia. Qui enim propter Chriftum et doctrinam ejus Deum timet,

cum reverentia ei ſubjectus eſt, cum ille, qui per verbera aliaque tormenta timet Deum, paſſibilem timorem habere videt„ [videtur]. — Chriſtianus lubentiſſime ad Deum precatur; neque precatur ſolum, ſed et accipit quod orat. "Quaerere libet (En. in Jac. IV. p. 321. B.), quomodo aliqui orantes non audiantur, ut accipiant quae habere poſtulaverunt per ſuam petitionem. Ad haec dicendum eſt, quoniam qui via congrua ad poſtulandum venit, nihil relinquens eorum quae pertinent ad impetranda quae cupit omnia, percipit quod ſibi dari rogavit. Si quis autem extra intentionem traditae petitionis poſcere videatur, iſte neque petere modo debito creditur, et ideo non percipit quod petit.„ — Chriſtianus ſemper quae Chriſto debeat, pio animo volvit. *Τὸ τριπόθητον* (de trin. III, 21. p. 398) *καὶ προμηθέστατον πάσχα ἑκάστου ἔτους, ἡμέρας μὲν οὖν, μᾶλλον δὲ καὶ ὥρας ἑκάστης τῇ πίστει ἐπιτελοῦμεν.* Cumque Deo gratiam Chriſtianus referre nequeat, martyrium tamen libenter ſubit (vide locum Didymeum de baptismo — p. 372 —) et pro fide defendenda graviſſima pericula ſuſcipit. *Τί γὰρ οὐ ποιεῖ*, ait noſter de tr. II, 7, 202, *ὁ περὶ θεὸν ἔρως; ἢ τίνι παραχωρεῖ φίλτρον ἀληθὲς καρδίας; . . . κέρδος γὰρ μέγιστον καὶ αἰώνιον ἐμαυτοῦ καὶ τῶν ἐξ ἐμοῦ καὶ τῶν σὺν ἡμῖν ἡγοῦμαι καλῶς τὸ πάντα πόνον εἰ δεήσοι καὶ κίνδυνον ἑλέσθαι ὑπὲρ τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς καὶ σώζοντος καὶ κρῖναι καὶ φιλανθρωπεύσασθαι αὐτοῦ ἕνεκα ἔχοντος πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος.*

Qui Deum diligit, etiam fratres non diligere nequit. "Qui non diligit (Enarr. in 1 Joh. III. p. 331. E.), permanet in morte. Quoniam qui diligit fratres ſecundum Deum, ad vitam ex morte tranſit. Qui non habet hanc caritatem, permanet in morte.„

Neque civili poteſtati Chriſtianus repugnat, niſi contra Deum ea aliquid jubeat. "Sicut alia fiunt propter Deum frequenter (En. in 1 Petri II. p. 324. D.), et propter aliud, ſimiliter et ſubjici principibus et poteſtatibus humanis, aliquando propter Deum, aliquando propter aliud quicquam ſit. Qui enim propter dominum ſubditur eis, qui ad principandum ſunt conſtituti, tunc ſolummodo eis

ſubjectus non eſt, quando contraria voluntati Dei percipiunt [praecipiunt]. Quapropter etiam reluctandum eſt usque ad mortem, ſi quando voluerint extra Chriſtum nos facere aliquid, dicere vel agere praeter ſenſum aut ſanctiones eccleſiaſticas. Manifeſtat itaque Paulus, in quibus oporteat eis ſubdi, id eſt ut tributum ſolvatur atque vectigal, ut libertatis pudor apud eos decenti jure ſervetur. Sic enim redditur honor cui congruit et timor cui debetur.„ Mundum autem omnino (res humanas et caducas) et quae ſunt mundana, Chriſtianus, qui in Deo totus vivere ſtudet, deſpicit. "Qui peccando amat mundum (En. in Jac. IV. p. 821. D.), inimicus Dei eſſe monſtratur, ſicut e diverſo qui non peccando amicitias apud Deum pietate confirmat, continuo mundi adverſarius invenitur.„ "Quoniam amicitiae ſunt erga Deum, ita ut qui voluerit eſſe mundi, inimicus conſtituitur [conſtituatur] Dei, conſequens eſt ergo, qui voluerit amicus eſſe Dei, ita ut habeat in ſemetipſo caritatem ejus, recedat a caritate mundi, et quae in eo ſunt„ (in 1 Joh. II. p. 828. E.).

Minime quidem homo vitam ad perfectam legis normam exigere poteſt (Nicet. cat. ad Iob. IV, 17. p. 149; ib. ad X, 15. p. 233; de trin. II, 6, 169; 7, 192); tamen animi perturbationes omnes Chriſtianus opprimit, et corpori imperat, ut ſit ἀπαθής. „Qui Chriſti ſunt conſortes, ii ſunt ἀπαθείας Chriſti ipſius participes" (de tr. I, 26, 71); Chriſtus ἡμᾶς συμμόρφους ποιήσας ἑαυτοῦ εἰς ἀπάθειαν μετέστησεν (ib. III, 12, 366). "Deus (de ſp. ſcto lib. I. p. 500) largitor bonorum ſpem, quam promiſit, reddit in virtute ſpiritus ſancti his, qui habent illum; gaudio et pace complet eos, qui imperturbatam et ſedatam cogitationem poſſidentes, laetas habent mentes, et ab omni perturbationum tempeſtate tranquillas.„ „Nam ab ira et inimicitia et ab omnibus hujusmodi rebus alienus eſt ſpiritus ſanctus, neque concutitur aut commovetur, cum ſit ſpiritus manſuetudinis et bonus, et ſupremae atque impatibilis et omnipotentis naturae; quin potius ipſe iraſcentes atque ad iracundiam provocantes ſanat, et irae aeſtum omni aufert creaturae, ejusque loco pacem inducit, ſicut illis manifeſtum eſt qui conſiderent, eos omnes, qui ſermonibus ipſius obtemperant, mitem ac man-

ſuetam vitam ducere" (de trin. II, 17, 281). — Ita in Chriſtiano corpus animae obſequitur, anima vero Deo. „Anima", ait noſter de tr. III, 1, 316, „ſi recte vixerit cum corpore, et illud ſibi obtemperans ac ſubjectum teneat, et ad Deum convertatur, et Dei cogitationibus impleatur, multa et auguſta praebet; nam quod terrenum eſt, id ea reddere nititur ἀπαθὲς οἷον, ſudore illud ac tolerantia et omnibus, quos virtutis cauſa ſuſtinet, laboribus exornans, et ipſum regens ac moderans, et per moleſtiarum dolorumque, quos experitur, perpeſſionem ad religioſam ac piam vitam illud excitans ac veluti ſurſum erigens; propriam vero voluntatem ſibi ſubjectam tenet ac fidem ſervat inculpatam, et hominem ſupra hominem evehit, ſide et doctrinis eum venerandum reddens, et ad ſupplicandum trinitati ſe inclinans, et adjumentum, quod ex hisce rebus percipit, ſuum veluti cibum faciens."

De nuptiis denique contra Manich. p. 209 haec habet: „Si vero dixerint, ſi caro peccati eſt quae ex conjunctione viri et feminae nata eſt, malae ſunt nuptiae; audiant iſti, quod ante adventum ſalvatoris, qui abstulit peccatum mundi, ſi omnes homines, ſicut alia cum peccato agebant, ſic etiam nuptias cum peccato habebant. Unde ſimiliter de corporibus ex connubio natis cogitandum eſt: Quia poſt peccatum facta fuit conjunctio Adami cum Eva, icciroo dicta eſt caro peccati. . Verumtamen per adventum Chriſti, ſicut ab aliis rebus ablatum eſt peccatum, ſic etiam a nuptiis. Itaque nunc qui ſecundum evangelium vivunt, habere poſſunt honorabiles nuptias et torum immaculatum. . Ex quo fit ut neque peccatum ſit conjugium. Aliter etiam dici poteſt magis phyſice. Divina quaedam res eſt virginitas, καὶ ὡς ἐν ἀρεταῖς ὑπάρχει. Si quis igitur nuptias cum virginitate conferens, ipſas dicat peccatum eſſe, non abſolute ſunt peccatum; malum enim non comparatione boni malum eſt, ſiquidem per ſe tale eſt." (Cf. quae Mingarellius hac de re diſſeruit Comment. de Didymo p. LVII — LIX.)

SUMMA.

Athenagoras nos jubet eo ſpectare, ut utrarumque noſtrarum virium, tum corporearum, tum ſpiritalium concentum

efficiamus. Clemens omnem veram ſanctitatem cenſet niti intima Dei fideique chriſtianae cognitione. Qui res divinas penitus perſpectas habet, is (Clemente judice) vitam cognitioni Jeſuque exemplo convenienter inſtituere non tantum valet, ſed non inſtituere non poteſt. Hic gnoſticus licet verſetur in terra, terreſtria non ſentit, elatus ſupra omnes cupiditates, quacunque praeditus virtute (ſola fortaſſe vere chriſtiana animi ſubmiſſione minus excellens). Origenes intimam conjunctionem cum Deo tanquam ſummum bonum proponit; nos igitur, Chriſti ſalvatoris caritate concitati, quam ſtudioſiſſime, a ſpiritu ſancto adjuti, operam dabimus, ut, quippe diabolo per Chriſtum erepti hujusque exemplo adhaerentes, repugnantes continuo cupiditatibus, indies magis τῷ λόγῳ aſſimilemur. Didymus denique praecipit, ut homo caritate Dei trinuni ſanctificari ſeſe patiatur, et is quidem per Chriſtum plenam animi tranquillitatem aſſequuturus. — Abſunt noſtri, ut ex ſingulorum deſcriptione praeceptorum apparet, non modo, ut omnes vere Chriſtiani, ab inſania gnoſticorum pantheiſtarum, quibus libido a caſtitate non differt, ſed quoque tum (etiamſi paucis quibusdam ſingulis locis unus alterve propius) ab externa aſcetica gnoſticorum dualiſtarum, qui ſolam peccandi cauſam corpus eſſe opinabantur, in eoque acquieſcebant, ut corporis cupiditates frangerent, tum (quanquam nonnulla ipſorum praecepta non nemini videantur rigidiora) a Montaniſtarum fanatico rigore (de quo cf. Neandri S. V. Antignoſt. p. 124). Diſſentiunt quidem a patribus occidentalibus in univerſum tantopere, quantopere idealiſtae a realiſtis; utrorumque tamen, noſtrorum aeque atque illorum, ſingula praecepta, etiamſi non ab omni parte vitiorum expertia, ea ſunt, quae ex ipſius Chriſti doctrina et exemplo deſumpta et ex animo candido pioque ac reverentia erga ſalvatorium Chriſti opus repleto profecta eſſe appareat (cf. Neand. Antign. p. 119 annot.).

Elucet ex hucusque dictis, laudem magnorum de theologia chriſtiana meritorum ſcholae Alexandrinae denegari non poſſe. Alexandrini enim catechetae, philoſophia variaque

doctrina exculti et pietate chriſtiana ſustentati, ſimul et male gnoſticae et carnali cum ſcripturam ſacram interpretandi, tum doctrinam chriſtianam comprehendendi rationi adverſabantur. Neque tamen inſitias ire poſſumus, Alexandrinorum (ſenſu ſtrictiori) diſciplinam, ſi ſola ad imperium acceſſiſſet, nimio (ideoque reprehendendo) ſpiritaliter et ſcripturam ſacram interpretandi et dogmata intelligendi ipſorum ſtudio (idealismo) genuinae doctrinae chriſtianae variis modis nocere potuiſſe. Huic igitur utiliſſima erat occidentalium patrum diſciplinae practicae eccleſiaſticae et antignoſticae cum Alexandrinâ pugna. Hinc quae ab altera parte minus recte ſtatuebantur, per alterius partis ſententiam, oppoſitam illis quidem, ſed neque hanc ab omni parte rectam, a dominatu arcebantur; et hac demum ratione (etiam haud contemnendorum ſcholae Antiochenae — quae maxime eminebat interpretatione librorum ſacrorum grammatica, media inter carnalem et Alexandrinorum arbitrariam allegoricam — ſtudiorum ope) per media diſciplinarum oppoſita utrimque non ſatis circumſpecte inſtitutarum doctrina chriſtiana, quo indies clarius rectiusque comprehenderetur, penetrabat.

Jamjam ut finem opusculo imponamus, quod univerſa hiſtoria dogmatum, idem praecipue ſcholae Alexandrinae hiſtoria efficere poteſt: ſcilicet ut enucleata variorum temporum hominumque doctrina chriſtiana ſine partium ſtudio ad ſolum ſcripturae ſacrae fontem producamur, ut, quaecunque religio chriſtiana boni attulerit, ea ab ipſa allata eſſe videamus immutabili ac divina proprietate, et ita quidem mutabilem religionis chriſtianae formam ſeparare didicerimus ab ipſa ejus natura, atque ut e recurrentibus eisdem humanae naturae principiis ſtudiisque ſcopulos utrimque imminentes edoceamur vitare.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 2 lin. 18 poſt Athenagorae addatur: (quem, licet in dubio ſit ponendum, Alexandrinus hicce fuerit necne, ubique tamen tangendi veniam ſumimus)
- 4 - 5 poſt adjici add.: (quod revera factum eſſe, ipſius Rufini verba in prol. ad l. de princ. nos docent)
- 5 - 3. 4 legatur (vel ex Hieronymi verſione librorum de princ.)
- — in annotat. l. 1 pro nova leg. recentior
- 7 lin. 8 a fine pro θεία γραφῄ nominatur leg. τῇ θείᾳ γραφῇ adſcribitur
- — - 6 — pro γραφῄ vocatur leg. γραφαῖς (ſc. ἁγίαις) annumeratur
- — - 3 — ante Ceterum add.: (Necnon librum Henoci citat verbis: Ἐνώχ φησιν, Eclog. ex proph. §. 53. p. 1002).
- 11 - 5 pro apocryphi leg. alii
- 14 - 9 a fine pro ſibi leg. ei
- 20 - 5 — pro νομοτεθῆσαι leg. νομοθετῆσαι
- 29 - 11 — initio add. de poen.
- 31 - 9 pro ep. leg. ib.
- 48 - 9 ante apocryphos add.: et hiſtoriam Suſannae (quam libri Danielis partem eſſe cenſet)
- — - 14 poſt liber add.: — a Clemente commemoratus —
- — - 10. 9 a fine pro verbis: Haud prorſus. . De leg.: Quod ad ſcholae noſtrae ſententias de N. T. canone attinet, — ut a libris Chriſtianorum non canonicis proficiſcamur, — de
- — - paenult. poſt tribuit. add.: — et ib. poſt quatuor add. noſtrorum
- 49 - 8 a fine pro et leg. ceterosque
- 57 libris Origenis hermeneuticam illuſtrantibus add.: C. R. Hagenbachii Obſervationes hiſtorico-hermeneuticae circa Origenis Adamantini methodum interpretandae ſ. ſ., Baſil. 1823.
- 67 l. 18 pro refellit leg. refellere conatur
- 71 - 13 pro 10 leg. 20.
- 82 - 21 pro Pierius leg. Pierius.
- 96 - 4 poſt ſtudium add.: (quod etiam apud occidentales doctores — cfr. Irenaeus

adv. haer. II, 24; de Tertulliano vid. Roſenmülleri hiſt. interpr. l. ſ. II, 35 — non prorſus jacebat, — quanquam Tertullianus de reſurr. carnis c. 20., vid. Neandri S. V. Antignoſt. p. 415, arbitrariam allegoricam interpretationem vetat —)

Pag. 96 lin. 4 poſt Alexandrinorum add.: (carnali et illiteratae librorum ſacrorum interpretationi repugnantium)

- — - 5 ad 10 tota parentheſis a verb. Minime ad hortatur omittatur.
- 100 - 2 pro contraria leg. contrario
- 104 - 5 a fine ante primum add. quorum
- 108 - 10 — pro ſolum leg. ſolus
- 109 - 1 pro pietatem add. *) et ſub textu addatur haec annotatio:

  *) Cf. Str. I, 13, 349: *Ἥ τε βάρβαρος, ἥ τε ἑλληνικὴ φιλοσοφία τὴν ἀΐδιον ἀλήθειαν σπαραγμόν τινα οὐ τῆς Διονύσου μυθολογίας, τῆς δὲ τοῦ λόγου τοῦ ὄντος ἀεὶ θεολογίας πεποίηται· ὁ δὲ τὰ διῃρημένα συνθεὶς αὖθις καὶ ἑνοποιήσας τέλειον τὸν λόγον, ἀκινδύνως εὖ ἴσθ' ὅτι κατόψεται τὴν ἀλήθειαν.*

- 112 - 7 a fine poſt fidem add.: , et ibidem l. 6 et 4 deleantur ſigna parentheſeos.
- 116 - 16 a fine pro Clementi leg. Clemente
- 141 - 12 poſt praeſtat add.: (*ὅτι καθ' αὑτὸν μὲν ἀσκῶν καὶ διαπονούμενος ἀπαθείαν ἄνθρωπος, οὐδὲν ἀνύει*);
- 148 - 11 a fine pro dicit leg. ſignificat
- — - 2 — poſt ſuccubuit add. (*κέκλιται*)
- — - 1 — — ſurrexit" — (*ἀνέστη*)
- 149 - 2 poſt accipit" add.: (de Chriſti morte expiatoria cf. etiam looos Str. V, 11, 688 et Qu. d. ſalv. 37, 956, quorum mox verba citabimus).
- 175 - 18 pro ſummae philoſophiae plenam leg.: philoſophicis meditationibus egregie inſervientem,
- 251 - 4 a fine pro conſtat leg. videtur conſtare.
- 292 - 9. 10 et ante et poſt parentheſin deleatur ſignum „.
- 326 - 13 a fine pro *πατὴρ ἐστιν* leg. *πατήρ ἐστιν*,
- 328 - 11 — poſt *αἵματος* add.: (ſc. Chriſti)
- 332 - 20 pro Quanquam . . ſuperſunt leg.: In libris de trinitate
- — - 22 pro edidit, tamen leg. edidit; idem vero
- — - 25 poſt removit add.: (ſtrenue potius illa adverſus Manichaeos uſus),
- — - 26 pro Ita in leg. In
- — - 3 a fine pro Neque . . quod leg. Etiam
- 348 - 15 — poſt trinitatis add. ,
- 366 - 5 — pro doctrinaedebemus leg. doctrinae debemus
- 379 - 4 — poſt excelluit) add. ,
- 381 - 13 pro (uti jam antea Juſtinus Martyr) leg. (auctore quodammodo Juſtino Martyre)

Pag. 382 lin. 16 poſt ipſo add. κατ' ἐξοχήν
- 393 - 13 pro pingendi; ſtudium leg. depingendi ſtudium;
- 408 - 4 a fine pro eo leg. ipſo
- 409 - 20 poſt perſequutionem add.: (*εἰ δὲ ἐν τῇ κρίσει τοῦ δρῶντος καὶ λαλοῦντος τὸ ἀδικεῖν, οὐχὶ δὲ ἐν τῷ πάθει κεῖται τοῦ διακονουμένου*)
- — - exeunte 11 a fine leg. *ἢ ὡς*
- 416 - 13 a fine poſt afficitur add.: (*καὶ ἤδη καὶ συμπάσχει τῷ σώματι*),

Vitia typographica leviora, quae forte inveniantur, lecturi facillime emendabunt.

ORDO ET ARGUMENTUM

partis posterioris de schola Alexandrina catechetica
sive commentationis
de scholae Alex. cat. theologia *).

Praemonenda	pag. 1
(Fontes et Subsidia	— 2)
CAP. I. CRITICA.	— 6
Athenagoras	— 6
Pantaenus	— 6
Clemens	— 7
Origenes	— 11
Dionysius	— 23
Pierius	— 28
Petrus Martyr	— 28
Didymus	— 29
Summa	— 47

*) Quoniam in commentatione de externa scholae Alex. cat. historia (parte priore commentationis de schola Alex. cat.) neglexemus, accuratiorem indicem argumenti addere, h. l. eum adjungimus:

Praemonenda	pag. 1
Fontes et subsidia	— 3
Cap. I. *De primordiis scholae cat.*	— 8
Cap. II. *De singulis scholae cat. praefectis*	— 20
Athenagoras	— 21
Pantaenus	— 24
Clemens	— 30
Origenes	— 37
Heraclas	— 64
Dionysius	— 67
Dionysii successores perperam habiti	— 71
Pierius	— 74
(Achillas	— 77)
Theognostus	— 78
Serapio	— 79
Petrus Martyr	— 81
Petri successor falso habitus	— 84

CAP. II. HERMENEUTICA . . . pag. 50
Athenagoras . . . . — 50
Pantaenus . . . . — 50
Clemens . . . . — 51
Origenes . . . . — 57
Dionyſius . . . . — 81
Pierius . . . . — 82
Petrus Martyr . . . . — 82
Didymus . . . . — 83
Summa . . . . — 96

CAP. III. DOGMATICA . . . . . — 97
Athenagoras . . . . — 97
In univerſum . . . . — 97
Bibliologia . . . . — 98
Theologia . . . . — 98
(De trinitate . . . . — 100)
Angelologia et Daemonologia . . . — 102
Anthropologia . . . . — 103
Eſchatologia . . . . — 104
Apologetica . . . . — 105
Pantaenus . . . . — 105
(Theol. — et in univerſ. —)
Clemens . . . . — 106
In univerſum . . . . — 106
Bibliologia . . . . — 124
Theologia . . . . — 125
De Deo in univerſum . . . . . — 125
De creatione mundi . . . . . . — 128
De providentia . . . . . . — 129
De trinitate . . . . — 131
Angelologia et Daemonologia . . . — 135
Anthropologia . . . . — 139
Chriſtologia . . . . — 144
De perſona Chriſti . . . . . . — 144
De natura Chriſti . . . . . — 144
De vita Chriſti terreſtri . . . . — 146
De opere Chriſti . . . . . . — 147
De opere Chriſti ſenſu ſtrictiori . . . — 147
(Cuinam proſit opus Chriſti . . . — 151)

Arius . . . . pag. 85
Macarius Politicus . . . . . . — 87
[Athanaſius . . . . — 91]
Didymus . . . . — 92
Rhodo . . . . — 97
Tabula catechetarum . . . . . — 99

Cap. III. *De ſcholae cat. finibus et conſtitutione* . — 100
De finibus . . . . — 100
De conſtitutione . . . . . . — 108

Cap. IV. *De interitu ſcholae cat.* . . . . — 116

De conditionibus amplectendae salutis per Christum paratae sive de fide et operibus . pag. 152
De gratia divina — 154
De sacramentis — 155
De baptismo — 155
De sacra coena — 156
De ecclesia (et haeresibus) — 157
Eschatologia — 161
Apologetica — 166
Origenes — 167
In universum — 167
Bibliologia — 176
Theologia — 182
De Deo in universum — 182
De creatione mundi (et ipso mundo) — 185
De providentia — 192
De trinitate — 197
Angelologia et Daemonologia — 211
Anthropologia — 228
Christologia — 237
De persona Christi — 237
Natura Christi — 237
(Vaticinia et miracula Chr. — 247)
Vita Christi (reliqua) terrestris — 250
De opere Christi — 253
De opere Christi sensu strictiori — 253
(Etiam ad angelos pertinet op. Chr. — 258)
De fide et operibus — 261
De gratia divina — 267
(Extraord. dona spiritus sancti — 270)
De sacramentis — 272
De baptismo — 272
De sacra coena — 273
De ecclesia (et haeresibus) — 276
Eschatologia — 280
Apologetica — 301
Dionysius — 313
In universum — 313
Theologia — 313
(De trinitate — 314)
Anthropologia — 319
Christologia — 319
De persona Christi — 319
De opere Christi, de gratia, sacramentis et (haereticis) ecclesia — 321
Eschatologia — 323
Pierius — 325
(Theol., Angelol., Anthropol.)
Theognostus — 325
(Theol., Angel., Christol., In universſ.)
Petrus Martyr — 327
(Anthrop., Christol.)
Arius — 328
(Theol., Christol.)

(Macarius Politicus . . . . . pag. 330)
Didymus . . . . — 332
In universum . . . . — 332
Bibliologia . . . . — 333
Theologia . . . . — 333
(De Deo in univ., de creat. et provid. . . — 333)
De trinitate . . . . — 336
Angelologia et Daemonologia . . . . — 354
Anthropologia . . . . — 360
Christologia . . . . — 364
De persona Christi . . . . . . — 364
De opere Christi . . . . . . — 366
De opere Chr. sensu strictiori . . . — 366
(Universo mundo opus Chr. prodest . . — 368)
De fide et operibus . . . . . — 368
De gratia divina . . . . . . — 369
De sacramentis . . . . . . — 371
De baptismo . . . . . . — 371
De sacra coena . . . . . . — 373
De ecclesia (et haereticis) . . . . — 374
Eschatologia . . . . — 375
Summa . . . . — 378

CAP. IV. ETHICA . . . . . . — 403

Athenagoras . . . . — 403
Pantaenus . . . . — 404
Clemens . . . . — 405
Origenes . . . . — 422
Dionysius . . . . — 442
Petrus Martyr . . . . — 442
(Macarius Politicus . . . . . — 443)
Didymus . . . . — 443
Summa . . . . — 447

Conclusio . . . . — 448

(Addenda et Corrigenda . . . . . — 450)

HALAE, TYPIS GEBAUERIIS.

[redacted]